M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATΩN LIBRI.

ANIMADVERSI, EMENDATI

ET COMMENTARIOLIS LVculenter explicati.



LONDINI,
Excudebat *Felix Kingstonius* impensis *Gulielmi Welby*.
1615.

VI
AC

V



nius; T
uetis,g
nomine
miliæ v
bique e
tur omn
Manes
num co
trocinij
aliqua i
quodan
pronun
oration
dia tua,
ram)mo
ternum



VIRTVTIS IVXTA AC STEMMATIS SPLENDORE INSIGNI .V. VERE NOBILI D. ROBERTO KILLIGRAEO equiti aurato, &c.



CVius potius auspicijs publicam indipiscantur lucem lucubrationes istæ in Martialem, quàm cuius in fide ac clientelâ stetit floruitque ille, qui, si mortalium alter, magna eminuit Martialis lux, Ri. Tomsonius: Tomsonius, nomen memoriæ, vobis qui Musas fouetis, gratæ; nobis, qui Musas colimus, sacræ. Cuius nomine quantum tibi (nobilissime Killigræe) atque familiæ vestræ debeant literæ humaniores & quantum vbique est hominum venustiorum, gratis animis testantur omnes qui te nôrunt, qui nôrant illum. me certè vel Manes illius tibi clientem deuouerunt, te mihi patronum conciliârunt. Audetque Martialis hic meus patrocinij cum tanto viro communione dignatus, non sine aliqua iam genij sui fiducia vitam sperare vitalem, & quodammodo vindicias sibi secundum immortalitatem pronunciare. Quam virtutibus tuis (quas mihi fusiori orationis filo pertexere gestienti reclamitat verecundia tua, molestiamque redarguit quod ego officij duxeram) meritissimè debitam, tibi V.C. ex animo, qui in æternum vsu mancipióq; tuus, vouet qui est, erit vsque

Virtutum tuarum

cultor religiosissimus

THO. FARNABY.

tis in
dient
aliqu
a pro
ipſi ſ
(mi
intra
recita
præc
Grat
quitu
qui I
ſta à
ritun
tius
gredi
fiduc
literi
anſa
ſe Pl
que
rum
atque
oriū
quā
holoſ
tranſ
nimi
logia
ijs co
Apo
luta
præto



AD LECTORES.

P*Assenium Paulum splendidum equitem Romanum elegos quos eruditè scripserat recitaturum atque incipientem dicere* Prisce iubes, *Iabolenus quidam Priscus qui aderat, Paulo quidem amicus sed ipse dubiæ sanitatis interpellauit,* Ego vero *inquiens* non iubeo. *Oborto audientium risu, non dubium est quin Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulerit. Atque hinc monet* Plinius, [a] *prouidendum esse tam solicitè recitaturis, non solum vt sint ipsi sani, verum etiam vt sanos adhibeant. Sanum profectò (mi Secunde) consilium: neque enim difficile erat vobis, qui intra parietes vestros coram paucis iisque delectis & amicis recitastis, insanos amouere. Sed è publico hoc theatro quis præco amouebit* [b] *asperos hosce & austeros Xenocrates, qui Gratiis non litarunt? quis designator è cuneis patrum & equitum excitabit* [c] *plebeii istos & ἀφιλογέλως ingenii Marios qui Musis sacra non fecerunt, facere non curant? quis Mysta à Musarum sacris arcebit profanum hoc vulgus, imperitum iuxta atque arrogans, & hoc arrogantius quo imperitius? Alii namque (vt missos eos faciam, qui theatrum ingrediuntur tantùm vt exeant) ceu aliorum præiudicio, ceu fiduciâ sui audiunt solum quod carpant, neque tam vtuntur literis quàm abutuntur, in verbi vnius aut alterius calumniæ ansam struunt, quò poëtas in inuidiam vocent, tum denique se* Platonas *& Aristarchos rati si alienæ insultent laudi, vtque* [d] *ἄποδες auiculæ ramos arborum, sic illi humeros bonorum affecte nt vnde emineant. Alii, homines ignauâ operâ atque seruili sententiâ, δοξόσοφοι, pedarii iudices & ex aliorũ ore penduli, illorũ velificati autoritati, subiudicant potius quã præiudicant. Alii barbâ tenus docti, piceo graues pallio, holosericâ spectabiles præfatiunculâ, vbi à rastris ad rostra transcenderint, iamque ostrum somniare ausi vacuum plus nimio verticem inter astra condiderint,* Mercurio *cum Philologiâ suâ, quam quia ne primoribus quidem labiis prælibasse iis contigit, bona non dicunt verba, imò nuncium remittunt; Apollinem & Musas, quas quia illis ne à limine quidem salutasse datum est, eliminandos clamitant, & inscitiæ suæ prætexentes sanctimoniam, cùm artes omnes humaniores tum*

a Plin. Sec. 15 epist. 6. l.

b Plutarch. connubial. præcepta. & Diog. Laert. 4. l.

c Plutarch. vita Marii & Val. Max. 2. l. 1. c.

d Plin. Nat. hist. 10. l. 39. c. & 11. l. 47. c.

e 14. epist. 3. l.

Poëticam damnandam in totum (& vt cum [e] *Sidonio loquar)* ex Asse *pronunciant. Alij denique (vt in arenam meam descendam, & ad mei ordinis homulos, saluâ semper doctis & bene meritis reuerentiâ, quos nemo mortalium magis colit quàm ego, magis veneratur) non submittunt sê* Petronij *arbitrio, qui generosioris poëtæ spiritum sanitatem amare negat, neque enim concipere aut edere partum mentem posse, nisi ingenti flumine literarum inundante: neque* [f] *Senecæ (pronunciantis, non posse eum aliquid grandius ore mortali canere, nisi qui vulgata & solita contempsit, instinctuque sacro surrexit altior) autoritate adduci possunt, vt maiorum gentium versent poëtas; sed suos, (vt eiusdem Arbitri verbis vtar) vt quisque versum pedibus instruxit, sensumque teneriore verborum ambitu intexuit, putant continuò in Heliconem venisse. & quidni venerint? quando ipsis pædagogulis* Fauste precor gelida *sonet altiùs quàm* Arma virumque cano, *& elegiaci omnes sordeant si conferantur cum* Qui mihi discipulus. *Sed vnde hæc quæso vestra grauitas tanta, sapientia & sanctitas; imò pigritia, arrogantia, & sinisteritas? poëtæ, quod prætenditis, obscuri sunt. Sed videte ne hoc vitium à vobis sit, qui non assiduâ lectione redditis eos magis familiares. Quin & commentatores satis luculenti facem præferunt, quorum tædium si vel delicati ferre non potestis, vel ad grauiora fortè studia properatis potius quàm maturatis, en vobis sensus medullam notæ admarginales præstant. Sed inutilis est (vt causamini) eorum lectio, & (quod dixit* [g] *Zeno) ad perceptionem disciplinarum nihil alienius poëticâ. Vobis quæ non legitis, an expectatis vsui esse posse? discite quid dicere* Plinius *solitus sit,* [h] *referente nepote suo:* Nullum *esse librum tam malum, vt non aliqua ex parte prodesset. Ac ne virtutes & vtilitates poëticæ cogar in hoc transcursu licentioris quàm institueram præfationis, recensere, D. Augustino vobis autore, colligite quæcunque ab Ethnicis scripta sunt, & in vsum vestrum vindicate, possessoribus illis iniustis erepta. At ex poëtis plerique dum tetrica volunt amœnare verborum nuditate atque rerum obscœnitate aurium reuerentiam incestant, animi mores corrumpunt.* Nolite *quæso loqui perinde ac si in* Platonis *republica aut cum perfectis hominibus viueretur. quasi verò detur sincerum aliquid, sine mali admistione purum & ab omni terrenâ fæce quasi diuino igne excoctum. Profert (habetis enim fatentem reum) hæc* [i] *Ægyptus noxia multa & multa salubria cultori medicamenta; habet hæc Attica vt mel optimum, ita cicutam lethalem: & in amœno hoc prato vrticis sæpe violæ, spinis rosæ internascuntur. Vos apum more omnia lustrate, optima libate.* Neque *enim si quis ingenio bono malè vtatur velitque per*

f De tranquillitate animi c. 15.

g Diogen. Laertius l. 7. de vitis Philosoph.

h 3. epist. 3. l.

i Plutarch. de Audiendis poetis. ex Odyss. Hom. δ.

curiositatem

curiositatem esse ingeniosè nequam, culpam in alium quàm in se conferat. Vtili sanè exemplo castigant hodie castrantque nequiores poëtas, vti & hunc nostrum Math. Raderus. quod & mihi facere in animo erat. verùm, partim ne arguerer (quo nomine & ipsius Raderi fidem desiderari à quibusdam video) difficilia & quæ maxime opus habent interprete qui sphingem acceperit, vel Delio aliquo natatore, sub obscœnitatis prætextu omisisse; partim vt apertam nimis alterius (nam idem opus alijs esse in manibus audio) editionem anteuenirem, ipsum poetam, idque à me efflagitantum amicorum precibus condonatum, integrum edidi. tantùm, k quod Lycurgum sanius facturum fuisse censet Plutarchus, si non propter multorum vinolentiam vites passim excidisset, verùm fontes adduxisset atque insanum deum sobrio coërcitum correxisset; ita & ego obscœniora quæque epigrammata adnotaui transfixo veru —— lemmate, vt & illustriora flosculo ceu nota hac ❦ insigniui. Denique, ne preloquij amplitudo angustias regulares & ipsius Myndi modulum excrescat, quoniam (vt ait l Plinius) Benignum est & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris: Obnoxij contra animi & infelicis ingenij est, deprehendi in furto malle quàm mutuum reddere; quia in tam arctati operis instituto, in quo breuitati, quantam tamen ferat elucidationis necessitas studui, non datur vbiq; illud profiteri, hic agnosco me vsum fuisse ope comentatorũ quotquot extant omnium, sed in his mutili valde cæteri sunt, præter Calderinum qui (vt nec ego vbiq; fortè Argus oculeus aut perspicax Lynceus) non raro dormitat. Mihi item præluxit fax artium Gruteri & Critici omnes ad manum. historicos insuper omnes & autores nostro συγχρόνους diligenter relegi, cum omnibus eiusdem aut similis argumenti scriptoribus, quos ad poëtam intelligendum facere iudicaui quorum alios cito quandoque testes, ad alios lectorem sæpe breuitatis gratiâ relego. Martialem solum à Clariss. viro Petro Scriuerio emendatum editumque desiderabam, quem nulla mea aut amicorum cura parare potuit, cuius tamen vicem non rarò suppleuit amica opera Ben. Ionsonij viri (quod quæ ille per ludum scripserit, seriò legentibus liquidò apparebit) in poëtis omnibus versatissimi, historiarũ, moruũ, rituum, antiquitatum indagatoris exquisitissimi, & (quod semper in illo aduerti) non contenti brachio leui tesqua & dignos vindice nodos transmittere, sed penitissimos vsque sensus ratione, lectione, ingenio cruere desudantis, digni denique (vtcunque à probatis merito probetur suo) meliori theatro quàm quo maleuolorum inuidiam pascat, quanquam & hoc m regium est, posse inuidiam cùm mereri, tum pati. Ille, inquam, mihi emendationes aliquot suppeditauit ex C.V. Scriuerij Martiale, cuius copia [illegible] facta Lugduni Bat. à viro non sine Doctrinæ & Humanitatis

k De Audiendis poëtis.

l Epist. ad Nat. Hist.

m Senec. Herc. Fu.

nitatis honorifica præfatione nominando Dan. Heinsio, quædam insuper epigrammata acutiùs quàm vulgo intellecta, quæ refert accepta memoriæ Doctiss. viri Rich. Tomsonij, vt & alia suo ingenio feliciter excussa. Et coniecturæ meæ vltra ducenta loca debent lucem (vtinam claram) in quibus aliena destitutus ope aut mihi in ea non faciens satis, desudarim. nec dubito multa esse quæ me fugerint, & quæ alius aliàs conceperit. [n] *Sufficiunt quippe omnes sibi, omnibus nemo. Consultò tamen obscœniora loca* [o] *silentio prætereuexi, quæ alium malo quàm me explicare, alium intelligere. nolui aperire sentinam aut mouere cloacam, neque enim volui hos esse Philænidis commentarios spurcidicos, Sotadicos, Lampsacenos, Cinædipolitanos, Ramiresianos.* Castum *(inquit* [p] *ille)* decet esse pium poëtam. *Interpretem certè: neque oleum flammæ addere, neque Veneris vrticas,* [q] οὔτε τὰς ἐκ τῶν βυβλίων ἀηδίας ἐκλέγειν: ἀλλὰ τὰ χρησιμώτατα καὶ ἀκοῆς ἄξια. *Suppressis itaque lasciuioribus epigr. illa maxime explicare atque exornare curæ pretium duxi, quæ sublimia, acuta, mellis, lepóris, piperatæque (vt ait* [r] *ille) facundiæ plena, in quibus feruentis fulmen ingenij & salsa libertas. Sed neque poëtæ ingenium fortè apud omnes gratiam, neque hæc mea qualiscunque cura veniam impetrabit, quin & ille simio aliquo epigrammatario vtatur iniquiore,* [s] *& meus me ordo irrideat.* [t] *Adeo familiare est hominibus, omnia sibi ignoscere, nihil alijs remittere, & inuidiã rerũ non ad caussam sed ad voluntatem personasque dirigere.* [u] οὐ δὲ γὰρ ὁ Ζεὺς Οὔθ᾽ ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ᾽ ἀπέχων. *Non itaque* [x] ἀνπλακτίζων *Isidis baiulos* [y] μεγάλα λακτίζοντας κ᾽ ἐπὶ οὐκ ἔργῳ μεγαφρονοῦντας; *neque* [z] *crura suffringens canibus, qui si non latrant, hirriunt tamen; neque* * *armatã eliciens manu anseres sacros è quibus rabioso stridore impetum in me facientibus, vnus, dux ac magister sæuitiæ non dubitauit crus meum (vt cum* * *Satvrico loquar) serrato vexare morsu; in scientia, iudicio, & candore eruditorum & cordatorum acquiesco,* ∴ *illud Heracliti vsurpans:*

—— τί με ὦ κάτω ἕλκετ᾽ ἄμουσοι;
Οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δ᾽ ἐμ᾽ ἐπισταμένοις.
Εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι. οἱ δ᾽ ἀνάριθμοι,
Οὐδείς.

T. F.

[n] Sidonius Apollinaris epist. 9. l. 7.
[o] τῶν ἀποσιωπῆσαι δ᾽ ἄλλος γενόμενος διαχωρεῖν τῶν λόγῳ. Epictet. Enchir. c. 55.
[p] Catullus. 16. c.
[q] Vlpianus apud Athenæum. l. 15. c. 3.
[r] Sidon. Apoll. 8. epist. 5. l.
[s] Plaut. Aulul.
[t] Velleius Patetc. 2. l. 30. c.
[u] Theognis γνωμ.
[x] Plutarch. de Socrate l. de educatione pueror.
[y] Arriani Epictet. l. 3. c. 14
[z] Cic. pro Roscio Amer.
* Petron. Arbitr. sub fine Satyr.
∴ Diogen. Laert. ep. in librum Heracliti Antholog. 3. l. c. 33.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATA.

In amphitheatrum Cæsaris Epigramma. I.

Per inductionem collatiuam Titianum Amphitheatrum omnibus orbis operibus præfert.

a BARBARA b Pyramidum c sileat d miracula * Memphis,
e Assiduus iactet nec Babylona labor:
Nec f Triuiæ templo g molles laudentur h honores,
i Dissimuletque deum cornibus k ara frequens:
Aëre nec vacuo l pendentia m Mausolea
Laudibus immodicis Cares n in astra ferant.
Omnis o Cæsareo cedat p labor q amphitheatro:
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

a Ad Græcorum distinctionem, quibus alii omnes Barbari. vide not. a. in 3. epigr. est a. *Memphis* —— *—— Nobilissima Aegypti ciuitas h. *Cairo.* b Moles hasce altissimas in sepulchrorum vsum non sine profusa opum ostentatione reges Aegyptii extruxere à quadrata basi decrescēdo ascendentes in formā πυρὸς, vnde & nomen. post Herodotum, Melam, Plinium, Solinum, Marcellinum, Diod. Siculum &c. qui de his, lege Bellonium qui Pyramides quæ hodiè visuntur ipse dimensus est, lib. 2. obseru. c. 42. 43. & 44. c Signatè ad *Barbaros* & ἀφώνους, vel, sileat miracula i. non amplius miretur, habeatue pro miraculis. d θεάματα, conspicua censpectanda propter artificium opera, quæ septem numerantur, quibus & alii septena altera ad numerant. quorum duo, Iouis Olympici templum & Colossus Rhodius, quoniam ad plenam enumerationem à poeta sunt omissa, I. Scoppa censet voluisse Martialem hoc epigr. amphitheatrum quinque his structuris anteponere, propter, 1 altitudinem, 2 celeritatem, 3 statuas, 4 varietatem. & 5 nobilitatem, quem vide Collect. l. 1. c. 29. e Scriptorum qui laudant. *immo* regum qui Babylona condiderunt, siue vrbis, hortorum pensilium, murorumque amplitudinem respicias, siue assiduitatem operum. namque & ipse murus cuius ambitus 350. circiter stadiorum erat intra annum absolutus est, cum diebus singulis singula perficerentur stadia. alii legunt *Assyrius.* minus rectè. f Dianæ Ephesiæ, vide ep 65. lib. 9. g Propter columnas cedrinas & simulachra lignea, ipsiusque Dianæ (vt aiunt) virgineum. tot incendia hanc interpretationem asserere videntur, sed refragabitur Demetrius ἀρχεγενοὺς ὄντας alĳs, propter molles Iōnas omnis nequitiæ inuentores, Deam Multimammiā, festi summa cum pompa & mollitie celebratā, sacerdotē denique castratū. vide Ang. Politian. Miscell. c. 51. hac ratione motus Roderus lectionem τῦ *Iones* præfert τοῦ *Honores. Alĳs* propter signa affabrè & ad viuum efficta. Virgil. *Spirantia mollius æra.* & Flaccus-*molles imitabitur ære capillos.* h Columnas, statuas, signa &c. *alĳs*, sacrificia. i Non vsque adeo efferat, non tanquam diuinum opus iactet, cum ab Amphitheatro mortali manu facto illam longe superatam videamus. k Non Iouis Hammonis apud Nasamonas, quæ nec opibus nec structurâ erat insignis: sed βωμὸς κεράτινος, Apollinis Delii ab ipso quadrimo ex cornibus Cynthiadum capreatum à sorore interfectarum compactus, vide Plutarch. lib. de animalium solertia & in vita Thesei. & Politian. 52. Miscellan. huius meminit & Callimachus in hymno Apoll. l Ad altitudinem 140. pedum sublata columnisque innixa, summoque cacumini impositam quadrigam cuius equi suspensis alis volare videbantur. suspensa a. dicebantur quæ suffulta erant. *Suspendis dentibus orbes.* 2. l. 43. ep. m Mausoli regis Cariæ tumulum, monimentum illi ab vxore Artemisia extructum. n Elegánter respicit ad τὸ *in aëre pendentis.* o A Vespasiano auspicato incœptoque, à Tito F. perfecto & dedicato. p Opus speciosum. q In quo ederentur spectacula & venationes, absque scena, sedibus per gradus vndequaque clauso in quibus loca 87000, ouali forma, ad cuius summitatem ægre visio humana pertingeret, vide Vitruuium, Marlianum, Lips. de Amphith. &c. r Amphitheatrum Cæsaris.

Ad eundem Cæsarem. II.

Vespasiani atque Titi Cæs. (quibus pleraq; libelli huius spectaculorum epigrammata assignes) beneficentiam celebrat, qui vastum Neronis ædificium demoliti loco eius publica extruxére vel reddidére opera, Colossum, Amphitheatrum, thermas, porticum.

[a] HIc vbi [b] sidereus [c] propius videt astra [d] colossus,
Et [e] crescunt media [f] pegmata [g] celsa [h] via;
[i] Inuidiosa feri [k] radiabant [l] atria [m] regis,
[n] Vnaque iam tota stabat in vrbe domus.
[o] Hîc vbi conspicui venerabilis [p] amphitheatri
Erigitur moles, [q] stagna Neronis erant.
[r] Hîc, vbi miramur [s] velocia munera thermas,
[t] Abstulerat miseris tecta superbus ager.
[u] Claudia diffusas vbi porticus explicat [x] vmbras,
[y] Vltima pars aulæ deficientis erat.
Reddita Roma sibi est, & sunt, [z] te præside, Cæsar,
[a] Deliciæ populi, quæ fuerant domini.

a In quarta vrbis regione. b Cui (deiecto Neronis capite) Vespasianus solis vultum 7 radiis insignem imposuit. vide not. c. in epigr. 60. lib. 12. c Legitur & *propior*. est que *Pathos Metonymicon*. d Statua quam sibi Nero construxerat altam pedes circiter CX. e Extruuntur vel ex se surgunt. erant n——— f——— machinæ αὐτοκίνηται quæ ex se in sublime crescebant aut rursus decrescebant. g In tertium aut quartum tabulatum elata. h Sacrâ. i Odiosa, inuisa iis quorum ædes interceperat incendiarius Nero vt in vsum suum converteret. k Auro gemmisque. l Domus prius *Transitoria* mox incendio absumpta restitutaque *Aurea* nominata. Suet. Nero 31. c. m Crudelis Tyranni Neronis. nomen. a. regis semper Romanis inuisum. n Notum hoc è carmine illo, *Roma domus fiet, &c.* referente Suetonio Ner. c. 39. Neronis n. domus a Palatio ad Esquilias vsque pertinebat. o Inter Cœlium montem & Esquilias. p Ep. 1. n. p. q Stagnum maris instar, circumseptum ædificiis ad vrbis speciem. r In tertia vrbis regione. s Celeriter extructa. t Incendio enim & ruinis patriæ domum sibi extruxit, ad eamque arua, stagna, syluas, prospectus, &c. Tacit. 15 Annal. u Quæ & Liuia, aliis tamen à Liuia diuersa. x Cum suas, tum vitis quæ subdiales inambulationes vmbrosis pergulis opacabat Plin. lib. 14. c. 1. y Extrema pars domus Aureæ. i. iuxta Exquilias in quinta vrbis reg. z Te imperatore. a Postquam opera & munera publica facta sunt quæ nuper in priuatas delicias occuparat Nero.

¶ *Ad eundem.* III.

Ex omni orbis parte (ad quam Rom. populi nomen peruenerat) confluxisse gentes spectandi ludos salutandique Cæsaris studio: generalique acclamatione illum Patrem Patriæ salutâsse.

QVæ tam seposita est, quę gens tã [a] barbara, Cæsar,
Ex qua spectator non sit in [b] vrbe tua?
Venit ab [c] Orpheo [d] cultor Rodopeius [c] Hæmo,
Venit & epoto [e] Sarmata pastus equo.

a Ex Græcorum diuisione mundi, quibus alii omnes Barbari dicti, imo ex suis qui non ἑλλάδα incolebant, quiue non ore rotundo, molliter & Atticè loquebantur. Ab aspera n. & inculta pronunciatione Barbaros dictos censet Strabo 14. l. I. C. Scal. à *Bar* quod Arabicè *Desertum* sonat, more Hebræo geminato ad intentionem. Exerc. & in Theophr. de pl. b Sede Imperiali. *vel* à te restituta, vt præced. epigr. c Ad montem Hæmum Orphei parentes habitarunt. d Thrax agriculturæ studiosus. Rhodope n. mons Thraciæ. *q. d. venere Boreales incolæ.* e *Tartari*, Russi, Poloni ἱππημολγοί. Dionys. Perieges. ἵππου αἵματι μίσγοντες λευκὸν γάλα δαῖτα τίθενται. Virg. Ge. 3. Gelonus, *qui lac concretum cum sanguine potat equino.* & Plin. 18. l. 10. c.

Et

Et qui [f] prima bibit deprensi flumina Nili,
[g] Et quem supremæ [h] Tethyos vnda ferit.
Festinauit [i] Arabs; festinauere [k] Sabæi;
Et Cilices [l] nimbis hîc maduere suis.
[m] Crinibus in nodum tortis venêre [m] Sicambri,
Atque [n] aliter tortis crinibus Æthiopes.
[o] Vox diuersa sonat; populorum est vox tamen vna,
Cùm verus patriæ diceris esse pater.

f *A Meridie*, AEgyptii & Afri apud quos Nilus primum fluere deprehenditur, neque n. fons Nili tum repertus. g *Ab Occidente*, qui ad Hesperium litus siti, *Aliis* Britanni quorum litora, vt & vltima Thule, maris fluctibus feriuntur. h Vx. Neptuni. *Metonym.* maris. i *Ab Oriente*, è Nabathæa, id est Petrea: & Sceniti i. deserta Arabia. k E Felici Arabia. l Κρόκου σπενδομένου, croci aquâ diluti aspersionibus, quæ in theatro & Amphith. fiebant. Cilicia vero croco nobilis vi. ep. 26. l. 5. d. m *Gueldri. Synecdoch.* Germani, quorum insigne obliquare crinem nodoque substringere. Tacit. de Germ. & Iuuen. 13. *madido torquentes cornua cirro.* n A natura, vel solis ardore, cum Germani artificio cirrati sint. o Lingua varia, acclamatio verò & mens eadem.

Ad Cæsarem, quod expulerit delatores. IIII.

Si ad Titum hoc ep. (quod verisimilius) referas, testes habes Tranquillum. cap. 8. Titi. & Xiphilin. in Tito. Si ad Domitianum, eundem habes Tranquil. c. 9. Domitiani.

[a] TVrba grauis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
[b] Traducta est Getulis, [c] nec cepit arena nocentes,
Et delator [d] habet, quod dabat, exsilium.
Exsulat [e] Ausonia profugus delator ab [e] vrbe:
[f] Impensis vitam principis annumeres.

a Delatores, calumniatores fiscales, qui, sub Nerone diuitum opibus insidiati, eos quo iure qua iniuria accusationibus vexarant. b Alii leg. emendatius, *Tradita Getulis*, i. relegata in arenosa & deserta Africæ loca. legunt alii *Traducta est Gyaris* alii *Cybiris*. Optime Lipsius. c. 11. l. 2. de Cruce legit *Traducta est titulis*. pro more noxiorum traducendi per forum ceu Amphith. appensis collo titulis & inscriptionibus criminum. & Sueton. c. 8. Titi. *delatores assidue in foro fustibus & flagellis cæsos, nouissime traductos per Amphitheatri arenam, partim subijci in seruos aut vænire, partim in asperrimas insularum auehi imperauit.* c Tantus est delatorum numerus vt vix capiat eos Amphith. immo vix insulæ. *Plin in Panegyrico Traiani.* d E talionis pœna, quæ veteribus placuit. e Roma vrbe Italiæ ab Ausone Vlyssis & Calypsus f. f Curis, beneficiis, muneribus.

Blanditur Cæsari. V.

Inter alia spectacula exhibitæ sunt & priscæ fabulæ in arena actæ. hîc. a. Pasiphaës nefandus cum tauro concubitus. quale inter Pyrrhicarum argumenta repræsentarat Nero, vt multi spectantium crederent. vide Suet. Neronem ceu librum. 6. cap. 12. & Apulei Metamor. 10.

IVnctam Pasiphaën [a] Dictæo, credite, tauro
Vidimus; accepit fabula prisca fidem.

a Cretensi, à Dicte monte Cretæ.

[b] Nec se miretur, Cæsar, longæua vetustas:
Quicquid fama canit, donat arena tibi.

b Nec sibi tantum applaudant veteres quod huiusmodi fabulas ingeniosè finxerint, nos enim eas artificiosè actas in Amphitheatro vidimus.

Blanditur Cæsari. VI.

Prisci temporis venationibus hasce Cæsaris anteponit, eo nomine, quòd vel fœmina in Amphitheatro leonem interfecerit, quem laborem inter summas Herculis laudes decantârat antiquitas.

BElliger [a] inuictis quòd [b] Mars tibi sæuit in armis,
Non satis est Cæsar, sæuit & ipsa [c] Venus.
[d] Prostratum Nemees & vasta in valle [e] leonem,
Nobile & Herculeum fama canebat opus.
[f] Prisca fides taceat: nam post tua [g] munera, Cæsar,
Hæc iam fœminea vidimus acta manu.

a In quibus ipsi viri non victi, sed victores sunt virorum & bestiarum quibuscum committuntur.
b Virilis sexus, alludit. a. ad morem gladiatorum venatorumque habitu dei alicuius pugnantium. nec nō ad Amphith. Marti dedicatum, vt & theatrum Veneri. c Muliebris sexus. ἀντίθετον Marti bellicosa mollis & imbellis dea. d Alii leg. *Prostratum vasta Nemees in valle leonem.* ne otiosè abundet &c. e Quē confecit Hercules in sylua Nemeæa, inter Cleonas & Phliuntem. f Emphaticè amplificatrix veri vetustas, quæ incerta in maius ferre solet. præced. ep. *longæua vetustas.* g Munera propriè ad gladiatorios ludos spectant: sed & includunt naumachias & venationes: quæ vel *pugnæ*, eiusque bestiarum inter se commissarum, aut bestiariorum, θηριομάχων, qui cum feris congrediebantur, aut vbi vincti obiectabantur feris capitis rei, malefici, & miselli Christiani: vel *direptionis* missilium per tesseras vel sine tessera. g Namque & in Romanam arenam descendere sustinuerunt fœminæ, Xiphilin. in Nerone & Tito Sueton. Ner. c. 11. Tacit. Annal. 15. Iuuenal. g sat. 22. vers.

Pœna Laureoli VII.

Damnati in Amphitheatrum producebantur fabulæ alicuius personam sustinentes, veluti Herculis ardentis, Orphei discerpti, Phaëtontis aut Icari decidentium inter feras &c. Hîc capitis quidam reus ob parricidium, domini necem, sacrilegium, vel vrbis incendium cruci affixus verè ab vrso laniatus Laureolum mimum repræsentat.

QValiter in [a] Scythica religatus [a] rupe Prometheus
[b] Assiduā [c] nimio pectore pauit [d] auē.
Nuda [e] Caledonio sic pectora præbuit vrso,
[f] Non falsa pendens in cruce [g] Laureolus.
Viuebant laceri membris stillantibus artus,
[h] Inque omni nusquam corpore corpus erat.

a Caucaso.
b Interdiu vescentem —
c — noctu in pœnas renascenti iecore —
d — Aquilam.
e E Scotia, *Synecdoch.* in Septentrionalibus. n. plagis visi maximi & sæuissimi.
f Non ficto dramate, in quo quis vrsi pelle tectus (vti Nero apud Suetonium. 29 cap.) fictitium Laureolum dilaniare videretur: non in ficta cruce, vti agebat Laureolum Lentulus (Iuuenal. Sat. 8. indice) dignus vera cruce: sed verè totum corpus laceratus. g Damnatus iste, Laureoli latronis vrso expositi mimum verè agens. h Totus euisceratus, carne nudatus, nil nisi vulnus, σχῆμ' ὀξύμωρον.

Denique

Denique supplicium dederat necis ille paternæ,
Vel domini iugulum foderat ense nocens,
Templa vel [i] arcano demens spoliauerat [i] auro;
Subdiderat sæuas vel tibi Roma faces.
[k] Vicerat antiquæ sceleratus crimina famæ,
[l] In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

i Ornatu, statuis, vasis templorum aureis, ἀναθήμασι: vel etiam priuato auro templis custodiæ causa deposito.

k Admiserat sane aliquod crimen Laureoli illius latrocinio grauius.

l Sic ep. 5. supra. *Accepit fabula prisca fidem.* & infra ep. 21. n. 9.

De Dædalo. VIII.

Damnato cuidam & (vt in præcedentis epigr. argumento) Dædali fab. in supplicium agenti, dum pegmate excussus, quasi è Minois arce euolaturus in feras decideret, insultans optat Dædali (vt est in fab.) pennas.

DÆdale, Lucano cùm sic lacereris ab vrso,
Quàm cuperes pennas nunc habuisse tuas.

Simile quid de Icaro iuxta Neronis οὐρανίσκον decidente, vide apud Tranq. Ner. c. 12.

De Rhinocerote. IX.

Rhinoceros ægrè lenteq; irritatus præter spem tandem in feras irruens taurum iactabat non secus ac taurus pilam.

[a] PRæstitit exhibitus tota tibi, Cæsar, arena,
Quæ non promisit, prœlia [b] rhinoceros.
O quam terribiles exarsit pronus in iras:
Quantus erat cornu, [c] cui pila taurus erat!

a Sic infra epigr. 22.

b Ingens bellua cui nomen dedit τὸ ἐπ' ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ κέρας, καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ ȣ̓ μέγα. Pausan. l. 9.

c Epigr. 53. lib. 14. & ep. 19. infra.

De Leone qui gubernatorem offendit. X.

Cæsarem à iustitia laudat, qui leonem quòd magistrum læserat occideratue telis confossum interfici iussit.

LÆserat [a] ingrato leo perfidus ore magistrum,
Ausus tam [b] notas contemerare manus:
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas;
Et qui non tulerat verbera, [c] tela tulit.
[d] Quos decet esse hominum tali sub principe mores,
Qui iubet [e] ingenium mitius esse feris?

a In custodem, rectorem, mansuetarium, sed οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά.

b Magistri coercentis vel forte irritantis, vt epigr. 22. infra.

c Venabula, iacula conficientium.

d A minori.

e Hemistichium ex Ouidiano illo, eleg. 10. l. 1. *Turpe erit ingenium mitius esse feris.*

De Vrso. XI.

Nouum venationis genus prædicat; vrsum ſcilicet viſco implicitum.

a PRæceps ſanguinea dum ſe rotat vrſus arena,
b Implicitam viſco perdidit ille fugam.
c Splendida iam tecto ceſſent venabula ferro:
Nec volet excuſſa lancea torta manu.
d Deprendat vacuo venator in aëre prædam,
Si captare feras aucupis arte placet.

a Vrſus, capiti quod dedit illi natura inualidiſsimum, prætentis anterioribus pedibus demiſſoque ad terram capite ſe in orbem voluta re ſolet ad declinandam plagarum vim. b Hæſit viſco impeditus. c Poſtquā noua hæc & ista inuenta eſt ferarum viſcatio, ceſſent recondita venabula quibus cominus, & lanceæ quibus eminus feras conficimus, alii *recto* legunt, alii *terſo*. d Argute claudit ep. antithetis ex permutatione vtriuſque artificii. *deprehendere* n. proprie venatoris *captare* aucupis eſt. *vel ſic.* Quid iam ſupereſt niſi vt feræ etiam volitent eaſque capiat venator, namque eâdem arte capiuntur, qua aues?

De ſue quæ ex vulnere peperit. XII.

INter a Cæſareæ b diſcrimina ſæua a Dianæ
c Fixiſſet grauidam cum leuis haſta ſuem,
Exſilijt partus miſeræ de vulnere matris.
d O Lucina ferox, hoc peperiſſe fuit?
e Pluribus illa mori voluiſſet ſaucia telis,
Omnibus vt natis f triſte pateret iter.
Quis negat eſſe g ſatum materno funere Bacchum,
Sic genitum numen credite: nata fera eſt.

a Amphitheatralis venationis quæ Dianæ ſacra. b Pugnas. c Cum emiſſa manu lancea fix. feram ſuem fugientem. d O Diana, Lucina, Ilythia, Dea parturientibus præfecta, crudeliter ſane obſtetricio defungeris officio, ſi per vulnus pariendum ſit. e Et tamen pluribus voluiſſet mori vulneribus vt per vulnera ſuculis pluribus naſcendi pateret iter. f Vulneris & funeris. g Semeles a Ioue fulminatæ vtero extractum, Iouiſque femori inſutum, Dithyrambum.

De eadem. XIII.

ICta a graui telo, confoſſaque vulnere, mater
Sus b pariter vitam perdidit, atque dedit.
O quàm certa fuit librato dextera ferro!
Hanc ego c Lucinæ credo fuiſſe manum.
Experta eſt numen moriens d vtriuſque Dianæ,
Quaque ſoluta parens, quaque perempta fera eſt.

a Epig. præced. *leui* quia volatili, hic *graui*, quia lethali. b Suam amiſit, ſuculo dedit. c Quæ certo iaculatur, errare neſcit. εὐστοχωτάτης. d Venatricis & obſtetricis.

De ſue prægnante. XIIII.

SVs fera a iam grauior, maturi b pignora ventris
Emiſit fœtum, vulnere facta parens.
Nec latuit partus, ſed matre cadente cucurrit.
c O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!

a Partui proxima. b Rectius legas *pignore*. namque vnicum peperit ſuculum, cæteri matris funere tumulati. c *Caſus vbique valet.*

De Carpophoro. XV.

Carpophorum propè adoleſcentem Domitiano charum, virtutis gloriæq; ſtudio in θηριομαχίας Amphitheatrales deſcendentem Meleagro & Herculi præfert. vt infra ep. 27. Iaſoni & Theſeo. vide & ep. 23.

[a] SVmma tuæ Meleagre fuit quæ [a] gloria famæ:
[b] Quantula Carpophori portio, fuſus aper!
Ille & [c] præcipiti venabula condidit vrſo,
[d] Primus in Arctoi qui fuit arce poli;
Strauit & ignota ſpectandum mole leonem,
[e] Herculeas potuit qui decuiſſe manus;
Et volucrem [f] longo [g] porrexit vulnere pardum,
[h] Præmia cùm laudis ferret, adhuc poterat.

a Calydonius aper neglectæ Dianæ vindex, a Meleagro (vel vt alii, ab Atalanta) cæſus. b Quota pars eſt famæ Carpophori? c Vide not. a in epigr. 11. ſupra, & c. d Maximus in eis qui ſub plagâ Arcto ſubiecta aut vicina. vide ſupra notam e epigr. 7. alii ad Helicen vrſam cœleſtem reſpicere poetam volunt. Affaniæ & Liræ. e Inſtar Nemeæi illius quem ſtrauit Hercules. f Eminus lancea, haſta miſſa. g Occidit. forte à more extendendi & collocandi defunctos ſumptum. h Indeſeſſus adhuc & integris viribus, perinde ac recens nouæque pugnæ potens.

De tauro. XVI.

Ediderat Domitianus ſpectaculum quo Hercules tauro vectus in cœlum portabatur. fiebatque hoc per machinamentum ἀκροβατικὸν, ceu ἱερὰς. Poëta taurum hunc Ioui tauro collatum anteponit.

[a] RAptus abit media quòd ad æthera taurus arena,
[b] Non fuit hoc artis, ſed pietatis opus.
Vexerat Europen [c] fraterna per æquora taurus,
At nunc [d] Alcidem [e] taurus in aſtra tulit.
[f] Cæſaris, atq; Iouis confer [g] nunc ſtemma iuuentus,
[h] Par onus vt tulerint: [i] altiùs iſte tulit.

a Pegmate. ſupra ep. 2. n. d. γερανῷ machinâ qua in ſublime rapiebantur perſonæ è ſcena in aëra, vt a Borea Orythia, ab Aurora Memnon, ab anguibus Medea, &c. b Non tam machinamenti fuit artificium quàm pii numinis aura arti adſpirans. c Neptunia regna, maria. d Domitianum (credo) vel Domitiani effigiem Herculis habitu, quem ipſe affectauit gentemque Flauiam referri voluit ad Reatinos & comitem Herculis. vide Suet. Veſpaſ. c. 12. e Tauro huic ligneo Imperatorem incluſum volunt nonnulli vt quadret ſchema cum Ioue ſub ſpecie tauri, verum nec placet, nec opus eſt: namque —— f —— A Cæſare exhibitus in ſpectaculo hic taurus. g Emendatior lectio *conf. nunc ſchema: iuuenci Par, &c.* h Fac eos tuliſſe par onus, quod tamen non fuit. ille, n. puellam, hic heroa, &c. i Ludit in ambiguitate vocis *alti* quod aliquando pro cœlo, quandoque pro mari ſumitur. Iouis. a. taurus Europam per mare, Cæſaris taurus Herculem per aëra (quod mari altius) tulit. huic ſimile 7. ep. 1. l.

De ſupplice elephante. XVII.

QVòd pius, & ſupplex elephas te, Cæſar, adorat;
Hic modò qui [a] tauro tam metuendus erat:

a Inſra epigr. 19.

b Non facit hoc iussus, nulloque docente magistro:
Crede mihi, c numen sentit & ille tuum.

b Non facit hoc à magistro iussus & edoctus vt alibi elephantes, nec tamen nullo docente magistro, sed à numine tuo monitus quod illi instar magistri est. sic ep. 15. & 109. lib. 1. c Docil: animal elephas & religiosum, Solem n. & Lunam naturæ instinctu adorat.

De tigride, & leone. XVIII.

LAmbere securi dextram consueta magistri,
Tigris ab Hyrcano gloria a rara iugo,
Sæua ferum rabido lacerauit dente leonem:
Res noua, non vllis cognita temporibus.
Ausa est tale nihil, syluis dum vixit in altis:
b Postquam inter nos est, plus feritatis habet.

a Non ita frequens huc adducta ex Hyrcaniis syluis, videturque respicere ad morem surripiendi catulos Tigridis. cum. n. fœtus insidiis ereptos videt, insequitur raptorem animal pernicissimum, ille vnum abiicit è catulis, quem mater ad cubile reportat, rursusque raptorem insequenti alterum abiicit, mox tertiũ,&c. ita ille vnicum vix nactus nauim conscendit. Plin 8.c.16. Solin. 21.c. b Ad nos tralata fortior & animosior facta est.

De elephante. XIX.

QVi modò per totã, a flammis stimulatus, arenam
Sustulerat raptas taurus in astra pilas,
Occubuit tandem cornuto ardore b petitus,
Dum facilem tolli sic elephanta putat.

a Tauros irritare solebant & ad pugnam incitare igni, stimulis & pilis — b — quæ fiebant ad effigiem humanam è pannis purpureis fœno stramineue suffertis, quo colore tauri maximè efferantur. Sen. 3. de Ira. c. 30. Plut. connub. præcept. b Ramirez è vet. c. legit. *potitus* hac mente; dum incitatus & ardens irâ taurus cornuum vi fretus elephantem nisus est in altum tollere. Legunt alii *Petitus*. exponuntque *ardorem cornutum* irati elephantis dentes, quos sunt qui cornua esse contendant. vide lib. 1. ep. 73. n. 6. c Eadem facilitate qua pilas.

Assentatur Cæsari. XX.

a DVm peteret pars hæc Myrinũ, pars illa Triumphũ,
b Promisit pariter Cæsar vtraque manu.
Non potuit meliùs c litem finire c iocosam.
O dulce inuicti principis ingenium!

a Dum præter ordinaria gladiatorum paria, muneris Quæstorii auctarium postularet populi pars alia Myrinũ (de quo ep. 29. l. 12.) alia Triumphum duos è gladiatoribus quos viribus, arte, ornatu eximios alebat proprios & peculiares sibi Cæsar. Sueton. Domit. 4. b Vtrunque par significauit se daturum vtraque exporrecta manu. c Studium populi alterius alterum petentis. quæ Ausonio, *cuneati læta theatri Seditio*.

Ad Cæsarem. XXI.

Orphei fab. in Amphitheatro exhibita est. Damnatus verò quispiam (vt dict. supra in argum. 7 epigr.) verè ab vrso laniatus est, vt Orpheus à Bacchis discerptus fertur.

QVidquid in a Orpheo Rodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit, Cæsar, arena tibi.

a Threïciis vallibus ceu planicie ad Hœmum Rhodopeue, quæ ad similitudinem veri theatri refert poëta, vt Ouid 11. Met. *Mœnades Orphei titulum rapuere theatri.*

Repse-

[b] Repserunt scopuli, mirandaque [c] sylua cucurrit,
Quale fuisse [c] nemus creditur Hesperidum.
Affuit immixtum [d] pecudum genus omne ferarum,
Et supra vatem [e] multa pependit [e] auis.
Ipse sed [f] ingrato iacuit laceratus ab vrso.
[g] Hæc tamen vt res est facta, ita ficta alia est.

b Hæc.a. vel per machinamenta, [Greek], vel ab hominibus in truncis arborum scopulisque latitantibus mouebantur. c Horti aureis pomis.i. citriis (vt refert è Iubæ commentariis Aemylianus apud Athenæum.l.3.c.6) insignes, quos habuerunt in extrema Aethiopiæ parte filiæ Hesperi fratris Atlantis. d Al. *Pecori* al. *pecudum genus atque ferarum*. sed acutiori sensu retineatur vetus lectio, neque enim pecudes domesticæ sed feræ Orpheum insecutæ, quas voce illius blanda citharæque sono delinitas crederes pecudes. e Filo vel reti coercitæ tenuissimo ne auolarent, aues multæ. f Male vatis musicam compensanti. g Supra ep. 7.n.l.

De rhinocerote. XXII.

[a] SOlicitant [b] pauidi dum [c] rhinocerota magistri,
Seque diu magnæ colligit ira feræ:
Desperabantur promissi prælia Martis:
Sed tamen is rediit cognitus antè furor.
Namque [d] grauem gemino cornu sic extulit [e] vrsum,
Iactat vt impositas taurus in astra [f] pilas.

a Feras ad pugnam irritare solebant stimulis, igne flagellis, pilis, mappis, modo, ep. 19.a. b Verentes ne in se bestiam mouerent *vel* ne, si non moueretur in pugnam, populo displicerent qui lentas oderat pugnas vt vltimo sequentis ep. versu. c Supra ep. 9. d Cornibus tauri .i. tauro. grauem futurum, vt *Cornu* sit Datiuus, exponendum censet Politianus Misc. 56. verum simpliciter intellige de Rhinocerotis gem. cornu. vide ep. 9. not. b. e Alii *Vrum* legunt, bubulumque intelligunt, quem vulgus vrum appellabat. f Supra ep. 19.n.a.

* *De Carpophoro.* XXIII.

* Vide ep. 15. supra.

[a] DOrica quàm certo venabula dirigit ictu
Fortis adhuc teneri dextera Carpophori,
Ille [b] tulit geminos facili ceruice iuuencos,
Illi cessit atrox bubalus atque bison.
Hunc leo cùm fugeret, præceps in [c] tela cucurrit:
I nunc, [d] & lentas corripe, turba, moras.

a Græca, ab inventore Græco Plin. c. 56.l.8. Aliis Laconica. Lacones.n. venatores strenui, iidem Dorici generis fuerunt, *vel* à Doride in qua Pindus mons, opt. materiæ ad hastilia ferax. vide Turnebi Adu. 17. l. 2.c. legitur & *Norica*, quæ regio armorum fabricâ illustris. b Nullo labore gestauit. Milo alter. vel facilè interfecit. Turneb. 17. 2. alii ad tauros referunt τὸ *facili ceruices* arguentes Carpophori dexteritatem quod iuuencos mobili & versatili ceruice ictum deuitantes percusserit tamen. c Subsessorum, qui in insidiis latent, in venatoris subsidium vbi opus sit. d Neque .n. habet populus quod hîc queratur de tarditate congressus, quæ aliâs illi molesta. vide præced. ep. not. b.

De naumachia Domitiani. XXIIII.

Nauale prælium à Tito, Sueton. 7. *vel à Domitiano* Sueto. 4 *in Amphitheatro exhibitum, subitò immissâ per tubos aquâ, vt nouum hospitem & è longinquo aduenam tum primùm spectatorem fallat, credentem scpontum*

pontum esse, nisi mox emissam ad munera gladiatoria viderit aquam.

a Per itineris longinquitatem. supra ep. 3.
b Neptuno sacræ, vel à Diuo Cæsare exhibitæ Naumachiæ, seu alterius cuiusuis muneris.
c Prælium nauale. Est autem Bellona, bellorum dea, Martis soror.

SI quis ades longis [a] serus spectator ab oris,
Cui lux prima [b] sacri muneris ista fuit:
Ne te decipiat ratibus [c] naualis Enyo,
Et par vnda fretis; hic modo terra fuit.
Non credis? [d] spectes, dum laxent æquora Martem:
Parua mora est: dices, hic modo pontus erat.

d Expectes modò dum emissa aqua locum det gladiatoribus, qui Marti sacri.

De Leandro. XXV.

Domitiani clementiam Neptuni sæuitiæ anteponit, cùm fictitius hic Leander è Cæsaris mari Amphitheatrali enatarit, ille verus in Hellesponto perierit.

a Pontus à Cæsare per tubos in Amphith. inductus.
b Distichon superius plenum habuit epigrammatis sensum & argutiam: quod sequitur tetrastichon videtur ἐπιβολιμαῖον.
c Ad amicam Hero.

QVòd nocturna tibi Leandre pepercerit vnda,
Desine mirari: [a] Cæsaris vnda fuit.
[b] Cum peteret dulces audax Leandrus amores,
Et fessus tumidis iam premeretur aquis;
Sic miser instantes affatus dicitur vndas:
Parcite, dum [c] propero; mergite, dum redeo.

De natatoribus. XXVI.

Iuuenes natatores Nereïdum habitu in æquore Amphitheatrali exhibiti à Cæsare credo Tito, namque simile quid de illo refert Dio. quod artificiosum Cæsaris spectaculum vel veris Nereïdum lusibus præfert.

a Nympharum maris, Nerei & Doridis filiarum L.
b Natandi peritus, *respi itque iuuenes*. vel edoctus à chorodidascalo, vel à Thetide aut Cæsare, vt vltimo versu huius ep.
c Agmen.
d In Amphitheatrum inducto.
e Facile natatoribus cedentes.

LVsit [a] Nereïdum [b] docilis [c] chorus [d] æquore toto,
Et vario [e] faciles ordine [f] pinxit aquas.
[g] Fuscina dente minax, [h] nexu fuit ancora curuo:
Credidimus [i] remum, credidimusque [k] ratem,
Et [l] gratum nautis sidus fulgere Laconum,
[m] Lataque perspicuo vela tumere sinu.
Quis tantas liquidis artes inuenit in vndis?
[n] Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit.

f Varias rerum formas in aquæ superficie (cuiusmodi hodie artificiosas videmus saltationes) repræsentauit —— g —— Tridentis Neptuni —— h —— Anchoræ —— i —— Remi —— k —— Ratis —— l —— Siderum διοσκούρων, Castoris & Pollucis —— m —— Velorum. sed aliis aliæ placent expositiones anxiæ satis, fluctuantes & fusæ, quibus hic non locus.
n Accepit ne lusus hosce Cæsar à Thetide, aut ipsa potius à Cæsare docta est?

Blandi-

Blanditur Cæsari. XXVII.

Supra ep. 15. Carpophoro Meleagrum & Herculem postposuit, hic eidem Herculem, Theseum, Bellerophontem, Iasonem, & Perseum.

SEcula Carpophorum, Cæsar, si prisca tulissent,
[a] Iam nullum monstris orbe fuisset opus.
[b] Non Marathon taurum, [c] Nemeë frondosa leonem,
Arcas Mænalium non timuisset aprum.
Hæc armata manus [d] hydræ mors vna fuisset,
[e] Huic percussa foret tota Chimæra semel.
[f] Ignipedes posset [g] sine Colchide vincere tauros:
Soluere & [h] Hesionem solus, & [i] Andromeden.
[k] Herculeæ laudis numeretur gloria: plus est
Bis denas pariter perdomuisse feras.

a Iam nullum negotium fuisset in orbe sc. purgando à monstris.
b Vrbs illa Atticæ non timeret Cretæum taurum, ab Herc. cæsum. quod tamen Theseo ascribitur.
c Non silua Nemeæa inter Cleonas & Phliuntem tim. leonem, non Arcadia aprum, quos confecit Hercules.
d Repullulantibus capitibus crescens malum vno ictu simul interfecisset. e Huius vno ictu periisset triforme illud monstrum Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. quæ a Bellerophonte domita est non sine diutino prælio. f *Al. Aeripedes,* χαλκοπόδας. melius legas *Igniuomos.* φλόγα φυσιόωντε g Absque Medeæ ope & arte. h Laomedontis filiam ceto expositam quam asseruit Herc. i Cephei & Casiopes filiam, quam ceto expositam liberauit Theseus. k Ite iam, subducite rationes, comperietis Herculis labores per omnem vitam non excessisse XII. numerum: Carpophorus vno spectaculo XX. strauit feras.

¶ *Laus Augusti.* XXVIII.

Ociosum lemma, ineptum & alienum à sensu epigrammatis aut mente poetæ, qui lemmata sua libris tantùm vltimo atque penultimo præfixit: vt apparet ep. 3 l. 13. & 2. ep. l. 14. hoc a. epigrammate Titi (vt videtur ex Xiphilino) naumachiam præfert illis Augusti, Claudij, Neronis.

[a] AVgusti laudes fuerant, committere classes,
Et * freta nauali solicitare tuba:
[b] Cæsaris hæc nostri pars est quota? vidit in vndis
Et Thetis [c] ignotas, & Galatea feras. [d]
Vidit in [e] æquoreo feruentes puluere currus,
Et [f] domini Triton ipse putauit equos.
[g] Dumque parat sæuis ratibus fera prœlia Nereus,
[h] Abnuit in liquidis ire [h] pedester aquis.

a Aug. nudas exhibuit naumachias cis Tiberim. *Suet.* 43 *Aug. Tac.* 14. *Annal.* nisi respiciat exercitationem classium in lacu Lucrino ad bellum Siculum. *Suet. Aug.*
* Prælia naualia.
b Titi, ceu mauis Domitiani.
c Equi.n. tauri aliaque animalia edocta fuerant id omne in aquis facere quod in terra consuerant. d Post secundum hoc distichon locum habeat quintum dist. e Imbrico ex aspergine equorum natantium Neptunique fictitii currum trahentium. alii volunt pontes leniter aquæ superficiei substratos & in his currus tractos. f Neptuni. g Dumque classes obit, instituit, disponit ad Naumachiam Neptunus. h Curru triumphali vectus quem trahunt 4 equi ceu vituli marini, aut balænæ.

Quid-

[d] Quidquid & in [i] circo ſpectatur, & [k] amphitheatro,
[l] Diues Cæſarea præſtitit vnda tibi.
[m] Fucinus, & [n] pigri taceantur ſtagna Neronis:
Hanc norint vnam ſecula [o] Naumachiam.

i Certamina curulia, Gymnica, pompæ.
k Gladiatores, venationes, naumachiæ. emendo *amphitheatro Cæſareo, diues, &c.*
l Omni ludorum genere abundans. m Claudii naumachiæ in lacu Fucino. *Suet. Claud. c. 21. Tacit. An 12.* n Referas per Hypallagen Metonym. ad ſtagna, vel ad ignauiam mollitiemque Neronis. leg. & *diui.* o Naumachia & feræ exhibitæ fuerunt à Nerone inductis aquis in ligneum ſuum Amphith. *Xiphilin.*

XXIX.

Martiali epigramma hoc adſcriptum Ioſ. Scaliger primus publicauit. cuius hæc ſententia. Par gladiatorum poſtulatitium vel à Cæſare exhibitum (vt ſupra ep. 20.) vbi diu æquo in pugnaſſet Marte, populus vel fauore vel moræ tædio miſſionem vtrique gladiatori petijt. Cæſar arenæ lege iubet agi, nec dirimi certamen fert niſi altero victo. Spectantem interea populum donis & miſſilibus moratur. vtriq; tandem ſimul ictu pari læſo palmas miſit & rudes.

Cum traheret Priſcus, traheret certamina Verus,
Eſſet & æqualis Mars vtriuſque diu:
[a] Miſſio ſæpe [b] viris magno clamore petita eſt:
Sed Cœſar [c] legi paruit ipſe ſuæ.
Lex erat ad digitum poſita concurrere palma:
Quod licuit, lances, [d] donaque ſæpe dedit.
Inuentus tamen eſt finis diſcriminis æqui,
Pugnauere pares, ſuccubuere pares.
Miſit vtrique [e] rudes, & [f] palmas Cæſar vtrique:
[g] Hoc pretium virtus ingenioſa tulit.
Contigit hoc, nullo niſi te ſub principe, Cæſar,
Cum duo pugnarent, victor vterque fuit.

a Miſſio erat quoties læſus aut victus victori eripiebatur à principe vel munerario ex fauentia populi, quam ſignificabat preſſo pollice.
b Gladiatoribus.
c Ne alteruter palmâ donaretur, priuſquam alter ſe victum agnoſceret, quod fecit victus ſublato digito.
d Obſonia in lancibus & dona, vt reficeret animumque adderet gladiatoribus; vel populo quo patientius ferret longæ pugnæ moram. e Scipiones, quibus veterani gladiatores donati in ſignum magiſterii, liberi ab arena in reliquam vitam pronunciabantur. f Præſentis certaminis præmia. g Miſſionem, palmam, & rudem.

Ad Cæſarem. XXX.

*Da veniam ſubitis: non diſplicuiſſe meretur,
Feſtinat, Cæſar, qui placuiſſe tibi.

* Hæc diſticha, vel mutila ſunt & corrupta, vel Martialis non ſunt. ex fragmentis illi adſcribuntur.

Alterum. XXXI.

Cedere maiori, virtutis fama ſecunda eſt.
Illa grauis palma eſt, quā minor hoſtis habet.



M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER. I.

Innocentiam suorum epigrammatum defendit. malignos interpretes abiudicat. verborum licentiam excusat. tetricis Catonibus lectione epigrammatum interdicit.

SPero me secutum in libellis meis tale temperamentũ vt de illis queri non possit, [a] *quisquis de se bene senserit, cùm* [b] *salua infimarum quoque personarum reuerentia ludant, quæ adeò* [c] *antiquis auctoribus defuit, vt nominibus non tantùm* [d] *veris abusi sint, sed etiam* [e] *magnis. At mihi fama* [f] *vilius constet, &* [g] *probetur in me nouissimum ingenium. Absit à iocorũ nostrorũ simplicitate malignus interpres, nec epigrammata mea* [h] *scribat. Improbè facit, qui in alieno libro ingeniosus est. lasciuam verborum* [i] *licentiam, id est, epigrammaton linguam excusarem,* [k] *si meum esset exemplum: sic scribit* [l] *Catullus, sic* [l] *Marsus, sic* [l] Pedo, *sic* [l] *Getulicus, sic quicumque perlegitur. Si quis tamen* [m] *tam ambitiosè tristis est, vt apud illum in nulla pagina* [n] *Latinè loqui fas sit, potest epistola, vel potiùs* [o] *titulo contentus esse. Epigrammata illis scribuntur, qui solent spectare* [p] *Florales. Non intret* [p] *Cato theatrum nostrum; aut si intrauerit, spectet. Videor mihi meo iure facturus, si epistolam versibus clausero.*

a Quisquis sibi bene conscius nihil ad se pertinere suspicabitur quæ ego sub nominibus fictis reprehendo.
b 33. Ep. 10. l. not. f.
c Lucilio qui Metellum, Lupum, Mutium nominatim secuit: Catullo qui Mamurram: Metrodoro Scepsio; Ortacilio & aliis.
d Propriis. ego .a. fictis & suppositis.
e Magnatum.
f Quàm vt innotescere velim famamque aucupari ex aliorum infamia. quod fecerunt veteres illi.
g Famæ alieni nominis ingenii mei famam postpono. Aliis parco, alios reuereor, alios laudo, minimum laudis quæro ex ingenio meo, huic, si qua debetur, omnium nouissimè detur laus. vel probetur in me simplicis candidique ingenii nouum hoc commentum quo vitia carpens personas taceam.
h Noua interpretatione sua faciat. aliter atque ego qui scripsi intelligat. *Persium non curo legere, Lælium, Decianum volo. Nasutum volo non polyposum.* Nannio 9. l. c. 4. *Accuset.*
i Locutionem apertam quæ ligonem ligonis nomine designat. Plin. 14. epist. 4. l. nuda verba. cui linguæ non minus abstinendum epigrammatario quàm medico. hic. n. corpus, ille animum sanare vult. morbi itaque & vitia propriis nominibus designanda.
k Si ego iam primus hoc facerem nec alii ante me fecissent.
l Epigrammatographus. Sidon. 9. carm. Gyrald, vit. Poët. & noster sæpe infra.
m Supra modum & affectatè tristis.
n Simpliciter, apertè, sine ambage aut fuco. ita Cic. 6. Ver. *Latinè me scitote non accusatoriè loquor.* vide & epigr. 21. l. 11. Porro Latini simplices & ingenui habebantur.
o Libr. epigrammatum, quorum linguam lasciuam & licentiosam esse oportet vt supra, i.
p Vide epigr. 3. infra.

Ad Lectorem. I.

[a] HIc est quem legis, ille quem requiris,
Toto notus in orbe Martialis,
[b] Argutis Epigrammaton libellis:
Cui lector studiose, [c] quod dedisti
Viuenti decus, atque sentienti,
Rari post cineres habent poëtæ.

a Se calamo digitoque commonstrat poëta ep. 59. l. 9. & 5. l. 15. ep. & l. 10. ep. 9.
b Epigrammatis (quod est poema breue, cum simplici cuiuspiam rei, personæ, vel facti indicatione, aut ex propositis aliquid deducens, Iul. Scal. 3. l. Poet. c. 125.) virtutes duæ sunt, Breuitas & Argutia, quibus venustatem addas. 7. l. 24. ep. & ep. 62. l. 12. a. c *Quodque cinis paucis hoc mihi vita dedit.* ep. 13. l. 5. & ep. 94. l. 3. e.

Ad lectorem, vbi libri venales. II.

QVi tecum cupis esse meos vbicumque libellos,
Et [a] comites longæ quæris habere viæ;
Hos eme, quos arctat breuibus membrana tabellis:
[b] Scrinia da magnis, me manus vna capit.
Ne tamen ignores vbi sim venalis, & erres
Vrbe vagus tota: me duce certus eris.
[c] Libertum docti Lucensis quære [d] Secundum,
[e] Limina post Pacis, Palladiumque forum.

a Comites sc. facundos, qui pro vehiculo sunt in via. *vt habet Mimus.*
b Ingentia librorum volumina scriniis reponantur, meus hic libellus ἐγχειρίδιον est.
c Docti viri, mancipia, quorum operam & fidem in studiis librisue exscribendis probassent, manumiserunt; vt sui aliquando iuris essent. d Quod secundo manumissionis vel gratiæ loco & ordine apud patronum fuerit, nominatum vult Turnebus. 18. l. 3. c. quod incertum. e Ad Pacis templum, & Palladium seu Transitorium forum in quarta vrbis reg.

❡ *Ad Catonem.* III.

NOsses iocosæ dulce cùm sacrum Floræ,
Festosque lusus, & licentiam vulgi,
Cur in theatrum Cato seuere venisti?
An ideò tantùm veneras, vt exires?

Floralia in honorem Floræ è meretrice deæ factæ, agebantur à meretricibus veste exutis omni cum verborum licentiâ motuumque obscœnitate, quorum spectandi gratia Theatrum ingresso Catone, populus, vt mimæ nudarentur postulare erubuit, cuius rei causam cum ex Fauonio latus suum tegente cognouisset, discessit è theatro. Val. Max. 2. l. 10. cap. Sen. 97. epist.

❡ *Ad librum suum.* IV.

[a] ARgiletanas mauis habitare tabernas,
Cùm tibi parue liber scrinia nostra vacent.
Nescis, heu, nescis [b] dominæ [c] fastidia Romæ:
Crede mihi, nimium [d] Martia turba sapit.
[e] Maiores nusquam ronchi: iuuenesque senesque,
Et pueri [f] nasum [g] rhinocerotis habent.

a Bibliopolarum tabernas in Argileto imo. in 11. Regione vrbis.
b *Romanorum rerum dominorum*, vt ep. 124. l. 14.
c Censuræ iudiciique notas ex oculis, vultu, nutu, supercilio cæterisque motibus perspectas. ipsum fastidium.
d Romani Marte oriundi. e Sonantiores sannæ & irrisiones nusquam sunt quam Romæ. f Vt dextera fidei, genua misericordiæ, supercilium grauitati & fastui &c. ita nasus irrisioni dicatus, censuræ & acri iudicio. 2. ep. 13. l. & passim apud autores. g Cui ingens, cornu munitus, validus nasus spectac. lib. ep. 9.

Audieris cum grande [h] sophôs, [i] dum basia captas,
[k] Ibis ab excusso missus in astra sago.
Sed tu ne toties [l] domini patiare lituras,
Neue notet lusus [m] tristis [n] arundo tuos;
[o] Aetherias lasciue cupis volitare per auras:
[p] I, fuge; sed poteras tutior esse domi.

h Ab auditoribus acclamatum recitanti σοφῶς, θείως, μεγάλως, *Pulchre, bene, recte! Euge, bellè! Facetè, lautè, lepidè, nihil supra!* Sidonius Apollin. l. 1. *Ad sophôs meum, &c. Ob hoc illi maximum sophôs, &c.* i Dum captas approbationes, quas veteres amplexu & basiis attestabantur. k Excipient te quidem gremio. sed vt te sago in sublime iactent per ludibrium & procacitatem vt solent canes excipere, quod ab Othone factitatum refert Sueton. 2. c. Gal. *Berner.* Ang. tosse in a blanket. quod Græcis παλμὸς dicitur, Latinis *Sagatio.* exprobratque illi famæ cupiditatem qui ad astra tolli velit. vel ad Rhinocerotis nasum respicit quo versum ceu vrum in astra tulit. lib. spect. ep. 22. l Emendantis & ad limam reuocantis. m Seuera, censoria. n Calamus scriptorius. ep. 38. 14. l. o Prodire in vulgus gestis versarique in hominum manu. imo iactaberis in astra, vt supra not. K. p *Epitrope Sarcastica.*

Ad Cæsarem. V.

COntigeris nostros Cæsar si fortè libellos,
[a] Terrarum dominum pone [a] supercilium.
[b] Consueuere iocos vestri quoque ferre triumphi;
Materiam dictis nec pudet esse ducem.
Qua [c] Thymelen spectas, [d] derisoremque Latinum,
[e] Illa fronte precor carmina nostra legas.
Innocuos [f] censura potest permittere lusus:
[g] Lasciua est nobis pagina, vita proba est.

a Sepone Cæsaream maiestatem, Imperatoriam grauitatem, seueritatem Censoriam. vide not. f. supra ep. 4. b Namque & vos imperatores in triumphis patienter ferre soletis dicteria & scommata militum vobis alternis carminibus conuiciantium. vide ep. 7. l. 7. & Sueton Iul. c. 40. & Dionem. l. 43. c Mimam saltatricem, ab Orchestræ pulpito quod θυμέλη vocatur, nominatam, Latini vxorem. Iuuen. 1. S. 36. v. d Mimum Domitiano charum. Suet. Domit. c. 15. & epigr. 29. l. 9. b. Ang. Politiani lib. 7. epist. ad Gratinum. e Hilari, serena, facili. f Susceperat. n. Domitianus censuram perpetuam, etiam in carmina famosa asper. Suet. 8. c. Domit. g *Musa verecunda est, vita iocosa mea est.* Ouid. 2. Trist.

Ad Marcum. VI.

DO tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis,
Vis puto cum libro Marce natare tuo.

Ex persona Domitiani offensi intempestiuâ poetæ (epigrammata sua Cæsari dum naumachiam pararet offerentis) interpellatione: & exitium poetæ carminibusque in aquas abiectis minati. vide ep. 99. l. 3. & 54. l. 5.

De leone Cæsaris. VII.

[a] AEtherias aquila [b] puerum portante per auras
Illæsum [c] timidis vnguibus hæsit onus:
Nunc sua [d] Cæsareos [e] exorat præda leones,
Tutus & ingenti ludit in ore lepus.
[f] Quæ maiora putas miracula? summus vtrique
Auctor adest: hæc sunt Cæsaris, illa Iouis.

a Domitiani leones lepori parcentes anteponit Iouis aquilæ Ganymedem rapienti. vide ep. 15. infr. & 23. 45. 49. 52. 61. & 105. b Ganymedem Trois fil. vide ep. 56. l. 5. c Solicitis ne puer excideret vel læderetur. d A Cæsare exhibitos. e ne lædatur lepus impetrat. f Certe hæc sunt maiora, quod leoni magis propria præda sit lepus, quam aquilæ puer, & consequenter Domitiani hoc miraculum maius quam illud Iouis. *Adulatoriè.*

Ad

Ad Maximum, de columba Stellæ. VIII.

a Stellæ b delicium mei columba,
c Verona licet audiente dicam,
Vicit, Maxime, passerem Catulli.
Tantò Stella meus d tuo Catullo,
Quantò passere maior est columba.

a Carmen, quo Aruntius Stella Patauinus, elegiographus Hiantidis suæ (ep. 21. l. 6. 2. & ep. 13. l. 7) columbam defleuit, tantò superat carmen 2. & 3. Val. Catulli Veronensis de nequitia morteque passeris suæ Lesbiæ, quanto passere maior est columba. vide ep. 13. l. 7 b & c
b Imit. Catulliana: *Passer deliciæ meæ puellæ*. vt mox *Tanto pessimus om. poeta Quantò, &c.*
c Ipsa Catulli patria. *Emph.* d Concivi fortè, vel quem admirari solebat hic Max.

Deciani dogma laudat. IX.

Quòd a magni Thraseæ, b consummatiq; c Catonis
d Dogmata sic sequeris, e saluus vt esse velis,
Pectore nec nudo strictos incurris in enses,
Quod fecisse velim te, Deciane, facis.
f Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam:
Hunc volo, laudari qui sine morte potest.

a Thras. Poeti constantis viri imo virtutis ipsius, inquit Tacit. 16 Annal. Suet. Ner. Arrian. Epict. 1. l. 1. c. &c. qui à Nerone iussus mori alacriter venas incidi iussit, sanguinem libans Ioui liberatori.
b Omnibus numeris absoluti viri. Stoici perfectissimi. c Qui ne Cæsarem victorem videret, se Vticæ interfecit. cui hinc cognomen Vticensis. infra ep. 79. n. h. d Placita & decreta Stoica, *Mortem esse ad manum portum & libertatem à miserijs, &c.* e Vt tamen nolis tibi mortem consciscere, quod fecerunt illi. alii leg. *talis vt esse v.* i. eorum similis. f Nolo virum qui molliter & desperanter ad mortem quasi remedium confugiat, hunc volo qui mala fortiter toleret perferatque. τὸ δ' ἀποθνήσκειν, φεύγοντα πενίαν, &c. Arist. Nicom. 3. 7. vide ep. 80. l. 2. & 57. l. 11. & Eurip. Herc. Fu. act. 5. Ἐσκεψάμην δὲ, καίπερ ἐν κακοῖσιν ὤν, &c.

Iocatur in Cottam. X.

Bellus homo, & magnus vis idem Cotta videri;
a Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.

a Est. n. *Bellus* dim. à bonus. plety. ep. 7. l. 2. & 3. l. ep. 62. quod de bono magnoque non dicitur. Bellus item dicitur, qui placenter & ad voluntatem loquitur, quod pusilli animi est. 46. ep. l. 10. vide & ep. 39. l. 12. Fortè & hic Cotta πτωχαλαζών, qui pauper cum esset, diues haberi voluit.

De Gemello, & Maronilla. XI.

Petit Gemellus nuptias Maronillæ,
Et cupit, & instat, & precatur, & donat.
Adeóne pulchra est? immo fœdius nil est.
Quid ergo in illa petitur & placet? * tussit.

* Hinc Pthisicam esse coniecit, speratque se breui elaturum. vide lib. 2. ep. 26. legitur & *tussis*.

Ad Sextilianum potorem. XII.

CVm [a] data sint equiti bis quina numismata, quare
[b] Bis decies solus Sextiliane bibis?
Iam defecisset portantes [c] calda ministros,
Si non potares Sextiliane [d] merum.

a Sportulæ nomine (inquit Turnebus 18. l. 30. c.) vel ad potionem equitibus singulis in spectaculis dati 10. nummi sestertii.
b Vicies, bis denas vices, quarum impensa 10. nummos longè excedit. non .a. decies nummum (vt exponunt quidam) .i. 2000. Sestertia. c Aqua calida ad vinum temperandum. Lips. Elect. 1. c. 4. d Vinum non dilutum. vide ep. 27. infra.

De Regulo. XIII.

ITur ad [a] Herculei gelidas quà [b] Tiburis arces,
[c] Canaque sulfureis Albula fumat aquis;
[d] Rura, nemusque sacrum, [e] dilectaque iugera Musis
Signat vicina [f] quartus ab vrbe [f] lapis:
Hic [g] rudis æstiuas præstabat porticus vmbras,
Heu quàm pænè nouum porticus ausa nefas!
Nam subitò collapsa ruit, cum mole sub illa
[h] Gestatus bijugis [i] Regulus [k] esset equis.
Nimirum timuit nostras fortuna querelas,
[l] Quæ par tam magnæ non erat inuidiæ.
[m] Nunc & damna iuuant: sunt ipsa pericula tanti:
[n] Stantia non poterant tecta probare deos.

a Herculem deum tutelarem colentis. de Herc. Tiburtini bibliotheca A. Gel. 19. 5.
b Op. ad 17. lapidem ab vrbe Roma.
c Ad planiciem Tiburi subiectam scaturiunt aquæ gelidæ quæ à colore lacteo quem à venis habent sulphureis Albulæ dicuntur.
d Villam Reguli.
e Reg. sc. oratoris, docti itaque Musarum clientis.
f Σημεῖα miliarium totidem. videtur autem ex ep. 30. l. 7. fuisse inter 3. & 4. lap. g Inculta, immorata, *Pathos*. eademque ruinosa. h In gelidis hisce porticibus gestari veteres soliti essedo iunctis mulis. Iuuenal. 4. sat. 5. v. & 7. S. 108. v. animi vel valetudinis causa. i. Hic fuit Reg. ille quem Plinius 5. epist. 2. l. Regem improborum & bipedum nequissimum appellauit. quem tamen poeta palpat. k Iamque excessisset. l Vt quæ communem, si Regulum oppressisset, inuidiam ferendo non esset. m Hæc quidem damna fructui nobis & voluptati sunt, hæc pericula vel magno precio subeunda, quæ argumento sint nos diis curæ esse, vt in Regulo seruato deorum prouidentiam agnoscamus. *Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Solicitat.* n Sed ruentia mox vt Reg. gestari desiit, deorum prouidentiam & bonitatem arguunt. vide ep. 83. infra.

De Arria, & Pæto. XIIII.

[a] CAsta suo gladium cùm traderet Arria Pæto,
Quem de visceribus traxerat ipsa suis:
Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit:
[b] Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

a Cæcinæ Pæto, qui in partibus Scribonianis contra Claudium fuisset, ad mortem adacto, vxor Arria extractum è suo vulnere pugionem marito porrexit, cum voce: *Non dolet.* Tacit. An. 16. Dio 60. l. Plin. 3. l. 16. epist. egregiè. b Tu. n. vitâ mea mihi charior.

Ad Cæsarem. XV.

DElicias, Cæsar, lususque iocosque leonum
Vidimus: hoc etiam præstat arena tibi,
Cùm prensus blando toties à dente rediret,
Et per aperta vagus curreret ora lepus.

Domitianum se Dominum ac Deum nostrum appellari volentem poeta palpans Ioui componit, imò præfert, sumpta occasione

à leonibus qui lepori per rictus eorum discurrenti pepercissent. Quod Imperatori tribuit, cuius sc. leones sunt. supra 7. ep.

Vnde potest auidus captæ leo parcere prædæ?
Sed tamen esse tuus dicitur; ergo potest.

¶ Ad Iulium. XVI.

a Transcriptus hic versus ab Ouidio.4.eleg.1. Trist. b Veteris & probatæ amicitiæ, per annos 34. fides vid.ep.34 l.12. c Pænè iam sexagenarius es. Romanos .a. consularibus numerasse fastis notum est. d Reliquæ vitæ, tibi iam sexagenario: vel, præteritæ, cum tibi ærumnis curisque distracto perpauci illuxerint dies felices & hilares. quippe ζῆν Epicuris sonet nitidè & delicate viuere. τὸ δὲ ζῆν, εἰπέ μοι, τί ἐστι; Β. τὸ πίνειν, &c. Aristoph. e Non prudenter feceris differendo voluptates in futurum tempus quod incertum est. f Inuicem connexi. vbi Finis alterius mali gradus est futuri. g Al. remanent. h Vindica, supinis manibus accipe, obuiis vlnis amplectere. i Etiam dum capessis & amplexaris.

a O Mihi post nullos Iuli memorande sodales:
Si quid b longa fides, canaque iura valent.
c Bis iam pænè tibi consul trigesimus instat,
Et numerat d paucos vix tua vita d dies.
e Non bene distuleris, videas quæ posse negari,
Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum.
Exspectant curæque, f catenatique labores.
Gaudia non g remeant, sed fugitiua volant.
Hæc vtraque manu; h complexúque assere toto:
Sæpe fluent imo i sic quoque lapsa sinu.
Non est, crede mihi, sapientis dicere, Viuam.
Sera nimis vita est crastina; viue hodie.

Ad Auitum. XVII.

Modestè & per iocum librum suum excusat quasi ex bonis & malis epigrammatis compactum. *tamen æquus Iudex compenset vitiis bona: pluribus hisce (Si modo plura illi bona sunt) inclinet.* sic infra 46. ep.& l. 2. ep.8.

SVnt bona, sunt quædã mediocria, sunt mala plura,
Quæ legis: hic aliter non fit Auite liber.

Ad Titum. XVIII.

Epigrammatis vita est in ambiguitate τοῦ ——

COgit me Titus actitare caussas,
Et dicit mihi sæpe, a magna res est.
b Res magna est Tite, quam facit colonus.

a —— *Magna res est* (inquit Titus) fructuosa sc. tibi & reip. emolumento, si te à sterili poesi ad causas agendas transferas: & τοῦ —— b —— *Magna res* (inuertit poeta) vtilis sc. est agricultura. neque tamen circularis ille & improbus labor, vt vt fructuosus, mihi arridet, nedum hic forensis. Alii vltimum versum interrogatoriè legunt. q. d. Illane res magna est. quam quis ab aratro protractus exercere possit, è robusto colono strenuus rabula mox factus? *Tu quod es, è populo quilibet esse potest.* ep. 13. l. 5.

Ad Tuccam. XIX.

a Quod annos ferat viuatque, laudato. b Vile & pessimæ notæ vinum è colle Vaticano qui Ianiculo conterminus.

QVid te Tucca iuuat, a vetulo miscere Falerno
b In Vaticanis condita musta cadis?

Quid

Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?
Aut quid fecerunt optima vina mali?
[c] De nobis facile est: scelus est [d] iugulare Falernum
Et dare [e] Campano [f] toxica sæua mero.
Conuiuæ meruere tui fortasse perire:
Amphora non meruit tam pretiosa mori.

c Nos iugulare tibi forte pro leui est. d Infuso Vaticano Falernum occidere. *Metaph.* sublato vini calore animali (quam ab anima vitis habet) in acetum vertere, quod & bibentes iugulare videtur. ep. 45. l. 10. & 12. l. 48. ep. e Falerno è Campania. f Vaticana, quæ & ep. 92. lib. 6. venenum appellat. toxicum autem à taxo venenata arbore, vel παρὰ τὰ τόξα arcus, tela, quæ barbari veneno tingunt.

Ad Aeliam. XX.

SI memini, fuerant tibi quatuor Ælia dentes:
Exspuit vna duos tussis, & vna duos.
Iam secura potes totis tussire diebus:
Nil istic, quod agat, tertia tussis habet.

Vide ep. 41. l. 2. & 93. ep. l. 3.

Ad Cæcilianum. XXI.

DIc mihi quis furor est? turba spectante [a] vocata,
Solus [b] boletos Cæciliane voras?
Quid dignum tanto tibi ventre, gulaque precabor?
[c] Boletum, qualem Claudius edit, edas.

a Conuiuis inuitatis. b Fungorum genus nobilissimum, nouissimum gulæ irritamentum, & vt iocatus est Nero, *cibum Deorum.* Namque venenato boleto Agrippina Claudium Cæs. extinxit, qui deinde Imperatorum Rom. more consecratus est & in Diuorum numerum relatus. *Vilibus ancipites fungi ponentur amicis, Boletus domino: sed qualem Claudius edit, &c.* Iuuen. 5. sat. Tacit. 12. An. Suet. Claud. 44. c. Dio. l. 7. hinc & Senecæ ἀποκολοκύντωσις.

De Porsena, & Mutio Scæuola. XXII.

DVm [a] peteret [b] regem, decepta [c] satellite [d] dextra,
[e] Iniecit [f] sacris se peritura [f] focis.
Sed tam [g] sæua [g] pius miracula non tulit hostis,
Et raptum flammis iussit abire virum.
Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
[h] Maior deceptæ fama est, & gloria dextræ.
Si non errasset, fecerat illa minus.

a ὁρμῆσαι. assaulted, assassinated. b Porsenam. historia nota ex Liuio 2. Halicarnasseo 5. Val. Max. 3. l. c. 2. Sen ep. 66. c Scribâ, quem, pari cum rege ornatu sedentem, regem credidit. d Mutii Scæuolæ. e Al. *Ingessit.* f Accenso ad sacrificium foculo. g Epitheta *sæua & pius* per Hypallagen transposita vult Ramiresius. signata potius & ad rem accommodata arbitror, vt Porsena tanta viri constantiâ attonitus ex sæuo hoste pietatem indueret, Mutio ad suos remisso. h Acclamatio, epigrammatis encomiasticis solennis. vide ep. 30. l. 8. & 25. l. 10.

De leone, & lepore. XXIII.

[a] QVid nunc sæua fugis placidi lepus ora leonis?
Frangere tam paruas non didicere feras.
[b] Seruantur magnis isti ceruicibus vngues,
[c] Nec gaudet tenui sanguine tanta sitis.
Præda canum lepus est, [d] vastos non implet hiatus.
Non timeat Dacus Cæsaris arma puer.

a Vide ep. 7. & 15. supra. Hîc autem Domitiano adulatus magnanimitatem & generosum pectus tribuit, quali in minores prædas supplices & iacentes vtuntur leones. *Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni &c. At lupus, & turpes instant morientibus vrsi* Ou. 3. Trist. 5. el. b Respicit ad naturam leonum, qui vnguium mucrone in pedum quasi vaginas recondito incedunt, ne hebetent refringantue. Plin. 15. 8. Solinus. 30. c. c Spernit aquila muscas, leo leporem, Domitianus Dacos. qui hac tempestate à Domitiano cœperant deficere. d Leonis.

Ad Cottam. XXIIII.

INuitas nullum, nisi [a] cum quo Cotta lauaris,
Et dant [a] conuiuam balnea sola tibi,
Mirabar, quare numquam me Cotta vocasses:
Iam scio, me [b] nudum displicuisse tibi.

a Quem in balneis mutoniatum conspexeris.

b Non bene vassatum. 3. l. 5. ep. & 7. l. 54. ep.

Ad Decianum. XXV.

ADspicis [a] incomptis illum, Deciane capillis,
[b] Cuius & ipse times [c] triste supercilium.
Qui loquitur [d] Curios, assertoresque Camillos,
[e] Nolito fronti credere, [f] nupsit heri.

a Illum hirsutum, *cuius Hispida membra quidem & duræ per brachia setæ Promittunt seuerum animum.* b Cuius grauitatem, quæ in superciliis apparet, & tu ipse O Deciane qui Stoicus es, reuerearis. c Σκυθρωπὸν ὄντα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἔχοντα ἐπάνω τῆς κορυφῆς. d Continentiam Curii & rigidam F. Camilli fortitudinem. i. qui laudat priscam continentiam & austeritatem. e *Fronti nulla fides.* f Muliebria passus est. *Inter Socraticos notissima fossa cinædos.* Vel etiam nupsit. vt Nero Pythagoræ cuidam. *Sulpic. 2. hist. sacræ* ipsi Sporus. *Sueton. 28. c. Ner.* Gracchus cornicini *Iuuen. 2. sat.*

❡ *Ad Faustinum.* XXVI.

EDe tuos tandem populo Faustine libellos,
Et cultum docto pectore profer opus:
[a] Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces;
Nec sileant * nostri, [b] prætereantque [c] senes.
Ante fores stantem dubitas admittere famam,
[d] Teque piget curæ præmia ferre tuæ?

a Quod probent Græci ac * Latini. Cecrops a. Athenarum conditor: Pandion instaurator. arces in tutela Palladis Athenarum præsidis.

b Non prætereant .i. omne laudis punctum illi tribuant. Metaphora à suffragiis quæ in tabulas cereas referebantur per puncta: è quibus plurimorum censu, magistratus *creari*; pauciorum, à populo *agitari*: nullorum, *præteriri* candidatus dicebatur. Horat. ad Pisones; *Centuriæ seniorum agitant*, &c. c Qui maturioris iudicii. vel alludit ad Centurias seniorum. *vt modo.* d Noli te dulcissimo studiorum fructu defraudare. nominis sc. immortalitate., & famæ in viuis dulcedine.

[e] Post te victuræ, per te quoque viuere chartæ
Incipiant: [f] cineri gloria sera venit.

e Ingenii tui fœtus, te potius in viuis, & ipse vitam ingrediatur, quam posthumus edatur. f Viuus itaque fruere famæ dulcedine. supra ep. 1. &. 13. ep. 5. l.

Ad Sextilianum. XXVII.

SExtiliane bibis [a] quantum subsellia quinque
Solus: [b] aqua toties ebrius esse potes.
[c] Nec concessorum vicina numismata tantùm,
Aera sed à cuneis vlteriora petis.
[d] Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis,
Vua nec in Tuscis nascitur ista iugis:
Testa sed [e] antiqui felix [f] siccatur [e] Opimi,
Egerit & nigros Massica cella cados.
A caupone tibi [g] fæx Laletana petatur,
[h] Si plus quam decies, Sextiliane bibis.

Vide ep. 22. supra.
a *Synecdoche.* quantum quini equites qui in subselliis 14. ordinum.
b Vino aqua diluto, inquit Ramiresius. Marcilio adstipulatus Raderus legit interrogatorie, hoc animo. Itane, simulas te aquam bibere? non potest te aqua toties inebriare; certè merum bibis, idque generosissimum. ego Hyperbolicôs dictum arbitror.

c Nec ad vinum numos solum corrogas ab assidentibus tibi in eodem gradu vel cuneo, sed & petis æra vlteriora à cuneis, i. ab iis qui à fronte infra vel a tergo supra sedent in eodem cuneo ceu vlteriore cunei gradu. vel in aliis vtrinque cuneis. Sunt qui de missilibus intelligunt, quæ ille bibo vndequaque rapiebat. de cuneis, vide Lips. de Amphith. 13. & Buling. de Circo c. 34. d Neque vilia bibit vina Peligna aut Tuscana, sed generosissima Opimiana & Massica; cum tot calicum trahoni magis competeret vapidũ turbidumq; Laletanum. e L. Opimio Cos. A. V. C. D C XXXIII ea cœli erat temperies, vt vini optimi summa prouenirct copia, quod in annos C C duraret. Plin. 14. l. 4. c. f Exhauritur. g Feculentum & turbidum vinum ex Laletania in Hispania. h Si excedis numerum cyathorum qui in cœna sumuntur decem tantum, cum lautissimæ cœnæ modus sit sextarius, qui duodecim continet cyathos.

Ad Procillum. XXVIII.

[a] HEsterna tibi nocte dixeramus,
[b] Quincunces, puto, post decem peractos,
Cœnares hodie vt Procille mecum.
Tu factam tibi rem statim putasti,
[c] Et non sobria verba subnotasti
Exemplo nimium periculoso.
[d] Μισῶ μνήμονα συμπότην Προκίλλε.

a Ego post quinquagenos cyathos (inter scyphos autem dicta, indicta; facta infecta oportuit, tanquam in vino inscripta) bene potus te inuitaram: tu serio & sobriè accepisti. idque citra bonos mores & satis cum periculo.

b Quinque cyathos continet quincunx, diuiditur .n. sextarius (vt As in 12. vncias) in cyathos 12. c *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quos perspexisse laborent.* Tyrannicum autem excipere ebriorum simplicitatem, & aduertere quæ bene potis excidant. d Odi, O Procille, memorem compotorem. citat hunc versum Lucianus in συμποσίῳ. & Plutarchus initio lib. 1. quæst. sympos.

De Acerra. XXIX.

[a] HEsterno fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur: [b] in lucem semper Acerra bibit.

a Negando magis affirmat, excusando Acerram acrius inculat.

b Compotationes in lucem protrahit, adeoque noctis non diei hesternæ merum olet.

Ad Fidentinum. XXX.

a Plagiarium hunc poscit, infra ep. 39. 54. 73. b *Nam quod emas, possis dicere iure tuum.* 2. lib. 20. ep.

FAma refert, nostros te, [a] Fidentine, libellos
Non aliter populo, quàm recitare tuos.
Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam.
[b] Si dici tua vis, hæc eme, ne mea sint.

De Diaulo medico. XXXI.

[a] CHirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.
Cœpit, [b] quod poterat, clinicus esse modò.

a Adspirabat chirurgus Diaulus ad nobilissimam medicinæ partem, vt Clinicus tandem imperator lecto affixos viseret curaretque. desperans tandem nescio qua de causa, se ad Libitinam contulit, è chirurgo vespillo factus, nec minus interea Clinicus. Est .n. argutia epigrammatis in voce κλίνη, quæ & *lectum* & *feretrum* significat. Clinicus item medicum & sandapilarium ceu vespillonem. vide infra 48. ep. & ep. 74. l. 8. Notus est iocus Diogenis in quendam qui ex malo athletâ factus est æque bonus medicus. b *Al. quo poterat, clinicus esse, modo.*

De Encolpo. XXXII.

[a] HOs tibi [b] Phœbe vouet totos à vertice crines,
Encolpus, domini centurionis amor.
Grata Pudens meriti tulerit cùm præmia pili,
Quàm primum longas, Phœbe, recide comas.
Dum nulla teneri sordent lanugine vultus,
Dumque decent fusæ lactea colla [c] iubæ:
Vtque tuis longum, dominusque, puerque fruatur
Muneribus, [d] tonsum fac cito, [e] serò virum.

a Vouerat Encolpus Auli Pudentis centurionis amasius crines suos Phœbo, vt primum dominus suus ad primipilatum (quæ proxima erat dignitas) eueheretur. Rogat Deum poeta vt puerum quam citissime voti compotem reddat, quod vtrique eorum gratum sit futurum. vide ep. 45. l. 5. b Excedentes ex ephebis comæ (quam pueri aluerant) detonsæ primitias Phœbo consecrabant, plurimi Delphos profecti, Aesculapio alii, alii fluuiis patriis, aquæ hunc honorem tribuentes vt alimoniæ parenti, vitæque conseruatrici. Lucian. περὶ τῆς συρίης θεοῦ. c *Metaph.* comæ. d Compotem voti, assecuto sc. Pudente primipili dignitatem, vt tondeatur. e Quo diutius amore eius fruatur Dominus

Ad Sabidium. XXXIII.

NOn amo te Sabidi, nec possum dicere quare.
Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Odi te Sab. gratis. neque enim odii mei rationem reddere valeo, an ab animi prauitate, morum dissimilitudine & siderum contrapositione, antipathiâ, genio infesto, ceu malo omine. ita Senecæ Thyestes: *rapior & nescio quo, sed rapior.* & *Nihil timendū video, sed timeo tamen.* vel argutius. merito te odi, neque tamen per modestiam licet effari odii mei causam. vel propter oris tui impuri graueolentiam non sustineo apud te longiore vti sermone, hoc tantum dico, *Non amo te.* & ad hanc expositionem facit 17. ep. 3. lib.

De Gellia. XXXIIII.

AMissum non flet, cùm sola est Gellia, patrem:
Si quis adest, iussæ prosiliunt lacrymæ.
Non dolet hic, [b] quisquis laudari, Gellia quærit,
Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

b Quisquis è lacrymis laudem captat, quæ turpius nunquam fluunt quam vbi finguntur. vide epigr. Græca. l. 2. tit. 15.

Ad Lesbiam. XXXV.

[a] INcustoditis, & apertis Lesbia semper
Liminibus peccas, nec tua [b] furta tegis:
Et plus spectator, quàm te delectat adulter:
Nec sunt grata tibi gaudia, si qua latent.
At [c] meretrix abigit testem [d] velóque seráque:
Raraque, [e] si memini, fornice rima patet.
A [f] Chione saltem, vel ab [f] Helide disce pudorem:
[g] Abscondunt spurcas hæc monumenta lupas.
Numquid dura tibi nimium censura videtur?
Deprendi veto te, Lesbia, non futui.

a Ianitorum enim ministerio vsæ istæ Dominæ. Ouid. 1. Amorum. 6. el. b Furtiua Veneris gaudia, adulteria. *celari vult sua furta Venus.* Tibul. c *Ignoto meretrix corpus iunctura Quiriti Opposita populum submouet ante sera,* &c. Ou. 13. el. 3. lib. Amorum. cui consonat si non ortum debet hoc epigramma.

d Veló ex centonibus ianuæ appenso ne per foriium rimas introspici possit. e. Alii leg. *Summœni* contract. pro *Summœnii*. i. lupanarium in summœnio. namque hic habitabant meretrices, vnde *Summœnianæ uxores* dictæ, vt & *Suburanæ*. Subura namque Varroni 4. l. de lingua Lat. dicta quod sub muro terreo Carinarum. vt & Summænium quod sub antiquis mœnibus. hic .a. contrahitur ex Summœnii. aliis placet vt sit Ablatiuus Adiectiue. mihi non ita. f Prostibulo illius temporis notissimo. vel nomine forte fictitio. g Atqui hæc Summœnia veterum murorum monimenta tegunt vulgata illa prostibula. vel intellige diobolaria illa scortilla seruis & infimis hominibus prostantia inter sepulchra & monumenta, quas ep. 93. lib. 3. *bustuarias* appellat *mœchas*. vide Turnebr. 13. l. 19. c.

Ad Cornelium. XXXVI.

VErsus scribere me parum seueros,
[a] Nec quos perlegat in schola magister,
Corneli quereris: sed hi libelli,
Tamquam coniugibus suis mariti,
[b] Non possunt sine mentula placere.
[c] Quid si me iubeas [d] Thalassionem
Verbis dicere non Thalassionis?
[e] Quis Floralia vestit, & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?
Lex hæc carminibus data est iocosis,
[f] Ne possint, nisi pruriant, iuuare.
Quare deposita seueritate,

a Nec graues epopœias & tragœdias, quas *Prælegat tumidus raucâ voce magister.* vt hortatur musa, 3. ep. 8. lib. b Ita nec epigrammata sine lasciuia & aculeo. c Quemadmodum ineptè faceret ille, qui Thalassionem (carmen omni verborum obscœnitate & conuiciorum licentiâ refertum, vt nouæ nuptæ aures returaret) pudicis verbis nec Fescennino conuenientibus conderet: non minus absurdè ego, si epigrammata scriberem lingua non epigrammatæon, quæ verba amat lasciua, aperta & dominantia. d Carmen nuptiis solenne apud Romanos, vt Hymenæus apud Græcos. cuius nomen & inuentionem nonnulli tribuunt militi cuidam Hersiliam ad Romulum ferenti in raptu Sabinarum. alii παρὰ τὸ ταλάσιον quod puellæ ad nubilem ætatem lanificio exercitæ, nuptura iam primo ad limen mariti venientes, postes laneis ornabant vittis. alii dicatum tradunt nescio cui Thalasso deo boni in nuptiis ominis. alii Veneri θαλασσίᾳ pontigenæ, quæ dea γαμήλια & γενετυλλὶς, propter humoris salsi vim animalem & fœcundam. e Si quis poscat vt in Floralibus (de quibus supra 3. ep.) non nudæ agant meretriculæ; si quis in togatis meretricibus requirat pudorem matronarum quarum propria est stola: aut si quis stolâ matronali tegi velit meretrices: desideret idem in epigrammatis verecundiam. quod vtique absurdum æque erit. f *Quæ tum denique habent salem ac leporem, Si sunt mollicula ac parum pudica, Et, quod pruriat, incitare possint.* Catul. el. 16.

Parcas lusibus, & iocis, rogamus:
Nec [g] castrare velis meos libellos.
[h] Gallo turpius est nihil Priapo.

g Petulantiam, verba lasciua & libidinosa tollere.
h Galli sacerdotes matris Deûm erant omnes castrati. Priapus hortorum præses prægrandi pene (vt Veneris filium decet) conspiciendus. vt itaque minimè deceret Priapum (cuius sola admiratio in hac parte) castrari, ita nec epigrammata (quæ lasciuia & aculeo maxime placent) pruritu orbari.

❡ Ad Lucanum, & Tullum. XXXVII.

[a] SI * Lucane tibi, vel si tibi * Tulle darentur,
Qualia Ledæi fata Lacones habent:
Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus,
Quòd pro fratre mori vellet vterque prior:
Diceret, infernas & qui prior isset ad vmbras,
[b] Viue tuo frater tempore, viue meo.

* Nobile par fratrum, quorum pium amorem celebrat Plin. Sec. epist. 18. lib. 8. vide & epigr. 52. l. 9. & Tacit. 3. Hist.
a Si possetis per mortem alternam vobis inuicem indulgere vitam, quod de Castore & Polluce Lacedæmoniis Ledæ filiis ferunt poetæ.
b Ego in æterna mortis conditione manebo, vt tu in æternum viuas.

—— Ad Bassam. XXXVIII.

VEntris onus [c] misero, nec te pudet, excipis auro
Bassa: bibis vitro. carius ergo cacas.

c In tam vilem vsum formato. vide ep. 12. l. 11. Plin. l. 33. c. 12. Clem. Alex. Pæd. l. 2. c. 3.

Ad Fidentinum. XXXIX.

QVem [d] recitas, meus est ô [e] Fidentine libellus:
Sed malè cùm recitas, incipit esse tuus.

d Pro more poetarum, qui carmina sua recitabant publicè in æde Apollinis Palatini, theatris, templis, hortis, &c. vel priuatè & coram paucis. e Hunc exagitat supra ep. 30. infra ep. 54.

❡ Ad Decianum. XL.

SI quis erit, raros inter numerandus amicos,
Quales prisca fides, famaque nouit [a] auos:
Si quis [b] Cecropiæ madidus, Latiæque Mineruæ
Artibus, & vera simplicitate bonus:
Si quis erit [c] recti custos, imitator honesti,
[d] Et nihil arcano qui roget ore deos:
Si quis erit [e] magnæ subnixus robore mentis,
[f] Dispeream, si non hic Decianus erit.

a Priscos illos propter amicitiam sincerè cultam decantatos, Herculem & Theseum, Damona & Pythiam, Pyladen & Orestem, &c. Alii legunt; *anus* .i. fama vetusta, diuturna, multis retro seculis celebrata. Ita Catullus. *& facite hæc charta loquatur anus.* & noster 4. ep. 12. lib. *fama loquax chartaque dicet anus.* b Græca Romanaque scientia & artibus imbutus. vt supra ep. 26. 2. c Stoicæ disciplinæ satelles & sectator. d Et *qui eo peruenit, vt nihil roget deum, nisi quod rogare possit palam.* Seneca epist. 10. *qui aperto viuit voto. nec Labra mouet metuens audiri.* e Fortis & constans. supra hoc nomine collaudatus, ep. 9. f Execrationis formula.

Ad Liuidum. XLI.

g QVi ducis vultus, & non legis ista libenter,
h Omnibus inuideas, Liuide, nemo tibi.

g Qui vultum adducis ad tristitiam, qui contractâ fronte hæc improbas.

h Infimus omnium sis precor, qui habeas cur omnibus inuideas; cur tibi, nemo.

In Cæcilium. XLII.

VRbanus tibi, Cæcili videris.
Non es, crede mihi, quid ergo? [a] verna es.
Hoc quod [b] Transtiberinus [c] ambulator,
Qui pallentia sulfurata fractis
Permutat vitreis: quod [d] otiosæ
Vendit qui madidum cicer coronæ:
Quod [e] custos, dominusque viperarum:
Quod viles pueri salariorum:
Quod fumantia qui tomacla [f] raucus
Circumfert [g] tepidis cocus popinis;
Quod [h] non optimus Vrbicus poëta:
Quod [i] de Gadibus improbus magister.
Quod bucca est [k] vetuli loquax cinædi,
[l] Quare desine iam tibi videri,
Quod soli tibi, Cæcili videris:
Qui [m] Galbam salibus tuis, & ipsum
Posses vincere [n] Sextium Caballum.
Non cuicumque datum est habere [o] nasum.
Ludit qui stolida procacitate,
[p] Non est Sextius ille, sed caballus.

a Scurra impudens & procax. vernæ .a. qui in villis vere nati, &c. Festus. horum vero propria dicacitas, seruilis assentatio & maledicentia. ep. 3. l. 10. a.

b In ea vrbis parte, quæ trans Tiberim, habitabant Iudæi, & cætera plebecula quæ sordidissimis victitabat seruitiis. vide notam d ep. 93. l. 6.

c Peripateticus vagus, qui obambulans promercalia clamitabat, **brimstone matches for broken glasses** Diphilus. καὶ τὴν ὁδὸν πωλεῖν βούλομαι ῥόδα, ῥαφανίδας, θερμοκυάμους, στέμφυλα. *rupto qui poscit sulfura vitro* Iuu. 5. sat., nost. 3. ep. 10. l. d.

d Qui plebeculæ feriatæ Circo scenæque vacanti & duas res anxiè optanti Panem & Circenses, cicer maceratum venditat.

e Agyrta, circulator, medicus circumforaneus *Montibanco*. **a Quacksaluer.** qui collo & brachiis implicitas circumferebat viperas, quas vel vt innoxiæ essent, incantauerat; vel aduersus noxiarum morsus se medicamentis munierat sanatatue, quo theriacis & alexipharmacis quæ venalia gestabat, fidem faceret.

f Clamore, dum promercalia clamitat tomacla.

g Coopertis ollis, vel calefactorio subiecto ne intepescant.

h Exodiorum & Atellanarum autor, neque ille optimus. de exodiis & Atellanis vide quæ ad Iuuenalem. 3. s. v. 175. & 6. 71.

i Qui puellas saltatriculas è Gadibus inf. leuitate & lasciuiâ famosas circumducebat ad quæstum. *al.* leg. *improbis*. vt l. 5. ep. 79. Iuuen. 11. s. 162. v.

k Perfrictæ per se cinædi fronti indies adauget impudentiam & loquacitatem ætas vitiis indurata. sed & intelligi potest de irrumatione. vide ep. 28. l. 2. et 11. l. 62. ep.

l Quare desine tibi videri vrbanus & facetus, qui spurcissima hæc animalia, atque ipsa vrbis καθάρματα καὶ περιψήματα improbâ scurrilitate longe superes.

m Cæcilium Galbam Cæsaris Aug. illum morionem, qui in Mœcenatis gratiam doctus erat vigilanti stertere naso. Iuuen. sat. 5. v. 4.

n Scurram dicacem, quem Radertis Sestium Gallum verè dici putat, de quo Suetonius. c. 24. Tib.

o Acumen & argutiam ioci et derisionis, cui dicatur nasus. supra ep. 4 f.

p Non est Sextius Caballus; sed caballus, quadrupes bellua. ep. 9. l. 10.

De Porcia. XLIII.

[a] COniugis audisset fatum cùm Porcia Bruti,
Et subtracta sibi quæreret arma dolor :
Non dum scitis, ait, mortem non posse negari,
Credideram [b] satis hoc vos docuisse [c] patrem.
Dixit, & ardentes auido [d] bibit ore fauillas.
I nunc, & fertum turba molesta nega.

a Historia nota ex Plutarchi Bruto. Val. Max. 3. l. 2. c. et 4. l. c. 6. Dione 47. Appiano ciu. 4. &c.
b Al. *satis hoc docuisse patrem* .i. morte non vulgari, τὸ τραῦμα καὶ τὴν γαστέρα εὐρύνων ὄνυξι, καὶ δακτύλοις ἐρευνῶν, καὶ τὰ σπλάγχνα διαρρίπτων. Appian. 2. ciu. b. c Catonem, cuius morituri illa vox. *An nesciui paulisper spiritu represso, aut capite ad parietem illiso mori licere?* vide supra ep. 9. n. c. d Haustus sanè calidus, sed gloriæ plenus et plus quàm fœmineus.

In Mancinum. XLIIII.

BIs tibi triceni fuimus, Mancine vocati,
Et positum est nobis nil [a] here, præter [b] aprũ,
[c] Non quæ de tardis seruantur vitibus vuæ,
Dulcibus aut certant quæ melimela fauis.
[d] Non pyra, quæ lenta pendent religata genesta,
Aut [e] imitata breues punica mala rosas.
[f] Rustica lactantes nec misit fiscina metas,
Nec de Picenis venit oliua cadis.
[g] Nudus aper; sed & hic minimus, [h] qualisq; necari
A non armato pumilione potest.
[i] Et nihil inde datum est, tantum spectauimus omnes.
Ponere aprum nobis; sic & arena solet.
Ponatur tibi nullus aper post talia facta:
[k] Sed tu ponaris, cui Charidemus, apro.

a Antiquè pro *heri*
b *Aprum ad conuiuia natum.* Quem integrum mensis inserebant Romani.
c Non nobis apponebantur vuæ duracinæ, non, &c.
d Non pyra serotina, quæ ad maturitatem pendent ab arbore vel in cella, vinculo religata è genistâ lentâ.
e Quæ βαλαυστῖυ. .i. floris colore imitantur rosas flores breuis æui. alÿs, quòd ipsa arbor breuis æui sit, testante Plinio 16. l. c. 44.
f Nec calatho rustico allata apponebatur nobis meta lactis .i. lac coagulatum Angl. curds or fresh cheese, in formam metæ Circensis .i. inuersi turbinis ceu pyramidis coactum. g Non inconditus (vt volunt quidam) sed absque aliis cibis et obsoniis illatus. h Nec dignus ferro Meleagri, sed qualis ab inermi nano confici possit. i Neque eum carptor scindens præministrabat. sed tanquam in Amphitheatro nobis pro spectaculo exhibitus est. k Sed tu obiiciaris apro discerpendus, vt Charidemus à Domitiano.

Ad Stellam. XLV.

LAsciuos leporum cursus, lususque leonum,
Quòd [l] maior nobis charta, [l] minorque gerit:
Et bis idem facimus: nimium si, Stella videtur
Hoc tibi: bis leporem tu quoque pone [m] mihi.

l Musambertius interpretatur chartam maiorem; Augustanam ceu Liuiam qua fortè ad Domitianum scripsit ep. de lep. minorem; Hieraticam, qua hoc ad Stellam, &c. Raderus intelligi vult libellum de spectaculis pro minori, hunc primum pro maiori. Ramiresius *maiorem & minorem* pro quacunque charta. vel innui longum illud ep. 105. infra et aliquod ex his breuioribus. dispiciat lector.
m Mihi ad cœnam vocato.

De

De libro suo. XLVI.

EDita ne breuibus pereat mihi charta libellis,
Dicatur potiùs, τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.

Ne hæ chartæ meæ pereant per libellorum breuitatem; faciam quod Homerus qui sæpius idem hemistichium et inter alia hoc τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, nonnunquam integros versus repetit. ita ego sæpius recurro ad leonem et leporem.

Ad Aedilam. XLVII.

CVm dicis propero, fac si facis, Ædila, languet
Protinus & cessat debilitata Venus.
Exspectare iube: velocius ibo retentus.
Ædila, si properas, dic mihi ne properem.

Non esse se stupidum qui ad Veneris metam blandis verbis instigetur; verum equum satis sua sponte currentem, nisi intempestiuè interpelletur.

De Diaulo medico. XLVIII.

NVper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus:
Quod vespillo facit, fecerat & medicus.

Effert vsque, modo ægros quos per imperitiam occiderat, efferendos à libitinariis, nunc mortuos ipse, Clinicus vtique. supra ep. 31.

* *De leone & lepore.* XLIX.

Ri̧ctibus his tauros non eripuere [a] magistri,
Per quos præda fugax, itque, reditque lepus.
Quodque magis mirum, velocius exit ab hoste,
[b] Cùm nil à tanta nobilitate refert.
Tutior in sola non est cùm currit arena,
Nec caueæ tanta conditur ille fide.
Si vitare canum morsus, lepus [c] improbe, quæris;
Ad quæ confugias, ora leonis habes.

* Supra ep. 7 &c.
a Custodes leonum, mansuetarii.
b Nil vulneris, tam celeri sua pedum pernicitate. Significantior tamen et verior hæc lectio. *Nec nihil à tanta nobilitate refert.* robur sc. animosque sumit à leonis magnanimitate.
c Sauey. infra ep. 105. not. c.

❡ * *Ad Licianum, de Hispaniæ locis.* L.

* *Ad Licinianum de vitâ rusticâ.*

VIr Celtiberis non tacende gentibus,
Nostræque laus Hispaniæ.
Videbis [a] altam [b] Liciane Bilbilim,
[c] Equis, & armis nobilem,
[d] Sterilemque canum niuibus, [e] effractis sacrum
Vada Veronem montibus:

a In monte sitam.
b Al. *Liciniane.* de quo Plin. l. 4. epist. 11.
c Al. *Aquis.* et intelligit Salonem. infra. not. l.

d Al. *Senemque Catum.* alii. *Senemque Caunum niuibus.* Caunum. s. montem non procul à Bilbili tradit Mariana l. 1. c. 3. alii *canum* alii *caluum* legunt et intelligunt de Vadauerone monte e Al. *& fractis* montem .s. Vadaueronem, sacrum (vt scribit Plin. l. 4. c. 24. promontorium fractum et in insulam positum tradit Hieron. Paul. de Hispania.

Et delicati dulce [f] Botrodi nemus,
[g] Pomona quod felix amat.
[h] Tepidum natabis lene Congedi vadum,
Mollesque nympharum lacus.
Quibus remissum corpus [i] adstringas [k] breui
[l] Salone, qui ferrum gelat.
Præstabit illic ipsa figendas prope
Voberta [m] prendenti feras.
[n] Æstus serenos aureo franges Tago
Obscurus vmbris arborum.
Auidam [o] rigens Dircenna placabis sitim,
Et [p] Nemea, quæ vincit niues.
At cùm December canus, & bruma [q] impotens
Aquilone [r] rauco mugiet,
Aprica repetes Tarraconis litora,
Tuamque Laletaniam.
Ibi illigatas mollibus damas plagis
Mactabis, & [f] vernos apros,
Leporemque forti callidum [t] rumpes equo:
[u] Ceruos relinques villico.
Vicina in ipsum sylua descendet focum
[x] Infante cinctum sordido.
[y] Vocabitur venator, & veniet tibi
Conuiua clamatus propè;
[z] Lunata nusquam pellis, & [a] nusquam toga,
[b] Olidæque vestes murice.
Procul [c] horridus [c] Liburnus, & [d] querulus cliens:
Imperia [e] viduarum procul.
Non [f] rumpet altum [g] pallidus somnum reus,
Sed mane totum dormies.
[h] Mercetur alius grande, & insanum sophos:
Miserere tu [i] felicium,
[k] Veroque fruere [l] non superbus [k] gaudio,
Dum [m] Sura laudatur tuus.
[n] Non impudenter vita, quod reliquum est, petit:
Cùm fama, quod satis est, habet.

f Al. *Boleti.* retinendum *Botrodi.* de quo, ep. 18. l. 12.
g Hortorum dea.
h Al. *Tepidi* vt *lene* adiiciatur τῷ *vadum*. qui retinent *Tepidum*, exponunt *Lene* leniter: alii, veheris *lene*. i. nauigio.
i Meatus, n corporis claudit frigida aqua.
k Non alto.
l Fl. iuxta Bilbilim. quo temperatum est optimum ferrum, cuius ibi secturæ plurimæ.
m Al. *prandenti.* tibi etiam in prandio accubanti.
n Calores æstiuos fugies mersus auriferis vndis Tagi, vel delitescens vmbrosis syluis quæ ad Tagi ripas.
o Al. *recens Derceta*; alii *Dercelta*, &c.
p Fons.
q Meton. efficientis.
r Fremente.
f Melior lectio *Vernas*. i. indigenas.
t Franges, vt supra ep. 23. vel venatu delassabis & occides. ep. 14. l. 12.
u Quibus capiendis studium cursus & voluptas minor quam in lepore.
x Villici infantum turbâ rusticâ. ep. 65. l. 4. k.
y Inuitabitur venationis socius. al. *Venabitur vocatus*. i. conuiua quem voles è vicinis. ep. 57. l. 3.
z Non aderunt nobiles Rom. quibus in calceis lunulæ formam gestare moris erat; literam sc. C. notam centenarii numeri patriciorum a Romulo institutorum. vide & coniecturas Plutarchi, probl. 76.
a Non togati anteambulones, clientes & cæteri sportularum salutationumque asseclæ. ep. 47. d. & 51. ep. l. 10.
b Et purpurati, muricis infectionem olentes. vide ep. 4. l. 4. f.
c Præco publicus è Liburnia oriundus, cuius in concilium vocantis, reos citantis, actiones proclamantis vox non paucis horrorem incutit.
d Frequentibus querelis patrono molestus.
e Quæ importunæ & satis cum imperio defunctorum virorum res administrant, patronorum vsque operâ exigentes.
f Qui tua sub galli cantum ostia pulsat.
g Anxius causæque metuens.
h Alius irrequieto labore aucupetur insani populi auram sibi tanquam diserto patrono acclamantis, σοφῶς. vid. sup. ep. 4. n.
h *Insanum sophos*, contradictio implicita, vel Hypallage, *plebis insanæ.*
i Horum qui plebis laudibus tumidi & forensibus negotijs occupati se felices credũt, digni sanè misericordiâ.
k Gaudio tranquillæ vitæ, curis & molestijs liberæ, non solicitæ.
l Non ambitiosus, non leuis populi aurâ inflatus.
m Palphurius Sura, cæteriq; laudis auidi causidici foro vacẽt, —— n —— Tu O Liciniane laudum satis amplum titulum cumulumque consecutus in posterum, citra gloriæ iacturam aut infamiæ notam, otio & quieti indulge.

Iocus

Iocus ex Homero in Cocum. LI.

SI tibi Mistyllus cocus Æmiliane vocatur;
Dicetur quare non Taratalla mihi?

Ex Homeri versu 1. Iliad. & alibi Μίςυλλόν τ' ἄρα τἆλλα κ᾽ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν, Aemilianus coquum suum *Mystillum* appellauerat. Iocatus poeta quærit cur non itidem sibi liceat suum cocum appellare *Taratallam* quod in versu Homeri sequitur.

Ad leporem. LII.

NOn facit ad sæuos ceruix, nisi [a] prima, leones.
Quid fugis hos dentes [b] ambitiose lepus?
Scilicet, à magnis ad te descendere tauris,
Et, quæ non cernunt, frangere colla [c] velint.
Desperanda tibi est [d] ingentis gloria fati:
Non potes hoc tenuis præda sub hoste mori.

a Maxima, taurorum sc. & ceruorum.
b Fati gloriam à leone captans.
c *Velint?* Interrogatoriè.
d Gloriosæ mortis tibi à leone datæ.

Quinctianum facit assertorem. LIII.

COmmendo tibi Quinctiane nostros,
Nostros dicere si tamen libellos
Possim, [a] quos recitat tuus poëta,
Si de seruitio graui queruntur,
[b] Assertor venias, [c] satisque præstes,
[d] Et, cùm se dominum vocabit ille,
Dicas esse meos, manuque missos.
Hoc si térque, quaterque clamitâris.
Impones plagiario pudorem.

a Quos malè dum recitat, incipiunt esse illius. sup. ep. 39.
b Libertatis vindex, iniecta manu asserere eos in libertatem. *Metaph.*
c Satisdes, prædem te des.
d *Manet in Allegoria.* Atque vbi carminum meorum ille plagiarius, versus quos ego edidi, manumisi & sui iuris esse pronunciaui, in seruitutem suam redigere dolo malo conatur, tu assertor illorum, si bis terue cum illo lege agas plagiariâ, perfrictæ frontis poëtastrum in ruborem coges. de lege plagiaria consule Vlpianum & Bisciolam, l. 8. c. 13.

¶ *Ad Fidentinum.* LIIII.

VNa est in nostris tua Fidentine libellis
Pagina, sed certa domini signata figura;
Quæ tua [a] traducit manifesto carmina furto:
[b] Sic interpositus vitio contaminat vncto
Vrbica Lingonicus Tyrianthia bardocucullus:
Sic [c] Aretinæ [d] violant crystallina testæ:
Sic niger, in ripis errat cùm fortè [e] Caystri,
Inter [f] Ledæos ridetur coruus olores:
Sic vbi multisona feruet sacer [g] Atthide lucus,

a Vide not. à in 4. ep. libri de spectaculis.
b Tua pagina meis libellis inserta non minus sordere apparet, quam bardocucullus vitio (alij legunt *villo*, alij *filo*, alij *vilis*) vncto. i. oleum olente, & crassi fili, vtpote Gallicus, inter vrbanas vestes purpurâ violaceâ tinctas. aut testæ fictiles ex luto Aretino inter vasa Crystallina. aut coruus inter olores: aut pica inter luscinias. c Aretium Italiæ vrbs, vbi terra testis apta. d Contaminant cryst. comparata cum crystallinis ipsa sordent. e Asiæ fl. cygnis frequens. f Iupiter sub imagine cygni Ledam compressit. g Philomelâ, Pandionis regis Atheniensis filiâ.

Improba Cecropias effundit pica querelas.
b Iudice non opus est nostris, nec vindice libris,
Stat contra, dicitque tibi tua pagina fures.

b Non opus est alio delatore aut assertore (alij pro *vindice* legunt *iudice*) quam tua pagina, quæ te furti accuset damnetque. de assertore superiore ep.

❡ *De amicorum iudicio.* LV.

a SI quid Fusce vacas adhuc amari:
Nam sunt hinc tibi, sunt & hinc amici,
Vnum, si superest, locum rogamus.
Nec me quod tibi sum nouus, recuses:
Omnes b hoc veteres tui fuerunt.
Tu tantùm inspice, qui nouus paratur,
An possit fieri vetus sodalis.

a Si quid loci apud te reliquum sit nouo amico.

b Noui sc.

❡ *Ad Frontonem de voto vitæ suæ.* LVI.

VOta a tui breuiter si vis cognoscere a Marci,
b Clarum militiæ Fronto, togæque decus:
Hoc petit; esse sui, nec magni, ruris arator,
c Sordidaque in paruis otia rebus amat.
d Quisquam e picta colit Spartani frigora saxi,
Et f matutinum portat ineptus f aue;
Cui licet exigui nemoris, rurisque g beati
h Ante focum plenas explicuisse plagas?
Et piscem tremula salientem ducere seta,
Flauaque de rubro promere mella cado?
Pinguis i inæquales onerat cui villica mensas,
Et sua k non emptus præparat oua cinis.
Non amet hanc vitam, quisquis me non amat, opto:
Viuat & vrbanis l albus in officiis.

a Amici tui Marci Val. Martialis. i. mei.
b Fuit .n. tribunus vigiliarum, & consul. vir clarus iuxta ac doctus.
c Sine cultu & splendore.
d Nemo adeo cui obtigit modicus contiguo cum lare fundus, modo mens sana sit, velit superbos aditus regum durasque fores colere, vt summo mane salutet patronum.
e Atria diuitum ad frigiditatem incrustata marmore Laconico naturâ quidem variegato sed & arte insuper picto. teste Plinio l. 35. c. 1.
f Salutationis matutinæ vocem solennem. καὶ ἡσπάσατο, οὐ τι γε τῷ εἰωθότι φθέγματι τῷ Χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ τῷ Ὑγίαινε χρησάμενος. Dio in Adriano. g Fertilis. *vel Metonymicè*, quod dominum beatum reddat. h Euacuare ante focum casses & retia prædis onusta. i *Mensæ sed erat pes tertius impar, Testa parem fecit.* Ouid. Met. 8. sic ep. 42. l. 2. k Meus, *Vicinus*. namque *in ipsum sylua descendit focum.* sup. ep. 50. l Nonnulli exponunt, *pallidus*, anxius sc. & solicitus: alij, *pulcher*, non fuscatus sc. sole rustico. sed frustra sunt. Optimè Lipsius 1. Elect. c. 13. Albâ togâ indutus inter anteambulonum & niueorum Quiritum officia; ceu cretatus & candidatus in comitijs.

Ad cauponem. LVII.

COntinuis vexata madet vindemia nimbis.
Non potes, a vt cupias, vendere caupo merũ.

a Quamuis cupias. quod tamen tibi neque pro more neque è voto est. malles .n. minimè esse aquosum, vt in luctum tuum aquæ plus ferre posset. vide ep. 100. l. 9. vnde fides vet. lectioni. *vt cuperes.*

Ad Flaccum. LVIII.

QValem Flacce velim quæris, nolímve puellam?
Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.
Illud quod mediũ est, atq; inter vtrumq; probamus:
Nec volo [a] quod cruciat; nec volo, [b] quod satiat.

a Difficilis enim morositas parit odium.
b Facilis copia contemptum parit.

De pueri precio. LIX.

MIllia pro puero centum me [b] mango poposcit:
Risi ego: sed [c] Phœbus protinus illa dedit.
[d] Hoc dolet, & queritur de me mea mentula mecũ,
Laudaturque [e] meam Phœbus in inuidiam,
[f] Sed [g] sestertiolûm donauit mentula Phœbo
Bis decies; hoc da tu mihi, pluris emam.

a 100000. H S. nostræ monetæ 781. l. 1. ß. b Mangones prius χιωολεγόφοι & ἱπποκόμοι. postea longius tractum, & puerorum altores & negotiatores dicti, qui formosos pueros exsecabant frangebantque in Venerem. c Draucus. d Quod tantum precium ipse dare non possum. e Vtque adeo vt ego illi inuideam. f Sed illi deunciarius muto turpi in vetulis viduis & pathicis ministerio lucratus est bis decies sestertiûm, nostræ monetæ 15625. l. hoc tu pusille mihi facito & puerum pluris emam. g Diminutiu. pro sestertiûm syncopate pro sestertiorum quod cum Aduerbio numerali positum designat totidem centena millia.

Ad Flaccum de sportula. LX.

DAt [a] Baiana mihi quadrantes [a] sportula centũ.
Inter [b] delicias quid facit [c] ista fames?
[d] Redde Lupi nobis, tenebrosaque balnea Grylli:
Tam malè cùm cœnem, cur bene Flacce lauor?

a Sportula mihi quòd vna lauarem data a potentiori amico quocum secesseram in Baias. ep. 7. l. 3. c. b Balnei. c Sportulæ C. quadrantum, quæ esurientem non satiet. d Redde mihi vulgata Romæ balnea, Grylli tenebras AEoliamque Lupi (2. l. 14. ep.) male.n. conueniunt delicata Baiana balnea cum cœnâ famelicâ.

De lepore, & leone LXI.

INtres ampla licet torui lepus ore leonis,
Esse tamen vacuo se leo dente putat.
Quod ruet in tergum, vel quos procumbet in armos,
Alta [a] iuuencorum vulnera figet vbi?
Quid frustra nemorum [b] dominum regemque fatigas?
Non nisi delecta pascitur ille fera.

a Qualia iuuencis solet infigere.
b Leonem. de his supra sæpius.

❡ *Ad* * *Licianum, scriptores vnde.* LXII.

* Licinianum. supra ep. 50.

VErona docti [a] syllabas * amat [b] vatis:
Marone * felix Mantua est.

a Versus è quibus plerique Hendeca *syllabi* Phalœcij.

* Cum ipse scripserit amatoria. aduerte signata & ad argumentum cuiusque autoris vel loci apposita verba, *Amat*; *felix*; *censetur*; *plaudit*, *sonauit*; *facunda loquitur*; *gaudent iocose*; *gloriabitur*; & modestum illud, *non tacebit*. b Catulli.

Censetur

c Censetur d Apona Liuio suo d tellus,
e Stelláque nec f Flacco minùs.
g Apollodoro * plaudit h imbrifer Nilus,
Nasone Peligni * sonant:
i Duósque Senecas, vnicúmque Lucanum
* Facunda loquitur Corduba.
* Gaudent k iocosæ Canio suo Gades,
l Emerita Deciano meo.
Te m Liciane * gloriabitur nostra,
* Nec me tacebit Bilbilis.

c Magni fit. in censu & æstimatione est. d Patauium. ab Apono Fonte, *Antenoreæ vitam qui porrigit vrbi*, &c. Claudiano celebrato 3. ep. e Vide supra ep. 8. & lib. 7. ep. 13. f Valerio Flacco. g Poeta Alexandrino, Menandri æmulo. h Qui inundatione sua, vice imbrium (qui in AEgypto rari) fungitur in terrâ irrigandâ. i Patrem Rhetorem & declamatorem; filium philosophum & tragicum, vel L. Senecam philosophum fratrisque eius filium Marcum tragœdum. vide ep. 40. l. 4. k Saltatricularum lasciuiâ & petulantiâ. supra ep. 42. not. 1. de Canio, inf. ep. 70. l Emerita Augusta ciuitas Hispaniæ ad Lusitaniam spectans. m Al. *Liciniane* supra.

De Læuina casta, & ad Baias adultera. LXIII.

CAsta, nec antiquis cedens Læuina a Sabinis,
Et quamuis tetrico tristior ipsa viro;
Dum modò b Lucrino, modò se permittit b Auerno,
Et dum b Baianis sæpe fouetur aquis:
c Incidit in flammas, iuuenémque secuta, relicto
Coniuge, d Penelope venit, e abit f Helene.

a Sabinæ castæ audiebant, quarum patrij mores incorrupti & sancti; *intactior omni Crinibus effusis bellum dirimente Sabinâ.* Iuuen. 6. Sat. & Lucan. 1. b Balneis publicis in lacu Lucrino Auernoque & Baijs. c *Elegans Antithesis.* dum se lauat aquis incidit in flammas. amoris sc. inhonesti. d Casta. e Extenditur vltima syllaba propter contractionem. f Adultera.

Ad Celerem. LXIV.

VT recitem tibi nostra rogas epigrammata. nolo.
Non audire, Celer, sed recitare cupis.

An quia audire aliena præ se ferens Celer, sua recitandi occasionem captaret, adeoque Martialem enecaret? An verebatur poeta ne epigrammata sua nondum edita, si apud Celerem recitasset, memoriæ mandata illa pro suis venditaret.

Ad Fabullam ambitiosam. LXV.

BElla es, nouimus: & puella, verum est:
Et diues, quis enim potest negare?
Sed dum te nimium Fabulla laudas,
* Nec diues, neque bella, nec puella es.

* Res. n. vel summâ laude dignas sordescere facit arrogans φιλαυτία.

Ad Cæcilianum, a de genere & declinatione ficus. LXVI.

CVm dixi, ficus, rides quasi barbara verba,
Et dici, ficos, Cæciliane, iubes.

a Emendandum lemma. neque. n. necesse fuit vt de genere τȣ̃ *ficus* doceret quicquam, cum de declinatione tantum incideret quæstio, negante Cæciliano dici *ficus* de fructu, & dici *ficos* iubente. Respondet poeta *ficum* etiam quartæ declinationis dici pro fructu, ficum vero pro morbo ordinis esse tantum secundi. Cùm itaque nihil hîc de genere moueatur, neque apud probæ notæ autorem quempiam reperiatur ficus pro morbo in alio quam fœmineo genere, vt & σύκωσις Græca, exponunt Thos ———

Dicemus

Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci:
Dicemus ficos, Cæciliane, [b] tuos.

b——Liberos, famulos, pueros delicatos, vt ep. 52. lib. 4. & l. 12. ep. 33. Ali tamen *tuos* adiectiuè referunt ad *ficos* & ex epigrammate hoc probatum eunt *ficum* pro morbo vtriuſque eſſe generis.

¶ *Ad furem, de libro ſuo.* LXVII.

ERras meorum fur auare librorum,
[a] Fieri poëtam poſſe qui putas tanti,
Scriptura quanti conſtet, & [b] tomus vilis.
[c] Non ſex paratur, aut decem ſophos nummis.
[d] Secreta quære carmina, & [e] rudes curas,
Quas nouit [f] vnus, ſcrinióque [g] ſignatas
Cuſtodit ipſe [h] virginis [i] pater chartæ,
[k] Quæ trita duro non inhorruit mento.
[l] Mutare dominum non poteſt liber notus.
[m] Sed pumicata fronte ſi quis eſt nondum
Nec vmbilicis cultus; atque membrana:
Mercare tales ab eo, nec ſciet quiſquam.
Aliena quiſquis recitat, & quærit famam;
Non emere librum, ſed ſilentium debet.

a Qui ambitioſè nomen poetæ aucuparis.
b Libri alicuius ſectio ceu pars paruo empta pretio. volumen. Vitellius. c. 23. in Merulam.
c Ipſa ſapientia aut ſapientiæ laus non paratur, quo liber, pretio.
d Nondum vulgata.
e Verſus nondum in publicum emiſſos.
f Autor ſolus.
g Clauſas, necdum editas.
h Quæ nondum lectorem experta eſt, quam nullius viri manus contrectauit, nullius lectoris oculus foris vagantem vidit.
i Autor.
k Quæ nondum lectoris manu verſata, lanugine inhorreſcit, piloſaque facta eſt. *alijs* quæ nondum recitata atque edita horreſcit, ab auditorum baſiantium mento. vt ep. 4. ſupra & 77. ſ. infra.
l Fruſtra & ſero plagiarius ſibi adſcribit opus cuius innotuerit autor.
m Si quis verò liber nouus ſit, cuius frontes (eæ ſunt, extremitates membranæ in orbem complicatæ, in medio quarum apparebant cornua) pumice iam primum poliuntur; & cuius vmbilicus (is eſt, bacillus cedrinus, buxeus, cupreſsinus &c. extremæ paginæ, abſoluto iam opere, aſſutus) vel vmbilici extremitates (quæ, complicatis in volumen membranis, vtrinque apparent, cornuaque appellantur) ebore, argento vel auro ornantur: & quem nouiſsimè obducit pellis; hunc eme, ſimulque autoris ſilentium.

Ad Chærilum. LXVIII.

[a] LIber homo es nimiũ, dicis mihi Chœrile ſemper,
In te qui dicit Chœrile, [b] liber homo eſt.

a Παρρησιαστής, libertatem nimiam in iocis vſurpans.
b Negotijs liber, nihilque aliud quod agat habens, ſi in vile tuum caput dicere vacet. eſtque iocus in ambiguitate τοῦ *liber*.
c Alij: *es*? Erotetice.

De Rufo, & Nauia. LXIX.

QVidquid agit Rufus, nihil eſt, niſi Næuia Rufo.
Si gaudet, ſi flet, [a] ſi tacet, hanc loquitur.
Cœnat, propinat, poſcit; negat, innuit; [b] vna eſt
Næuia, ſi non ſit Næuia, mutus erit.
Scriberet heſterna patri cum luce ſalutem.
Næuia lux, inquit, Næuia, numen, aue.
Hæc legit, & ridet demiſſo Næuia vultu.
Næuia [c] non vna eſt, quid vir inepte furis?

a Vel tacitus, inſanum ſuũ Næuiæ amorẽ geſtu fatetur.
b Nihil aliud loquitur, aut ſpirat quam Næuiam.
c Non tibi, non vni ſoli vacat, *prius oculo contenta erit vno.* imò publicum eſt proſtibulum. luſus eſt in ambiguitate τοῦ *vna*.

Ad Maximum. LXX.

Terentos (qui locus erat in campo Martio, templo Ditis insignis) spectabilis simulachro Panis habitu semper ridentis ficti, ne forte vacet, ostendit iam Canium poetam Gaditanum σεσηϱότα æquè & ridentem. vide lib. 3. ep. 20. & supra ep. 62. K. Canius. a. forte in campo Martio tum sedem locârat.

COEpit Maxime Pana, quæ solebat
Nunc ostendere Canium, Terentos.

Ad librum. LXXI.

* C. Iulij Proculi.

a Castoris templum, in foro.
b Antiquæ Deûm matris Virginumque Vestalium templum.
c Colle Palatino.
d Ea parte qua statua equestris Imp. Domitiani posita est, i. in foro.
e Supra ep. 2. b.
f Colossum Rhodium, qui inter 7. orbis miracula censetur 60. cubitorum.
g Templum Bacchi vino uvidi.
h Et tholus in Cibeles templo, supra quem Galli deæ evirati sacerdotis effigies stabat. est. a. tholus, camera ædificij in fastigiatū acumen desinens, in qua trabes coëunt, ibidemque scutum affixum, ä quo dona suspenduntur. i Ad læuam Ideæ matris sitæ sunt Proculi ædes. * Al. tibi. k Nec Apollini musisque vlla domus gratior. l Quia non fuisset illi ocium scribendi hæc qualiacunque epigrammata, si salutandi officijs vacasset.

VAde salutatum; pro me liber ire iuberis
Ad * Proculi nitidos officiose lares.
Quæris iter? dicam: vicinum [a] Castora [b] canæ
Transibis Vestæ, virgineámque domum.
Inde sacro veneranda petes Palatia [c] cliuo,
[d] Plurima quà summi fulget imago ducis.
Nec te detineat miri radiata [e] Colossi
Quæ [f] Rhodium moles vincere gaudet opus.
Flecte vias hâc, quà [g] madidi sunt tecta Lyæi,
[h] Et Cibeles picto stat Coribante tholus.
[i] Protinus à læua clari * sub fronte Penates,
Atriáque excelsæ sunt adeunda domus.
Hanc pete, ne metuas fastus, liménque superbum:
Nulla magis toto ianua poste patet;
[k] Nec propior quam Phœbus amat, doctæque sorores.
Si dicet, quare non tamen ipse venit?
Sic licet excuses, [l] quia qualácumque leguntur
Ista, salutator scribere non potuit.

Ad somnum. LXXII.

a Priscis moris fuit in compotationibus in honorem & gratiam absentis amicæ, amici vel Imperatoris haurire tot cyathos quot essent in amici, amicæue nomine literæ, quod vel apertè profitebantur, vel sodalibus ariolanda & coniectanda reliquerunt, vbi vel totidem poscerent cyathos, vel poculum quod tot cyathos caperet. vide ep. 51. l. 8. ep. 95. l. 9. 37. & 59 ep. l. 11. b Et quoniam nihil valent numeri & inuocatio vt adsint amicæ, tu somne veni. Et vel eos deridet qui potando, scortando, dormiendo inertem traducunt vitam. vel alludit ad poculum quod Mercurij nomine conceptum sumebatur in conuiuijs vltimum ad conciliandum somnum. cum tria essent apud Græcos sacra pocula; 1. Iouis Seruatoris; 2. Boni Dæmonis; 3. Mercurij qui somni præses.

[a] NAEuia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuso numeretur amica Falerno;
[b] Et quia nulla venit, tu mihi somne veni.

Ad

¶ Ad Fedentinum. LXXIII.

NOstris versibus esse te poëtam
Fidentine putas, cupísque credi?
[a] Sic dentata sibi videtur Aegle,
Emptis [b] ossibus, [c] Indicóque cornu:
Sic, qu[illegible]grior est [d] cadente moro,
[e] Cerussata sibi placet Lycoris.
[f] Hac & tu ratione, qua poëta es,
Caluus cùm fueris, eris comatus.

a Emendo & adsciscendo aliena pro suis.
b Dentibus ex osse vel ebore facititijs.
c Elephantis belluæ Indicæ cornu vt volunt Varro, Pausanias, Oppianus &c. vel dente iuxta Aristot. Plinium, Philostratum. supra ep. 9. lib. spect. n. b.
d Præmaturo, qui niger.
e Candida & lita cerussâ ψιμμυθίῳ.
f Φενάκην, i. comam addititiam sumendo.

Ad Cæcilianum LXXIV.

NVllus in vrbe fuit tota, qui tangere vellet
Vxorem gratis Cæciliane tuam,
Dum licuit: sed nunc positis custodibus, ingens
Turba fututorum est. [a] ingeniosus homo es.

a *Vel Ironice.* i. fatuus, qui custodiâ arctâ & zelotypiâ tuâ dentes exacueris amatoribus, qui prius quidem incustoditam negligebant, iam vero *Nescio quid, quod te cepisti esse, putant,* quia *Nitimur in vetitum, &c.* vt habet Ouidius 4. eleg. lib. 3. Amorum. vnde sumptum est hoc ep. *vel Ingeniosus,* qui hoc artificio vxoris pretium & desiderium excitasti quam nemo prius gratis. i. sine precio tangere vellet.

Ad Paullam. LXXV.

Mœchus erat: poteras tamẽ hoc tu Paulla negare.
Ecce vir est. numquid Paulla negare potes?

Increbuit suspicio consuetudinis tuæ cum mœcho dum viueret prior maritus, postquam verò illo elato nupseris suspecto illi mœcho fecisti suspicioni fidem, rem propemodum fassa. vide idem, 22. ep. 6. l.

De Lino. LXXVI.

DImidium donare Lino, quàm [a] tradere totum,
Qui mauult: [b] mauult perdere dimidium.

a Mutuum dare.
b Aequè enim vtrunque non soluit, mutuum ac donatum; totum ac dimidium.

¶ Ad Flaccum. LXXVII.

O Mihi [a] curarum pretium non vile mearum,
Flacce, [b] Antenorei spes & alumne Laris:
[c] Pierios differ cantúsque chorósque [d] sororum:
Aes dabit ex [d] istis nulla puella tibi.

a Curarum mearum leuamen vnicum & solatium. *vel* studij poetici quod mihi tecum est commune, grande decus.
b Vrbis Patauij quam condidit Antenor. fuit n. Val. Flaccus Argonauticon autor ciuis Patauinus.
c Desine & delere poeticam, cùm musæ nullo sint in pretio. vel differ in aliud tempus, cùm præsens postulet vt rem facias. Iuuen. 7. Sat. Tit. Calpurn. 4. ecl. Ouid. passim, & Quintil. dialog.
d Nouem. mus. Pierid.

Quid petis à [c] Phœbo? nũmos habet [f] arca Mineruæ:
[g] Hæc ſapit, [h] hæc omneis fœnerat vna deos.
[i] Quid poſſent hederæ Bacchi dare? [k] Palladis arbor
Inclinat [l] varias pondere nigra comas.
[m] Præter aquas Helicon, & ſerta, lyráſque deorum
Nil habet, & magnum ſemper inane [n] ſophos.
Quid tibi cum Cirrha? quid cum Permeſſidos vnda?
Romanum propius, diuitiúſque forum eſt.
[o] Illîc æra ſonant: at circum [p] pulpita noſtra
Et [q] ſteriles [r] cathedras, [ſ] baſia ſola crepant.

e Cui laurus & laus nuda curæ.
f Arcæ patronorum, quibus leges & cauſæ, quas dedit quas docuit Mineruâ, nummorum affatim dederunt.
g Lucri enim bonum odorem ſapere vera eſt hodiè ſapientia. alludit .a. ad Auieni apologum in quo Palladem collaudat Iupiter, quòd cæteris diis ſteriles ad gloriæ ſpeciem eligentibus arbores, illa oliuam propter fructum elegiſſet. vt mox n. l. h Adeo diues vt cæteris dijs mutuum det. i Quis .n. vſus corymborum & hederæ? k Oliua, cuius rami vbertate incuruantur. l Frondes varij coloris baccis onuſtas. m Studia hæc & opera poëtarum, quæ Helicone, Cirrhâ, Permeſside lymphâ, ſacris Phœbo, Bromio & Muſis atque huiuſmodi bullatis ſonant nugis, adferunt tantùm voluptatem, inanem laudem, plauſum & baſia ab auditoribus; quin te potius conferas ad forenſes cauſas agendas vnde rem augeas ac diteſcas. ſupra ep. 18 n Supra ep. 4. n. h. o In foro numeratur patronis. p Editiora loca ante ſcenam, è quibus recitabantur poemata. q Nullum fructum afferentes. r Auditorij ſubſellia. Lipſius interpretatur *ſellas*. vel Metaphora eſt à cathedris qua Rhetores ſedebant. Iuuen. 7. Sat. *Pœnituit multos vanæ ſterilíſque cathedræ*. ſ Supra ep. 4. n. i.

— De Charino. LXXVIII.

[a] PVlcrè valet Charinus, & tamen pallet.
Parcè bibit Charinus, & tamen pallet.
Bene concoquit Charinus, & tamen pallet.
[b] Sole vtitur Charinus, & tamen pallet.
[c] Tingit cutem Charinus, & tamen pallet.
Cunnum Charinus lingit, & tamen pallet.

a Nil non facere Charinum quo coloretur: pallere tamen. *Vel*, cum rite omnia experiatur quæ ad colorem inducendum faciant, cum tamen λειχων ſit, non mirum eſſe ſi palleat.
b Inſolatione vtitur, quæ veteribus in vſu, vt ad ſolem vncti cutim redderent nitidiorem. Perſ. 4. Sat. *Si vnctus ceſſes & figas in cute ſolem*. c Fuco, purpuriſſâ.

¶ De Feſto. LXXIX.

[a] INdignas premeret peſtis cùm tabida fauces,
Inque ipſos vultus ſerperet atra lues:
[b] Siccis ipſe genis flentes hortatus amicos
[c] Decreuit Stygios Feſtus adire lacus.
[d] Nec tamen obſcuro pia polluit ora veneno,
[e] Aut torſit lenta triſtia fata fame.
[f] Sanctam Romana vitam ſed morte peregit,
Dimiſitque animam nobiliore [g] rogo.
[h] Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
Fama poteſt: huius Cæſar amicus erat.

a Feſtus immedicabili mentagrâ correptus —
b — Oculis non lacrymantibus & firmo pectore —
c — Relinquendæ vitæ certus —
d — Non polluit veneno, quo ſublati efferuntur nigri —
e — Non torſit inediâ voluntariâ —
f — Sed vulnere facto emiſit animam, pulchro mortis genere & Romanis ſolenni, Lucretiæ, Scipioni, Catoni, Bruto, &c. g Nece. alij leg *Viâ*. quod placet propter Græc. πολλὰς ὁδοὺς πρὸς θάνατον. h Hic itaque non fugit è vitâ, Cæſaris odio. quod fecit Cato ille Vticenſis, ne ſubire vultum tyranni cogeretur, vt ipſe dicebat. ſupra, ep. 9. n. c.

Ad Attalum. LXXX.

SEmper * agis caussas, & res * agis Attale semper.
Est, non est, quod * agas, Attale semper * agis.
Si res, & caussæ desunt, * agis Attale mulas.
Attale, ne quod * agas desit, [b] agas animam.

* Epigrammatis huius, quo Attalum πολυπράγμονα deridet, lusus est in varia significatione τοῦ *ago*. vide Antholog. l. 2. ep. εἰς πολυτεχνεῖς.
b Moriaris.

Ad Canum. LXXXI.

SPortula Cane tibi suprema nocte petita est.
Occîdit, puto, te Cane, quod vna fuit.

Impudentem auaritiam eorum qui sportulis inhiant plurimis, notat sub nomine Cani. qui in tantum sportularum helluo & larus erat, vt etiam graui & mortifero laborans morbo sportulis vacaret, doloreque concepto quod vnicam tantùm acceperit, mortuus esset.

Ad Sosibanum. LXXXII.

E Seruo scis te genitum, blandéque fateris.
Cùm dicis dominum, Sosibiane, patrem.

Cùm patrem appellas dominum (quod ingenui faciebant honoris causâ) tu natalium vitij tibi conscius, per blanditias illas fateris te esse hybridam, natum sc. è seruâ & libero. leg. itaque *E serua scis*, &c.

De Regulo LXXXIII.

[a] HAEc quæ puluere dissipata multo
Longas porticus explicat ruinas,
En quanto iacet absoluta casu.
Tectis nam modò Regulus sub illis
Gestatus fuerat, recesserátque;
Victa est pondere cum suo repentè;
Et postquam domino nihil timebat,
Securo ruit incruenta damno.
[b] Tantæ Regule post metum querelæ,
Quis curam neget esse te deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?

a Eiusdem argumenti & artificij cum epigr. 13. supra, quod vide.
b Vide notam in. ep. 13.

De Manneia. LXXXIV.

OS, & labra tibi lingit Manneia catellus:
Non miror, [c] merdas si libet esse cani.

c Quæ tetro odore non superant *artificis tui oris halitum*. Iuuen. Sat. 10. v. 238.

De Quirinali LXXXV.

VXorem habendam non putat Quirinalis,
Cùm vult habere filios, & inuenit
Quo possit istud more? futuit ancillas,
[a] Domúmque, & [a] agros implet [b] equitibus vernis:
[c] Pater familiæ verus est Quirinalis.

a Vrbanis se miscens & villicis suis ancillis.
b Hybridis, à patre, ingenuis: à matre, seruis. supra ep. 42. not. a. *Anith.* sic Iuuen. 9. Sat. *aegebas Vernam equitem*.
c Verè enim auget familiam; quæ seruorum est.

De Mario. LXXXVI.

VEnderet excultos colles cùm præco [a] facetus,
Atque suburbani iugera pulcra soli:
Errat, ait, si quis Mario putat esse necesse
Vendere: nil debet, fœnerat immo magis.
Quæ ratio est igitur? [b] seruos vbi perdidit omneis,
Et pecus, & fructus, non amat inde locum.
[c] Quis faceret pretium, nisi qui sua perdere vellet
Omnia? sic Mario [d] noxius hæret ager.

a Qui dum voluit officiosus & facetus videri in excusatione Marij fundum vendentis. simpliciter ne dicam stupidè agros vituperauit quos laudasse sui fuerat muneris.
b Pestilens est locus, in quo perdidit ser.
c Quis licitaretur, aut emeret?
d Pestilens. vel in damnum Marij, qui vendere cupiebat.

De Nouio * Microspico. LXXXVII.

VIcinus meus est, manúque tangi
De nostris Nouius potest fenestris.
Quis non inuideat mihi, putétque
Horis omnibus esse me beatum,
Iuncto cui liceat frui sodale?
Tam longè est mihi, quàm [a] Terentianus,
Qui nunc Niliacam regit Syenen.
Non conuiuere, nec videre saltem,
Non audire licet, nec vrbe tota
Quisquam est tam prope, tam procúlque nobis.
Migrandum est mihi [b] longiùs, vel illi.
Vicinus Nouio, vel inquilinus
Sit, si quis Nouium videre non vult.

* Vox hybrida ex μικρ☉ & *specio* quòd rarus appareret. alij leg. *Micropsopo.* alij *Micropsycho.* i parui & abiecti animi auaro.
a Præfectus AEgypti, in qua, AEthiopiam versus vrbs Syene *vmbras nusquam flectens* solstitio æstiuo.
b Neque enim tam prope videre fas est.

Ad Fesceniam. LXXXVIII.

NE grauis hesterno fragres, Fescenia, vino,
[a] Pastillos Cosmi luxuriosa voras.
[b] Ista linunt dentes ientacula: sed nihil [c] obstat,
[d] Extremo ructus cùm venit à Barathro.
Quid quòd olet grauiùs mistum [e] diapasmate [f] virus,
Atque [g] duplex animæ longius exit odor?
Notas ergo nimis fraudes, deprensáque furta
Iam tollas, & [h] sis ebria simpliciter.

a Trochiscos ex aromatibus & puluisculis odoratis à Cosmo myropolâ confectos. lozenges or trochiskes.
b Isti pastilli tibi ieiuni sumpti.
c Al. *obstant.* sc. pastilli.
d Oris fœtorem fortè emendant; ructum ex imo ventriculo nequaquam.
e Medicamento illo cui immiscentur odores à διαπάσσω conspergo.
f Grauis anima. halitus grauis.
g Hesterni vini & diapasmatis.
h Vinum potius oleas, quàm fœtorem spiritus medicamentis sumptis augeas. vide ep. 42. l. 3. c. & 7. ep. 6. l. d.

Ad Alcimum. LXXXIX.

ALcime, quē [a] raptū domino [b] creſcentibus annis
[c] Labicana [d] leui ceſpite velat humus:
Accipe [e] non Phario nutantia pondera ſaxo,
[f] Quæ cineri vanus dat ruitura labor.
Sed fragiles [g] buxos, & opacas palmitis vmbras,
Quæque virent lacrymis humida * prata meis.
Accipe care puer noſtri [h] monumenta [i] doloris:
Hic tibi perpetuo tempore viuit honor.
Cùm mihi ſupremos [k] Lacheſis perneuerit annos:
Non aliter cineres mando iacere meos.

a Puer hic videtur fuiſſe Martialis.
b Iam adoleſcentem.
c In via Labicanâ, quæ à porta Eſquilina ducit ad Labicum Italiæ pagum.
d Non magnifico tumulo. vel reſpicit precationis & inſcriptionis formulam, S.T.T.L. h. e. *Sit tibi terra leuis.* de cuius ratione vide quæ adnotaui ad vlt. verſ. Hippolyti, Senecæ.

e Non obeliſcos & pyramidas, non ſtatuas quæ columnis é ſaxo AEgyptio innixæ pendére & nutare videantur. vide ep. 1. Spect. not. l. f *Conſumet ferrum lapidemque vetuſtas*, &c. Ouid. 4. de Ponto. & Iuuen. ſat. 10. *data ſunt ipſis quoque fata ſepulchris.* g Coronas è buxo pampyno, &c. vel ipſas potius arbores & * flores pratenses. tumulis namque moris erat virentes inſerere arbores, *Spirantesque crocos & florum perpetuum ver.* h Tumulum, tumuloque ſuperadditum carmen huiuſmodi *Carmine fit viuax virtus*, &c. Ou. 4. Triſt. i Scal. in Catullum legit *laboris.* i. *amoris.* vt vult Muſambertius. k E Parcis vna. i. vbi fata abſoluerint penſum vitæ meæ.

Ad Cinnam. XC.

GArris in aurem ſemper omnibus Cinna.
Garris & illud, [a] teſte quod licet turba.
Rides in aurem, quereris, arguis, ploras.
Cantas in aurem, iudicas, taces, clamas.
Adéone penitus ſedit hic tibi [b] morbus.
Vt ſæpe in aurem Cinna [c] Cæſarem laudes?

a Quod audiente vulgo profari licet.
b Vitium affectatæ taciturnitatis. Natum. a. videtur hoc ep. è ioco Scauri quo Iunium Othonem Rhetorem tecto & ſuſpicioſo dicendi genere vſum taxauit, inquiens, acta illum in aurem alterius legere. quæ publica quidem ſunt, vulgoque legi oportet. Radens clancularíæ obtrectationis vitium innui vult. c Cuius quidem laudibus nihil magis publicari debet.

Ad Baſſam tribadem. XCI.

QVòd nunquā maribus iunctā te Baſſa videbam,
Quódque tibi mœchum fabula nulla dabat:
Omne ſed officium circa te ſemper obibat
Turba tui ſexus, non adeunte viro:
Eſſe videbaris, fateor, [a] Lucretia nobis:
At tu, prô facinus, Baſſa, * fututor eras.
Inter ſe geminos audes committere cunnos,
* Mentitúrque virum prodigioſa Venus.
Commenta es [b] dignū Thebano ænigmate monſtrū:
* Hîc, vbi vir non eſt, vt ſit adulterium.

a Caſta, vt Lucretia abſente viro.
* Τρίβας, ὀλίσβου operâ vſa.
b AEnigma dignum Thebano monſtro i. Sphinge. *vel:* Aenigma, cui ſoluendo opus eſt Oedipo Thebano.

Ad Lælium. XCII.

CVm tua non edas, carpis mea carmina Læli.
Carpere vel noli noſtra, [a] vel ede tua.

a Vt ſint quæ ego viciſsim carpam. vide bis ῥᾷον eſſe μωμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι, & quàm ſit *facilis rigidi cenſura cachinni.*

Ad Mamurianum. XCIII.

SAEpe mihi queritur non siccis [a] Cestus ocellis,
Tangi se [b] digito, Mamuriane, tuo.
Non opus est [b] digito: totum tibi Ceston habeto,
Si deest nil aliud, Mamuriane tibi.
Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati,
[c] Nec curtus Chiones, Antiopésue calix:
[d] Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna,
[e] Dimidiásque nates Gallica palla tegit;
Pasceris & nigræ solo nidore culinæ,
Et bibis immundam cum cane pronus aquam:
Non culũ [f] digito; neq; enim est, qui non cacat olim,
Culus; sed fodiam [g] qui superest, oculum.
Nec me zelotypum, nec dixeris esse malignum.
[h] Denique pædica, Mamuriane satur.

a Puer poetæ.
b Digito obscœno per obscœna ipsum ad stuprum pelliciente, & se paratum pædiconem ostentante.
c Si nec ad bibendum tibi sit ruptus calix, vel quali vtuntur Chione, Antiope, cæteræque meretrices etiam ad obscœnas lotiones. 2. l. 50 ep.
d Decolor, non candida, à tritura flauescens: vel sebo, & sudore quasi incerata.
e οἱ γὰρ Κέλται ἀντὶ χιτώνων σχιστοὺς χειριδωτοὺς φέρουσι μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν. Strabo. f Supra not. b. g luscum innuit Mamurianum & παρεγγυμάζει. Vid. 3. l. ep. 92. quæ minandi formula *Oculos ego tibi effodiam* Plauto solennis. h Non ægre ferrem, *A, qui si id faceres satur, tacerem.* Catul. ep. 21. vnde desumptum videtur hoc ep.

De Aquino. XCIV.

[a] FAbricio iunctus fido requiescit [a] Aquinus,
[b] Qui prior Elysias gaudet adisse domos.
[c] Ara duplex primi testatur munera pili:
[d] Plus tamen est, titulo quod breuiore legis.
Functus vterque sacro laudatæ fœdere vitæ,
Famáque quod rarò nouit, amicus erat.

a De his Polybius.
b Qui lætior mortem obijt quòd sibi superstes foret amicus. vide supra ep. 37.
c Simul vel propè sepultis gemina excitata ara & inscripta testatur fuisse eos *primipilares* — d — Hoc tamen (quem docet inscriptio) honore & ille maior qui paucioribus inscribitur literis, fuisse & *amicos*.

Ad Aeglen fellatricem. XCV.

CAntasti malè, dum fututa es, Aegle.
Iam cantas bene, basianda non es.

Quæ olim malè cantasti, dum, &c. iam diceris bene cantare ab ijs qui te sub vocis specie ad fellandum vocant. Quia impuri oris μύζουσι.

Ad * Helium. XCVI.

QVòd clamas semper, quòd agentibus obstrepis
Non facis hoc gratis: accipis, vt taceas. (Heli,

* Pessimum rabulã obstrepero clamore se aliorum actionibus ingerentem. vt quem propter imperitiam nemo adsciuisset, propter importunitatem aliquis placaret obiectâ trifauci huic Cerbero pretij offâ vt taceret. potest & intelligi de præuaricatore ad tacendum corrupto, ex noto illo ioco in Demosthenis argentanginam.

Ad

*Ad * Scazontem, de fellatore quodam.* XCVII.

SI non [a] molestum est, téque non piget * Scazon,
Nostro, rogamus, pauca verba [b] Materno
Dicas in aurem, sic, vt audiat solus.
[c] Amator ille tristium lacernarum,
[d] Et Bæticatus, atque [e] leucophæatus,
[f] Qui coccinatos non putat viros esse,
[g] Amethystinásque mulierum vocat vestes,
[d], [e] Natiua laudat: [h] habeat & licet semper
Fuscos colores, [i] Galbanos habet mores,
Rogabit, vnde suspicer virum mollem.
Vna lauamur: [k] adspicit nihil sursum;
Sed spectat oculis [l] deuorantibus draucos:
[m] Nec otiosis mentulas videt labris.
Quæris quis hic sit? [n] excidit mihi, nomen.

* Alloquitur versum scatim, qui cætera Iambicus nisi quod in quinta sede habet Iambum. & in vltima iambum mutat Spondæo. claudicare itaque videtur, vnde & nomen à σκάζω.

a Tibi claudicanti.

b Amico, cui mittit hoc epigramma vide l. 10. ep. 37 vel ipsi forte cinædo cuius etsi hîc eum nominasset, argutissimè mox fingit sibi excidisse nomen: infra not. n.

c Qui gestat laudatque pullas vestes.

d Ipse Hispano indutus colore, quem, iuxta Bœtim, rutilum & fuscum oues habent natiuum. l. 14. ep. 133. e Veste indutus coloris è λευκῷ albo & φαιῷ subnigro misti. **gray.** f Qui vestibus vsos cocco tinctis (Angl. **scarlet**,) putat esse molles & parùm viros. g Dicitque purpureas ceu violaceas à colore lapidis Amethysti, ep. 154 l. 14. mulierum esse vestes, non virorum. h Etsi viriles gestet vestes, muliebres habet mores & molles. i Subalbos ceu herbacei coloris, χλωέρους, à flore galbani ferulæ è Syria. vel molles instar Galbæ Imp. effœminati. k Despectat inguina. ep. 64. l. 11. l pascentib. se & delectantibus ep. 60. l. 9. d. m labris vndantibus & præ desiderio saliuâ fluentibus. Iuuen. 9. 35 v. *spumanti labello.* n Argutè fingit, vel se esse oblitum eius nominis, quem tamen supra nominarit. *vel*, sibi imprudenti excidisse in hoc epigrammate nomen ipsius, siue ille Maternus fuerit, siue Fuscus, Galba, aut Cinna, quod intimabat in vocibus *Fuscinos, Galbanos* ceu *Coccinnatos.* vide Lips. i. l. epist. quæst. 5. luditque in ambiguitate τοῦ *Excidit.*

Ad Næuolum caussidicum. XCVIII.

[a] CVm clamat omnes, loqueris tu Næuole semper,
Et te patronum, caussidicúmque putas.
Hac ratione potest nemo non esse disertus.
Ecce tacent omnes: Næuole [b] dic aliquid.

a Alia lect. *Dum. cl. o. L. tunc N æ. tantum.* vide. ep. 38. l. 6. *Jam clamor centumque viri*

b Qui te ostentare soles, cæteris interstrependo, ac si haberes quod diceres: ecce, iam silentio facto, ostende quàm disertus sis patronus. At nunc piscis & rana Seriphia es, nec gru quidem habes quod dicas.

Ad Flaccum. XCIX.

[a] LItigat, & podagra Diodorus Flacce laborat,
Sed nil patrono porrigit, hæc [b] chiragra est.

a Podagrâ detenti vt plurimum litigiosi, queruli, loquaces sunt. & quia pedibus vti non licet, linguâ strenui sunt, mala multa animo versantes. b Al. *cheragra.* vt constet versus, quod & fieri potest extritâ alterutrâ diphthongi vocali. iocatur autem auaritiam Diodori à Chiragra quæ manus contrahit profectam. licet *illi nec iusta chiragra Contudit articulos.* Horat. 2. serm.

Ad Calenum auarum. C.

[a] NOn plenum modò vicies habebas:
Sed tam prodigus, atque liberalis,
Et tam lautus eras Calene, vt omnes
Optarent tibi [b] centies amici.
Audît vota deus, precésque nostras;
Atque [c] intra, puto, septimas Calendas
[d] Mortes hoc tibi [d] quatuor dederunt.
At tu sic [e] quasi non foret relictum,
Sed raptum tibi centies, abisti
[f] In tantam miser esuritionem,
Vt conuiuia sumptuosiora,
Toto quæ [g] semel apparas in anno,
[h] Nigræ [h] sordibus explices monetæ,
Et septem veteres tui sodales
Constemus tibi [i] plumbea selibra.
Quid dignum meritis precemur istis?
Optamus tibi [k] millies, Calene.
Hoc si contigerit, fame peribis.

a Non omnino vicies centena millia sesteriûm nostræ monetæ 15625. l.

b Nost. monetæ. 781 : 5. l.

c Intra septem menses.

d Hereditates ex 4. amicis mortuis.

e Quasi tibi ablatæ potius & amissæ fuissent 781 : 5 lib. quàm relictæ & legatæ. Ramiresf. legit. *Sed partum* vt 10. l. 47. ep. *non parta labore, sed relicta* nec persuadet.

f In auaritiam tam sordidam & famelicam.

g Solis natalibus.

h Aereâ monetâ ceu plumbeâ, cuius contrectatione sordent manus. simul & sordes Caleni taxat qui ad 7. veteres amicos excipiendos non excedebat sumptum eius summulæ quæ nigrâ vænit monetâ, quod & vilissimarum rerum pretium est, vt apparet ex adiecta *selibrâ plumbeâ* —— i —— Pessimæ notæ. i. æneæ monetæ duobus teruncijs. vel etiam plumbeæ, namque & quadrantes plumbei Romanis quondam in vsu.

k Millies centena millia H S. i. 781 : 50. lib.

De Afra vetula. CI.

MAmmas, atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici, & mammarum maxima mamma potest.

Puella sibi visa, quod viuerent pater & mater cum nutricijs, quos etiam patres & matres (pro more) appellabat. vel quo iunior videri posset seniores se interdũ coæuas, imo & iuniores salutauit appellauitque mammarum & tatarum, patrum sc. matrumque prænomine, cum ipsa iam vetula esset, ipsorumque abauia videri posset.

De Afro Demetrio. CII.

[a] ILla manus quondam studiorum fida meorum,
Et felix [b] domino, notáque [c] Cæsaribus,
[d] Destituit primos virides Demetrius annos:
[e] Quarta tribus lustris addita messis erat.
[f] Ne tamen ad Stygias famulus descenderet vmbras,
[g] Vreret implicitum cùm scelerata [g] lues,
Cauimus; & domini ius omne remisimus ægro:
Munere dignus erat conualuisse meo.
[h] Sensit deficiens sua præmia, méque [i] patronum
Dixit, ad infernas liber iturus aquas.

a Ille seruus meus amanuensis & librarius.

b Mihi domino eius. *vel* ipsi Demetrio felix, vt quæ exscribendo mea carmina sibi laudem & notitiam apud Cæs. consecuta sit.

c Tito & Domitiano.

d Obijt florenti iam ætate & viridi.

e Nonũdecim natus annos.

f Ne tamen non liber moreretur, cauimus we prouided.

g Febris quæ πυρετὸς, siue illa fuerit mentagra, quæ supra ep. 79.

h Moriens agnouit beneficium meum quo eum ex merito suo liberum esse pronunciaueram.

i Sic .n. liberti eum à quo manumissi sunt, appellare soliti.

Ad

Ad Lycorim. CIII.

QVi pinxit Venerem tuam Lycori,
Blanditus, puto, pictor est Mineruæ.

Pictor qui pinxit Venerem tuam Ly. blanditus est Mineruæ Veneris quondam de pulchritudine æmulæ, adeo deformem pinxit. *vel* puto .i. vt videtur. pictor est Mineruæ, cui similior imago tua Lycori quàm Veneri. Pictores insuper in Mineruæ clientelâ sunt. hinc acumen ep. 41. lib. 5.

Ad Scæuolam. CIV.

[a] SI dederint superi decies mihi millia centum,
Dicebat non dum Scæuola [*] factus eques:
Qualiter ô viuam, quàm largè, quamque beatè!
Riserunt [b] faciles, & tribuere dei.
Sordidior multo post hoc toga; penula peior:
Calceus est sarta térque, quatérque cute:
[c] Déque decem plures semper seruantur oliuæ;
[c] Explicat & cœnas vnica mensa duas;
Et [d] Veientani bibitur fæx crassa rubelli:
Asse cicer tepidum constat, & [e] asse Venus.
[f] In ius, ô [g] fallax, atque [h] inficiator, eamus:
Aut [i] viue, aut decies Scæuola [k] redde deis.

a Eiusdem argumenti est hoc cum ep. C. quod vide.
* Al. *iustus* .i. non plenum & iustum assequutus censum equitis, qui quadringenta sestert. a. nostræ monetæ, 3125. lib.
b *O faciles dare praua deos!*
c E decem oliuis maior pars reseruatur in proximam cœnam. vide Iuuenalem. 14. Sat. 127. v.
d Fæculentũ & turbidum vinum à Veientibus in Italia.
e Illi plebeiâ contento.
f E formulâ vocandi in ius.
g Qui vouisti te laute victurum si, &c.
h Qui sordidè viuendo non agnoscit se ex voto accepisse quod accepit.
i Lautè, genialiter. vide ep. 16. supra nota d.
k Quando iis non vteris. *vel*, vt liberius viuas, quod prius fecisti.

De spectaculo. CV.

Inductione cæterorum spectaculorum extollit leonum & leporum ludicrum (de quo supra sæpius) quasi dicat, pardos maculosos iuga mollia trahere, tigres flagra pati, ceruos frenis, vrsos lupatis, apros capistris regi; bisontes esseda trahere; elephantos saltare, &c hæc omnia nihil esse si conferantur cum clementia leonum leporibus parcentium: quam Cæsari, cuius sunt, acceptam ferre leones blanditur, vt 17. ep. lib. Spectac.

[a] PIcto quòd iuga [b] delicata collo
Pardus sustinet, [c] improbæque [d] tigres
[e] Indulgent patientiam flagello:
Mordent aurea quòd lupata cerui,
Quòd frænis [f] Libyci domantur [f] vrsi,

a Pardi.n. & pantheræ variegati & maculosi.
b Mollia, purpurea, serica. vt mox not. h.
c Feroces, rabidæ. *vel* quod nemini probabile erat passuras tigres.
d Vide ep. 18. lib. spect.
e Patiuntur flagra.
f Vide Lipsium Elect. 2. c. 4. contendentem leones à Romanis tùm rudibus obuiâ notâque voce dictos fuisse *Libycos vrsos*; vt & elephantem, *bouem Lucam*; Struthionem, *passerem marinum*. contra quem ex Plinij auctoritate lib. 8. c. 36. & 58. doctè differentem, cum alij plurimi autores, tum hic facit locus, vbi inductione cæterarum ferarum, inter quos & vrsorum, ascenditur distinctè ad leones.

Et

g Vide ep. 15. lib. ſpectac. a.
h Supra not. b.
i Currus Britannicos.
k Quòd Elephantus ſaltans paret rectori ſuo ex AEthiopia. ep 77. l. 6.
* Hæc tamen omnia ſuperat leporum luſus per rictus leonum.
l Supra ep. 7. 15. 23. 45. 49. 52. 61.
m Vide argumentum huius ep. ſupra 15. ep. huius lib. & 17. ep. lib. ſpect.

Et [g] quantum Calydon tuliſſe fertur,
Paret [h] purpureis aper capiſtris:
Turpes [i] eſſeda quòd trahunt biſontes,
Et [k] molles dare iuſſa quòd choreas
Nigro bellua nil negat magiſtro:
Quis ſpectacula non putet deorum?
* Hæc tranſit tamen, vt minora, quiſquis
Venatus humiles videt leonum,
[l] Quos velox leporum timor fatigat.
Dimittunt, repetunt, amántque captos,
Et ſecurior eſt in ore præda,
Laxos cui dare, peruióſque rictus
Gaudent, & timidos tenere dentes,
Mollem frangere dum pudet rapinam,
Stratis cùm modò venerint iuuencis.
[m] Hæc clementia non paratur arte,
Sed norunt cui ſeruiant leones.

Ad Ouidium. CVI.

IN Nomentanis [a] Ouidi [b] quod naſcitur agris,
Accepit quoties tempora longa merum,
Exuit annoſa mores, noménque ſenecta:
Et quicquid voluit, teſta vocatur [c] anus.

a Quinctæ Ouidi. ad quem alibi ſæpe.
b Vinum ex agro meo Nomentano, vbi vetuſtate decoctum maturuerit, videri poteſt exuiſſe nomen patrium (recens. n. vinum Nomentanum audiebat durum & inſuaue) atque naturam auſteram, cum vinis vel optimis contendere, & Optimianum dici, vel Falernum vel aliud quodcunque addito amphoræ titulo commendatur. c Metonym. cadus ceu amphora vetuſta vide ſupra ep. 46. nota a.

Ad Rufum. CVII.

[a] INterponis aquam ſubinde Rufe,
Et ſi cogeris à ſodale, raram
Diluti bibis [b] vnciam Falerni.
Numquid pollicita eſt tibi beatam
Noctem Næuia, [c] ſobriáſque mauis
Certæ nequitias fututionis?
Suſpiras, retices, gemis: negauit.
Crebros ergo bibas licet [d] trientes,
Et durum iugules mero [e] pudorem.
Quid parcis tibi Rufe? [f] dormiendum eſt.

a Parcè bibebat Rufus idque dilutum, vnde conijciens poeta expectaſſe illum amicam atque adeo veritum ne immodico Lyæi vento extingueretur Veneris ignis, quærit an Næuia (quæ illi ſemper in ore, ſupra ep. *69.*) noctem promiſiſſet, ex ſuſpirijs illius & ſilentio negaſſe autumans, ad largiorem potationem inuitat, vtpote maiora pocula & merum quæ curas diſſipet repulſæque moleſtiam obruat. ex præcepto Ouidij 2. Remed. *plurima ſumas, Vt ſtupeant multo corda ſoluta mero.* b Duodecimam partem ſextarij. ſup. 28. b. c *Lenis alit flammas.* d Triens eſt tertia ſextarij pars quatuor cyathos ceu vncias continens. e Al. *dolorem.* vincas ſc. deſiderium vino. f Tibi ſoli cubandum in vacuo toro. ſume itaque ſomni poculum, poſtquam amica non veniet. ſupra ep. 72.

¶ *Ad Lucium Iulium.* CVIII.

SÆpe mihi dicis, Luci clariſſime Iuli,
Scribe aliquid [a] magnum; deſidioſus homo es.
[b] Ocia da nobis: ſed [b] qualia fecerat olim
[c] Mecænas Flacco, Virgilióque ſuo:
Condere victuras tentem per ſecula [d] curas,
Et nomen [e] flammis eripuiſſe meum.
[f] In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci:
[g] Pingue ſolum laſſat, ſed iuuat ipſe labor.

a Epicum & perpetuum carmen.
b Agros & pecunias, quò muſis vacem *non de lodice paranda Solicitus*.
c Locupletauit Cilnius Mæcenas Virgilium, Horatium, &c.
d Carmina. al. leg. *chartas*.

e Vt vltra rogos & cineres ſuperſit. f Muſæ non libenter arant litus, non amant ſtudia, *Præmia ſi tollas.* g Opimum quidem ſolum verſare fatigat agricolam, ſed ampliſſimæ ſegetis ſpes alit. non minus magni operis poetam fructus & præmij ſpes.

Ad Gallum. CIX.

[a] EST tibi, ſitq; precor, multos creſcátq; per annos,
Pulchra quidem, verùm Tranſtiberina domus.
At [b] mea Vipſanas ſpectant cœnacula laurus:
Factus in hac ego ſum iam regione ſenex.
Migrandum eſt, vt mâne domi te Galle ſalutem:
[c] Es tanti, vel ſi longius illa foret.
Sed [d] tibi non multum eſt, vnum ſi præſto togatum:
Multum eſt, hunc vnum ſi mihi Galle nego.
[e] Ipſe ſalutabo decima, vel ſeriùs hora:
Mâne tibi pro me dicat auere liber.

a Geminum huic erat 71. ep. ſupra.
b Scalis habito tribus, in cœnaculo prope porticum M. Vipſani Agrippæ lauris opacam.
c Et eius quidem pretij ac meriti es vt tibi hoc officium præſtem, etiamſi vlterius ſit migrandum.
d Non multum tibi erit honoris ex me vnico cliente multis qui te comitantur addito: multum mihi hæc qualiacunque ſcribent detereretur ocij, ſi ſalutandi officio vacatem. ſupra ep 71. not. l. & 25. ep. lib. II. e Ipſe te veniam ſalutatum inter cœnandum vel à cœna; interim pro me ſalutatorem matutinum capias hunc libellum.

¶ *De Catella Publî.** CX.

* *Et pictura eiuſdem.*

[a] ISſa eſt [c] paſſere [b] nequior [c] Catulli.
Iſſa eſt purior oſculo columbæ.
Iſſa eſt blandior omnibus puellis.
Iſſa eſt carior Indicis lapillis.
Iſſa eſt deliciæ catella Publî.
Hanc tu, ſi queritur, loqui putabis.
[d] Sentit triſtitiámque, gaudiúmque.
[e] Collo nixa cubat, capítque ſomnos,
Vt [f] ſuſpiria nulla ſentiantur.
Et deſiderio coacta [g] ventris,
[h] Gutta pallià non fefellit vlla:
Sed blando pede ſuſcitat, toróque

a Nomen catellæ Publij.
b Laſciuior.
c Lesbiæ paſſ. cuius nequitiam & mortem canit Catullus. ſed & latenter contendit imò præfert hoc epigramma poëmatio Catulli de paſſere Lesbiæ atque illi Ar. Stellæ de columba Hiantis ſuæ.
d Sentit hos affectus in domino, atque illi triſti condolet, hilari laſciuus congratulatur.
e Collo domini ceu gremio innixa dormit, Fr. Modius legit ex codice Weidneri *nexa*. epiſt. 33. f Reſpirationes. g Eijciendi. h Præſtitit munditiem lecto, neque eius contaminauit ſtragula.

Deponi

Deponi rogat, & monet [i] leuari.
Castæ tantus inest pudor catellæ.
Ignorat Venerem: nec inuenimus
Dignum tam tenera [k] virum puella.
[l] Hanc ne lux rapiat suprema totam,
Picta Publius exprimit tabella.
In qua tam similem videbis Issam,
Vt sit tam similis sibi nec [m] ipsa.
Issam denique pone cum tabella:
Aut vtramque putabis esse veram,
Aut vtramque putabis esse pictam.

i Alui ceu vesicæ onere leu. alij leg. *lauari.*

k *Catachresis.*

l Vt mortuæ supersit memoria, curauit Publius illam pingi.

m Fr. Modius ex eiusdem Weidneri libro reponit, *Issa.*

Ad Velocem. CXI.

SCribere me quereris Velox epigrammata longa.
Ipse nihil scribis: tu breuiora facis.

E virtutibus epigrammatum altera est Breuitas. hanc in Martiale cum essent qui carperent, respondet nescio cui Veloci poëta breuia sua epigrammata esse potiora illius nullis.

¶ *Ad Regulum.* CXII.

CVm tibi sit sophiæ par fama, & cura deorum,
Ingenio pietas nec minor ipsa tuo:
Ignorat meritis dare munera, qui tibi librum,
Et qui miratur Regule thura dari.

Ne munera mittas supervacanea, vt fœminæ arma, rustico libros &c. præcipit Seneca. Hîc poeta (missis ad Reg. epigrammatum libro & thuris forte librâ) muneribus pompam addit à conuenientiâ munerum cum eius cui dantur eruditione & pietate. sed de hoc Reg. vide Plin. epist. vlt. lib. 2. & lib. 6. epist. 2.

In Priscum. CXIII.

CVm te non nossem, dominum regémq; vocabam
Cùm bene te noui, iam mihi Priscus eris.

Te prius mihi non notum pro munifico patrono & claro viro honorificè salutabam. postquam verò sordes tuas noui, mero te nomine saluto. *Prisci* autem nomen ambiguè sumi volunt: pro proprio, vel apposito vilitatem eius innuente. vide sis Corn. Vitellium in Merulam c. 20.

Ad lectorem. CXIV.

[a] QVæcumque lusi iuuenis & puer quondam,
[b] Apinásque nostras, quas nec ipse iam noui,
[c] Malè collocare si bonas voles horas,
[d] Et inuidebis ocio tuo lector:
A Valeriano Pollio petes Quincto,
Per quem [e] perire non licet meis nugis.

a Epigrammata quæ mihi olim puero exciderunt, venalia sunt apud Q. Poll. Val.

b Nugamenta carminum. Apinas autem vt & Tricas Apuliæ oppidula fuisse vilia scribit Plinius l. 3. cap. 11. à Diomede tantam per ignominiam euersa vt in prouerbij ludibrium abierint. Cùm vero Græcè dicantur ἀφάγγαι, vnde & *Affaniæ*, cur non ab ἀφάνης ducamus, vt & Tricas à τρίχες?
c Modesta extenuatio. d Nec sines ocium abire sine malo. e Exscribi enim facit, venditque.

Ad

Ad Faustinum. CXV.

[a] HOs tibi vicinos, Faustine, Telesphorus hortos
Fœnius, & breue rus, vdáque prata tenet.
Condidit hic natæ cineres, noménque sacrauit,
Quod legis, Antullæ, [b] dignior ipse legi.
Et Stygias æquum fuerat patrem isse sub vmbras:
Sed quia non licuit, viuit, vt ossa colat.

a Faustine, Telesphorus Fœnius vicinus tuus (fortè in agro Tiburtino, vide 57. ep. 4. l.) Dijs manibus filiæ suæ Antullæ immaturâ morte præreptæ consecrauit hunc agellum in quo cineres & ossa filiæ condidit.

b Turbato mortalitatis ordine & fatis male iudicantibus titulum filiæ pater tumulo inscripsit, quod officium ex naturæ ordine patri præstitisse filiam æquius fuerat.

In Procillum. CXVI.

[a] QVædam me cupit inuide Procille
*Toto candidor puella cygno,
Argento, niue, lilio, ligustro:
[b] Iam suspendia sæua [c] cogitabis:
Sed quandam volo nocte nigriorem,
Formica, pice, graculo, cicada.
Si noui bene te Procille, [d] viuis.

a Procilli inuidiam ludificatus, candido eum lætoque nuncio vsque ad suspendium contristat, nigro mox tristique reficit & à suspendio reuocat.
* Al. *loto.*
b Transpositus hic versus, qui in vulgatis lib. sextus est, in locum quarti concinnior est.
c Al. *cogitabas.*
d Al. *viues.*

De Antulla. CXVII.

[a] HOc [b] nemus æterno cinerum [c] sacrauit honore
Fœnius, & culti iugera pauca soli.
Hoc tegitur citò rapta suis Antulla sepulchro:
[d] Hoc erit Antullæ mistus vterque parens
[e] Si cupit hunc aliquis, moneo ne speret agellum:
[f] Perpetuò dominis seruiet iste suis.

a Eiusdem argumenti cum ep. CXV.
b Agellum cum luco qui religionis causa sepulchris additus.
c In vsum & honorem sepulchri in æternum sacri.
d Eodem monimento condebantur é more sanguine propinqui, coniuges, amici, &c. e Ne alienetur hic agellus. H. EXT. N. S. *heredes externos ne sequatur.* f In æternum sacrabitur in vsum familiaris sepulchri.

¶ *In Lupercum.* CXVIII.

OCcurris quoties Luperce nobis:
Vis mittam puerum subinde dicis,
Cui [a] tradas epigrammaton libellum,
Lectum quem tibi protinus remittam.
Non est, quòd puerum Luperce vexes,
Longum est, si velit ad [b] Pyrum venire,
Et [c] scalis habito tribus, sed altis.
Quod quæris, propiùs petas licebit:
[d] Argi nempe soles subire [d] letum.
[e] Contra Cæsaris est forum taberna.
[f] Scriptis postibus hinc & inde totis,

a Mutuò.
b Alij regionem vrbis esse volunt, alij insigne ædium, alij leg. *ad pilam.* vt 23. ep. 5. l.
c In cœnaculo, vel tertio tabulato. vt supra ep. 109. b.
d *Tmesis* Argiletum. supra ep. 4. a. ab argilla, vel Argi letho, qui ibi ab Euandro cæsus fertur.
e E regione fori Iulij est taberna bibliopolæ.
f Postes, columnæ, pilæ bibliopolarum inscripta gerebant nomina librorum venalium.

Omnes vt citò perlegas poëtas.
Illinc me pete: g ne roges Atrectum:
Hoc nomen dominus gerit tabernæ.
h De primo dabit, alteróue nido
i Rasum pumice, purpuráque cultum
k Denarijs tibi quinque Martialem.
Tanti non es ais? l sapis Luperce.

ne sit opus quærere quis meos libros habeat venales, Atrectus vocatur bibliopola. alij legi volunt *me poscas Atrectum* .i. ab Atrecto.
h De summo forulo, capsâ, ceu armario. in primis a. vel summis nidis optimi recondebantur libri, in imis ceu vltimis libri paruæ æstimationis.
i Supra ep. 67. m. k Quibus fere æquiualent 40. è nostris. Sed Denarius erat duplex, vetus qui 8 d ob. c. nouus, qui 7 d. ob. l Ironice collaudat hominis sordes, cui pro vili habetur ingenium & labor poetæ.

Ad Cæcilianum. CXIX.

CVi legisse satis non est epigrammata centum,
Nil illi satis est Cæciliane mali.

Per modestiam extenuat sua epigrammata, tanquam mala sint, simulque excusat libri longitudinem: ex mente Callimachi apud Athenæum. 3. l. 1. c. τὸ μέγα βιβλίον ἴσον τῷ μεγάλῳ κακῷ. numerum autem perfectum ponit 100. cum sint 119.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER II.

a *QVid nobis, inquis, cum epistola? parum ne tibi præstamus si legimus epigrammata? quid hîc porro dicturus es, quod non possis versibus dicere?* b *Video* b *quare tragœdi epistolam accipiant, quibus pro se loqui non licet. epigrammata Curione non egent, & contenta sunt sua, id est, mala lingua. In quacumque pagina visum est, Epistolam faciunt.* c *Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & togam saltanti inducere personæ.* d *Denique videas, an te delectet contra retiarium ferula.* e *Ego inter illos sedeo qui protinus reclamant.* f *Puto me hercule Deciane, verum dicis. Quid, si scias, cum qua, & quàm longa epistola negotium fueris habiturus? Itaque quod exigis fiat. Debebunt tibi, si qui in hunc librum inciderint, quòd ad primam paginam non lassi peruenient.*

a Hæc omnia vsque ad *reclamant* ex persona Deciani, quem facit poeta mirantem & reprehendentem quod epistolam epigrammatis suis præfigat.
b Tragœdi certè, si quid esset quod principem & populum vel monitos vel rogatos vellent, epistolam exhibebant. quam vocalissimus aliquis Curio, qui theatralis quasi præconis officio fungebatur, clara legebat voce. hoc fecerunt illi ex necessitate quod ijs in dramatico poëmate, quæ extra scenam & argumentum essent, loqui non liceret, hoc tibi ô Martialis in epigrammatis tuis non æquè necesse est, quæ quasi epistolia sunt. c Noli indecorè & absurdè mimo inducere togam (qui grauitatis cultus est) .i. epigrammati epistolam, poëmati orationem solutam. d Neque te putes epistolâ magis munitum aduersus maledicos, quàm si quis myrmillo contra retiarium ferula pro ense pugnaret. e Vt enim spectatores illiusmodi myrmillonis inconsideratam audaciam auersati reclamarent, ita inter alios & ego tuam hanc temeritatem epistolâ nullatenus efficaci te defendere conantis. f *Respondet Martialis.* & sane perlongam scripturus eram epistolam: sed à te monitus consilium muto, neque lectorem longâ epistolâ fatigabo.

Ad

Ad librum suum. I.

Breuis sanè est hic liber vt qui 93. tantùm contineat epigrammata. Et erat mihi in manu plura adiecisse, sed verebar ne longus liber molestiâ atque tædio lectorem afficeret. quinimo vereor ne & vsque adeo breuis delicatis tamen quibusdam nimis longus videatur.

TErcentena quidem poteras epigrammata [a] ferre:
Sed quis te [b] ferret, perlegerétque liber ?
At nunc [c] succincti quæ sint bona disce libelli,
Hoc primum est, [d] breuior quòd mihi charta perit.
[e] Deinde quòd hæc vna peraget librarius hora,
Nec tantùm nugis seruiet iste meis.
Tertia res hæc est, quòd si cui fortè legêris,
Sis licet vsque malus, non odiosus eris.
[f] Te conuiua leget misto quincunce: sed antè,
Incipiat positus quàm tepuisse calix.
Esse tibi tanta cautus breuitate videris.
Hei mihi, quàm multis sic quoque longus eris ?

a Capere.
b Pati, tolerare.
c Breuis libri commoda.
d Minus insumo & perdo chartæ. *modestè.*
e Librarius citius transcribet hæc, vt melioribus vacet exscribendis.
f Inter pocula legêris, vide ep. 19. l. 10. & perlegêris minori spacio quam vinum aquâ calidâ in quincunce quinque cyathorum capaci dilutum frigescat. *Hyperb.*

Ad Cæsarem Domitianum. II.

[a] CReta dedit magnũ, maius dedit Africa nomen,
Scipio quod victor, quódque Metellus habet.
Nobilius domito tribuit Germania Rheno,
[b] Et puer hoc dignus nomine Cæsar eras.
[c] Frater Idumæos meruit cum patre triumphos:
Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est.

a L. Metellus deuictâ Cretâ, Pub. Cornel. Scipio deuictâ Africâ nobilia assecuti sunt cognomenta: Domitianus vero debellatis Cattis Dacisque nobilius meruit cognomen. Dacici sc. & Germanici, illi .n. singula, hic bina. Illi Cretenses pigros ventres & discinctos Afros, hic Germanos bellicosos, ὄζους Ἄρηος. b Domitianus iuuenis admodum expeditionem suscepit in Germanias. Sueton. l. 8. c. 2. sed neque necessariam neque vtilem. c Pater tuus Vespasianus cum filio Tito de Hierosolymis triumphauit, tu de Cattis Dacisque solus.

Ad Sextum. III.

SExte nihil debes, nil debes Sexte, fatemur.
Debet enim, si quis soluere Sexte potest.

Verè iactas te nihil debere, qui non es soluendo. Debitoris .n. inopia excludit actionem.

In Amianum. IIII.

[a] O Quam blandus es Amiane matri!
Quam blanda est tibi mater Amiane!
Fratrem te vocat, & soror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt ?

a Amianum incesti arguit, quod relictis natiuis nominibus matrem hic sororem, filium illa fratrem appellet. quibus nominibus amatores & amicæ se mutuò vocent. vide Lips. Antiqu. Lect. lib. 3. & epigr. 20. lib. 12. & 65. ep. 10. l.

b Mater & filius.

c Sed amicam.

Quare non iuuat hoc, [b] quod estis, esse?
Lusum creditis hoc, iocumque? non est.
Mater, quæ cupit esse se sororem;
Nec matrem iuuat esse, nec sororem. [c]

Ad Decianum. V.

a Iurandi formula, vt, *ne viuam, dispeream.*
b Intercapedo & spacium 2. mille passuum, qui 4. mihi fiunt redeunti nec te conuenienti. ep. 23. l. 5. i.
c Clientum causis.
d Tuis studijs, vel balneis, cœnis, ceu valetudini curandæ.

[a] Ne valeam, si non totis Deciane diebus,
Et tecum totis noctibus esse velim.
Sed [b] duo sunt, quæ nos distinguunt, millia passûm;
Quatuor hæc fiunt, cùm rediturus eam.
Sæpe domi non es: cùm sis quoque sæpe, negaris:
Vel tantum [c] caussis, vel [d] tibi sæpe vacas:
Te tamen vt videam, duo millia non piget ire?
Vt te non videam, quatuor ire piget.

¶. *Ad Seuerum.* VI.

a Indignantis & exultantis formula Ironica, qua Seueri deludit fastidium: prius quidem singula epigrammata collaudantis atque vt ederentur suadentis, collecta vero iam & edita cum fastidio deijcientis.
b Τὸ ἐν ἐσχάτῳ κώλῳ γεγραμμένον. alij leg. cum Scaligero in Tibullum, ἐσχατοκώλιον. i. imum chartæ. scapum chartæ imæ adglutinatum. Vltimam autem libri partem subinde spectare impatientis est lectoris.
c Lassitudinis & fastidij indicium est repandiculans oscitatio.

[a] I Nunc, edere me iube libellos,
Lectis vix tibi paginis duabus,
Spectas [b] ἐσχατοκωλικὸν Seuere,
Et longas trahis [c] oscitationes.
Hæc sunt, quæ relegente me solebas
[d] Rapta scribere, sed [e] vitellianis.
Hæc sunt, singula quæ sinu ferebas
Per conuiuia cuncta, per theatra.
Hæc sunt, aut meliora, si qua nescis.
[f] Quid prodest mihi tam macer libellus,
Nullo crassior vt sit vmbilico.
Si totus tibi triduo legatur?
[g] Nunquam deliciæ supiniores.
Lassus tam citò deficis viator,
Et cùm currere debeas [h] Bouillas,
[i] Inter iungere quæris [k] ad Camenas.
[l] I nunc, edere me iube libellos.

d Lego *Raptim* metri lege monitus. vt & mox *Interiungere.* e Pugillaribus luteis vitello vt credo illitis, quibus res lasciuæ & elegantiores scribebantur. Alij à Vitellio nescio quo, inuentore dictos volunt. ep. 8. & 9. l. 14. f Quorsum studui breuitati? frustra curaui vt liber tenuis esset nec vmbilici (de quo 67 ep. 1. lib.) crassitudinem excederet, si tamen tu delicatus & supinus lector triduum illi legendo insumas. g Alij, *Nusquam.* vt 4 ep. 1. lib. *Nescis, heu nescis dominæ fastidia Romæ,* &c. h Oppidum in via Aricina, non longe à Româ. i Male legitur *Iter iungere.* est. n. *interiungere* iugo soluere equos ceu boues refectionis gratiâ. *est .a. Allegoria.* breuem librum non vno decursu perlegis, verùm in itinere hæres & pausam oscitans interponis. k Ad templum camœnarum extra portam Appiam. h. e. citra Bouillas. l Epanalepsis Ironica, supra a.

In

¶ *In Attalum.* VII.

DEclamas [a] bellè : caussas agis Attale bellè :
Historias bellas, carmina bella facis.
Componis belle mimos, epigrammata bellè :
Bellus grammaticus, bellus es astrologus.
Et bellè cantas, & saltas Attale bellè.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cùm facias, facis attamen omnia bellè,
Vis dicam quid sis ? magnus es [b] ardelio.

a Vide ep. 10. lib. 1.
b πολυπράγμων, a busie body. vt l. 1. ep. 80. multa agendo nihil agens, qui vt videatur aliquid esse in omnibus, nihil est in singulis. *nusquam. n est. qui vbique est.* Sen. epist. 2. Alij ab *ardore* & impetu multa tentantis, nihil prosequentis : Alij ab *ardeola* aui quæ in volatu multum mouet, parum promouet, diductum volunt. Sunt qui Ardeliones mimorum genus fuisse volunt. vide epigr. Græca κεφ. μβ.

Ad lectorem. VIII.

[a] SI qua videbuntur chartis tibi lector in istis,
Siue obscura nimis, siue Latina parum :
Non meus est error nocuit librarius illis,
Dum properat versus annumerare tibi.
[b] Quod si non illum, sed me peccasse putabis :
Tunc ego te credam cordis habere nihil.
[c] Ista tamē mala sunt. [d] quasi nos manifesta negamus,
Hæc mala sunt : sed tu non meliora facis.

a Poeta per iocum & vt tentet lectoris cùm ingenium tum candorem, epigrammatum suorum vitia quasi à se amouens in librariorum negligentiam & errorem confert.
b Quòd si meam hanc, quæ tamen vulgaris est authorum excusatio, non admiseris, neque ego te pro cordato & candido lectore habebo, *iam sumus ergo pares.* c *Vrget lector.* sed ipsa carmina mala sunt, quod non tam ab operarum errore, quàm ab autoris vitio. d Aperit se poeta, et fatetur mala quidem esse hæc, sed & illos prouocat vt meliora, si possint, scribant ; sin minus, his vtantur, hæc animo æquiore accipiant. ep. 92. lib. 1. quin & se minatur censorem non minus in illos rigidum, si scripserint.

De Næuia. IX.

SCripsi, rescripsit nil Næuia, non dabit ergo.
Sed puto, quod scripsi, legerat. ergo dabit.

Non desperandum quòd non rescripserit Næuia : sperandum potius quòd meas legerit tabellas. ex præcepto Ouidij 1. de arte, vnde & hoc sumpsit Mart. *Legerit, & nolit rescribere : cogere noli : Tu modo blanditias fac legat ipsa tuas. Quas voluit legisse, volet rescribere lectis,* &c.

In Postumum. X.

BAsia dimidio quòd das mihi Postume labro,
Laudo : licet demas hinc quoque dimidium.
Vis dare maius adhuc, & inenarrabile munus ?
Hoc tibi habe totum Postume dimidium.

Non ego te superbum censeo aut minus humanum, quod me altero labro (vt ep 22. inf.) vel leui basio (qui salutandi mos Romanis) excipis. contentus ero vel quarta osculi parte, imo beatus nullâ. notatque Posthumi (quisquis ille fuerit) impuram animam atque os impudicum ἐκ τοῦ τὰ αἰδοῖα λείχειν καὶ μύζειν.

In Selium. XI.

* Selij cœnipetæ mœstitiæ & luctus cautam esse domicœnium.
b Mox epigr. 14.
c Quòd mœsto vultu tacitus præ se fert luctum.
d Quod demisso sit vultu capiteque deiecto.
e In auari Selij impendium.
f Opes nummi, *quæ maiore domus gemitu maiore tumultu Planguntur quam funera.*

*QVòd fronte Selium nubila vides Rufe,
Quod [b] ambulator porticum terit serus,
[c] Lugubre quiddam quòd tacet piger vultus,
[d] Quod penè terram tangit indecens nasus,
Quod dextra pectus pulsat, & comam vellit,
Non ille amici fata luget, aut fratris.
Vterque natus viuit & precor [e] viuat.
Salua est & vxor, [f] sarcinæque, seruique:
Nihil colonus, villicusque decoxit.
Mæroris igitur caussa quæ? *domi cœnat.

In Postumum XII.

a Animæ fœtorem & oris spurcitiem dissimulare voluit Post. diapasmatum & vnguentorum accito odore. sub assiduo huiusmodi odore suspicatur poeta latere vlcus, vomicam, aut tetrius quippiam. supra ep. 10. b *Aecastor, mulier bene olet, vbi nihil olet.* Plauti Mostell. vide ep. 55. l. 6.

[a] ESse quid hoc dicā, quòd olent tua basia myrrhā,
Quodq; tibi est nunquam non alienus odor?
Hoc mihi suspectū est, quod oles bene Postume sēper
Postume [b] non bene olet, qui bene semper olet.

Ad Sextum. XIII.

Præstat absque lite creditori soluere. ne vnum subterfugiens in tres incidas. namque munere palpandus iudex, (atque obiter corrupta taxat iudicia) munus aliud tibi extorquebit patronus, & creditori tandem ex lege & sententia soluendum est.

ET iudex petit, & petit patronus.
Soluas censeo Sexte creditori.

Ad Paulinum, de Selio. XIV.

a Modo ep. 11.
b Ad Campum Martium, in quo porticus plurimæ varijs picturis insignes, & in his Europæ à Ioue tauro vectæ.
c Frequentat exercitij loca in campo Martio. atque ibi te à pedum celeritate in cursu confert Achilli, qui πόδας ὠκύς.

[a] NIl intentatum Selius, nil linquit inausum,
Cœnandum quoties iam videt esse domi.
Currit [b] ad Europen, & [c] te Paulline, [c] tuosque
Laudat Achilleos, sed sine fine, pedes.
[d] Si nihil Europe fecit, tum Septa petuntur,
Si quid [e] Phyllirides præstet, & Æsonides.
Hinc quoq; deceptus [f] Memphitica tēpla frequentat.
Assidet & [g] cathedris [h] mæsta [i] iuuenca tuis.

d Si in porticibus, quæ iuxta exercitiorum loca, non reperiat inuitatorem, transfert se ad loca tabulis vallata in quibus P. R. suffragia laturus claudebatur quæ loca à similitudine *septa* & *ouilia* appellabantur. vide quæ ad Iuuen. 6 sat. 530. vers. e Iuxta septa erat templum Neptuni cum porticu, in qua depicta fuit historia Argonautarum, & in his, Chironis filij Neptuni ac Phillires; atque Iasonis AEsone nati. f Templum Isidis, cuius sacra ex AEgypto (in qua nobilissima ciuitas Memphis) Romam translata, in campo Martio prope septa. hoc templum Tiberius euerterat, sed vel nomen loci manebat, vel ab alio Imp. instauratum erat. g Subsellijs. h Propter virū Osirim amissum, & inuentum tandem apud Phialam laceratum. i Isis dea ex Iō Inachi filiā à Ioue compressa & in vaccam mutata.

Inde

Inde petit [k] centum pendentia tecta columnis;
Illinc [l] Pompeij dona, nemúsque duplex.
Ne cFortunati spernit, nec balnea Fausti,
Nec [m] Grylli tenebras, [m] Æoliámque Lupi.
Nam [n] thermis iterum cunctis, iterùmque lauatur:
Omnia cùm fecit, sed [o] renuente deo;
Lotus p ad Europes tepidæ buxeta recurrit,
Si quis ibi serum carpat amicus iter.
q Per te, pérque tuam, vector lasciue, puellam,
Ad cœnam Selium tu, rogo, Taure voca,

k Porticum hanc C. columnis innixam alij Corinthiam, Cn. Octauij; alij Vipsanam fuisse autumant.
l Porticum Pompeiam, prope quam lucus & duo horti.
m Tenebrosa balnea Grylli, & excelso loco posita vel frigida balnea Lupi. vide ep. 60. l. 1. & infra ep. 78.
n In thermis proprie sudabatur vt in balneis lauabatur. o Nullo Campi Martii fauente numine, quod Selium cœnâ beet. p Ad porticum Europæ, supra nota b. iuxta quam erant tepentes post meridiem buxi. ep. 20. l. 3. q O Iup. qui taurii nduisti formam, rogo te per te & Europam tuam, interfice hunc Selium vt apud te cœnet. alludit. a. ad morem Græcorum qui dicebant cœnaturos eos apud inferos, qui morituri essent. nota est Leonidæ vox animosa.

In Hermum. XV.

QVod nulli calicem tuum propinas,
Humane facis Herme; non superbè.

Habebant veteres, honoratiores maximè, in conuiuijs peculiares suos calices: quos aliis interdum propinare, humanitatis erat; contrarium, superbiæ. Inuertit hoc poëta collaudando Hermum, quasi hoc ab illo humanè factum sit, ne calice à fœtore oris sui venenato alios offendat. Franc. Luisinus in nominis ambiguitate, quod illi cum Deo Mercurio commune est, ioci acumen latere putat, q. d. facis vt homo, &c. vide 13. c. lib. 1. parergωn.

❡ *In Zoilum.* XVI.

ZOilus ægrotat: [a] faciunt hanc [b] stragula febrem,
[c] Si fuerit sanus, coccina quid facient?
Quid [d] torus à Nilo, quid sindone [e] tinctus olenti?
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?
Quid tibi cum medicis? dimitte [f] Machaonas omneis.
[g] Vis fieri sanus? stragula sume mea.

a Vt visentibus ostentet stragula, morbum simulat.
b Tapetia lecto strata. non conuenit Grammaticis de stragulis, vestésne an lectorum strata denotent. ego vtrunque, namque leonis spolium Herculi pro lecto & stragulo, apud Senecam: *quonam abijt tegmen meum Idemque somno mollis Herculeus torus?* c Si valeret, non possent videri stragula. d Torus è lino AEgyptiaco: & Alexandrinâ plumâ factus. e Alij exponunt *ornatus* sindone; alij per Hypallagen, pro, *Sindon olentis tinctu*. i. tincturâ. legitur & *cinctus* quæ lectio à cæteris reiecta mihi placet. atq; intelligo lectum fuisse circumdatum torali è syndone, ceu cinctum plagis, **hanged about with curtaines**, è sindone tinctâ murice olenti. ep. 29. l. 4. o, & p. Vitellius 14. cap. in Merulam legit *Sidone*. & exponit, Sidonio tinctus murice torus. f Medicos. à Machaone filio AEsculapij nobilitato ab Homero cum fratre Podalirio. g Sapies & valebis, deposito stragulorum luxu, sumptisque vilioribus cuiusmodi mea sunt.

Ad Amianum. XVII.

[a] TOnstrix [b] Suburæ faucibus sedet primis,
[c] Cruenta pendent quà flagella tortorum,
[d] Argíque letum multus obsidet sutor.

a Tonsoris vxor.
b Habitat in aditu Suburræ, de qua lib. 1. ep. 35 e.
c Hoc loco forte Apollo tortor cultus. Suet. 2. 70. namque hîc suspensa flagella vbi malefici de tergo pendebant pœnas. d Argiletum sutorum tabernis frequens. ep. 118. l. 1. *Tmesis.*

e Alij leg. *Non tondet, inquis. ergo quid facit? radit,* **shee is a shauer.** radit pecunias mœchorum, vel glubit, τρίβει τὰ σκοτεινὰ manetque in terminis tonsorijs. sic ξυρεῖ ἐν χρῷ Sophocl. in μαστιγοφ. παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπικινδύνων πραγμάτων. inquit interpres.

Sed ista tonstrix Amiane non tondet:
e Non tondet inquam, quid ergo facit? radit.

In Maximum. XVIII.

a Ego te pro rege meo & patrono salutabam, comitabar, prosequebar, cœnam hinc promeriturus, neque negabo me hinc cœnam captare: sed & te video eadem obire officia (namque hoc faciebant potentiores. Iuuenal. 1. sat. 117. vers.) quocirca, cum tibi par sim, renuncio tuæ clientelæ, nolo esse cliens clientis, &c. b Comes est, qui latus tegit, honoris gratiâ: dictus & *Exterior ceu latero* ___ c ___ Anteambulo, qui præcedit patronum diuitem & potentiorem, poetis *Regem* dictum. d *Sine vicarius est qui seruo pares.* Horat. e Infra ep. 32.

a CApto tuam, pudet heu, sed capto Maxime cœnam:
Tu captas aliam. iam sumus ergo pares.
a Manè salutatum venio: tu diceris isse
Ante salutatum. iam sumus ergo pares.
Sum b comes ipse tuus, tumidíque c anteambulo regis:
Tu comes alterius. iam sumus ergo pares,
Esse sat est seruum: iam nolo d vicarius esse.
e Qui rex est, regem Maxime non habeat.

Ad Zoilum. XIX.

Beat quidem lauta cœna: tua nequaquam. quæ sordida, & digna mendicis qui ad Ariciam & cliuum Virbij *recumbunt*, in qua dictione ludit, vt *conuiuis*, & *mendicis* communi.

FElicem fieri credis me Zoile cœna?
Felicem cœna Zoile deinde tua?
Debet Aricino conuiua recumbere cliuo,
Quem tua felicem Zoile cœna facit.

De Paullo. XX.

Sic lib. 1. ep. 30. & 6. l ep. 12.

CArmina Paullus emit, recitat sua carmina Paullus.
Nam quod emas, possis dicere iure tuum.

In Posthumum. XXI.

a Exosculandam, malunt alij simpliciter, prehendendam tangendamque. quod illud nimis fastuosum sit, & Imperatorum proprium. b Displicent enim basia spurci oris. supra ep. 10. & 12.

BAsia das alijs, alijs das Posthume a dextram.
Dicis, vtrum mauis, elige. b malo manum.

De eodem. XXII.

* *Numina cultori perniciosa suo.* Ouid. 2. Trist. namque me prius leuiter notum dimidio basio salutabat, iam ex carminibus notiorem me toto ore osculatur. quàm gratum autem sit illud, docuit ep. 10. supra.

QVid mihi vobiscũ est ô *Phœbe,* nouẽq; sorores?
Ecce nocet vati Musa iocosa suo.
Dimidio nobis dare Posthumus antè solebat
Basia, nunc labro cœpit vtroque dare.

De

De eodem. XXIII.

[a] NOn dicam, licet vsque me rogetis,
Quis sit Posthumus in meo libello.
Non dicam. [b] quid enim mihi necesse est
Has offendere basiationes,
Quæ se tam bene vindicare possunt?

a Epist. 1. lib. d.

b Cur enim velim illum publicato nomine offendere, cui facile est me, fœdis osculis sub amicitiæ nomine datis atque adeo mihi non abnuendis, vindicare? ep. 94. l. 7. c. Ita Attemona illa apud Plautum in Asinaria. *Nam si domum redierit hodie, osculando ego vlciscar potissimum.* cum prius dixisset Demænetus *malle se nauteam bibere, quàm illam osculari.*

In Candidum. XXIIII.

[a] SI det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
[b] Squalidus hærebo, pallidiórque reo.
Si iubeat patria damnatum excedere terra,
Per freta, per scopulos exsulis ibo comes.
[c] Dat tibi diuitias. ecquid sunt ista duorum?
Das partem; multum est. Candide das aliquid?
[d] Mecum ergo miser es. [e] quod si deus ore sereno.
Annuerit: felix Candide solus eris.

a Lege quatuor primos versus ex persona Candidi, vt qui sæpe promiserat se comitem fore Martiali, si aduersæ res incidissent. *& fateor me hic dissentire ab alijs omnibus interpretibus qui hæc tribuunt poetæ. sed iudicet lector.*

b Reorum propinquis & amicis niueas togas sordidis mutare in iudicijs, moris erat. c Iam vero fortuna tibi dedit opes, nunquid his me participas? non æquam harum posco partem, quanquam neque hæc iniqua esset postulatio apud eum qui se mihi toties ingesserit aduersarum rerum socium, & cui semper in ore, κοινὰ φίλων πάντα. infra ep. 43. sed mihi tu ne teruncium quidem. d Alij leg. *Mecum eris ergo miser.* ita habeo te quidem amicum (vt ais) paratum in aduersis —— e —— Sed si dexter tibi affulserit Mercurius & benignè tecum luserit fortuna, tibi soli diues eris

Ad Gallam. XXV.

DAs nunquam, semper promittis Galla roganti,
Si semper fallis, iam rogo Galla nega.

Quoniam ita lubricæ ceu præposteræ es fidei vt contrarium semper facias ijs quæ promiseris: te mihi verbis negare volo, ita ex vsitato, dabis.

Ad Bithynicum. XXVI.

QVòd [a] querulũ spiras, quòd [a] acerbũ Næuia tussit.
[a] Inque [b] suos mittit sputa subinde sinus:
Iam te [c] rem factam [c] Bithynice credis [d] habere?
Erras [e] blanditur Næuia, non moritur.

a Tanquam moribunda.

b Al. *Tuos.*

c Hæredipeta Næuiæ vel marite. cuiusmodi 11. ep. 1. l.

d Illam statim morituram serio, cogitas. 28. ep. 1. l. e Te falsa spe lactat & morituræ speciem præ se fert, non mox moritura.

De Selio. XXVII.

[a] LAudantem Selium cœnæ cùm retia tendit,
Accipe siue legas, siuo patronus agas.

a Aduerte Selium, quam cœnam captans laudet te vel carmina ceu libellos recitantem, vel causas agentem.

b Acclamat tibi *Effœte* &c. vide ep. 4 l. 1. h Omnibus partibus absolute. alij leg. *Effecte*, i. plene, perfecte, vt nihil supra. c Prompte, ex inopinato. d Versute, argute. al. leg. *nauiter*. e Placet tua acclamatio, inquit recitator, cœnabis mecum. statim Selius voti compos tacet. Notatque poeta cum impudentiam cœnipetæ tum vanitatem recitatoris ceu patroni. qua de, Pers. 1. Sat.

[b] Effœtè, grauiter, [c] cito, [d] nequiter, euge, beatè:
[e] Hoc volui. facta est iam tibi cœna. tace.

In Sextillum. XXVIII.

a Licet tibi contemnere eum qui te appellauerit cinædum, & in illum ipsum retorquere id conuicium, porrecto medio digito infami & verpo, qui cæteris contractis curuatisque Priapum repræsentans in cinædorum & mollium notam extendebatur. ep. 93. l. 1. adeoque ipsum pathicum indigita. b Nec tibi placet fellatricis bucca, ep. 62. l. 11. & artificis halitus oris. Iuuen. 10. Sat. 238. vers. c Potes tamen esse μάσεγγ☉, vel irrum. vter, nescio.

[a] RIdeto multum, qui te Sextille cinædum
Dixerit, & digitum porrigito medium.
Sed nec pædico es, nec tu Sextille fututor,
[b] Calda Vetustinæ nec tibi bucca placet.
Ex istis nihil es fateor Sextille. quid ergo es?
Nescio: [c] sed tu scis res superesse duas.

Ad Rufam. XXIX.

a Orchestram in theatro, inter Senatores ipsum senatorem factum sedentem in primo gradu ep. 14. l. 5. sunt qui ad subsellia in iudicijs referunt, Corn. Vitellius 22. legit *terentem*. i. in foro iudicum vbi erant subsellia spatiantem, & causidicum notari volunt, qualem depingit Iuuenal. 7. Sat. 139. vers. & recitatorem, Pers. 1. Sat. 15. vers. b Annulos induta quibus includuntur Sardonyches aliæuè gemmæ. c Tyrio bis tinctæ murice vel pluries. d Nullo vestigio pressas. puras. the driuen snow. e Fullonis arte dealbata, cretata insuper f Vnguento confecto à myropola Marcelio, vel Marcello, nam legitur & *Marcellano*. g Pumice, nuce ardenti, δρώπακι ... ceu psilothro delicati & molles se depilabat lęuigabantq;. h Non vulgaris. alij leg. *non hesterna*. i. recens, noua indies. Heraldus legit. *Cuique hesterna*. i. noua. vt Persius dixit hesternos Quirites pro nouis ciuibus. i Calceo lunato. de quo vide ep. 50. l. 1. 2. k Vinculum calcei. *alias*, fibula argentea ceu aurea in calceis à nobilioribus gestata. l Senatores primo calceis ex aluta nigrâ mox (crescente luxu) cereâ, galbâ, mulleâ, ederaceâ, coccineâ pedes cinxerunt. m Non arctiore calceo pressum. *vel* pedem non læsum fascijs ex aluta coccinea subligat delicatus. n Et multa emplastra, quæ splenia vocant & adhibentur ad capitis dolorem vel oculorum morbum, frontem eius tanquam stellis distinguunt. Corn. Vitell. 22. c. o Ego legerim *Ignoras quis sit*: quæsierat enim de *illo, cuius*, &c. respôdet, tolle splenia, & ex literis fronti eius inustis cognosces eum è seruo stigmatia & literato. h. e. literis & punctis inusto ad Senatoriam dignitatem euectum.

RVfa vides illum [a] subsellia prima terentem,
Cuius & hinc lucet [b] Sardonychata manus.
[c] Quæque Tyron toties epotauere lacernæ,
Et toga [d] non tactas [e] vincere iussa niues:
Cuius olet toto pinguis coma [f] Marceliano,
Et [g] splendent vulso brachia trita pilo.
[h] Non extrema sedet [i] lunata [k] lingula [i] planta,
[l] Coccina [m] non læsum cingit [l] aluta pedem,
[n] Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.
[o] Ignoras quid sit? splenia tolle, leges.

In Caium. XXX.

a Vt mihi mutuò daret 156. l. 5. s. b Quam summam vel mihi donasse non fuisset homini tam diuiti graue impendium.

[a] MVtua viginti sestertia fortè rogabam,
[b] Quæ vel donanti non graue munus erat:

Quippe

Quippe rogabatur felixque, vetuſque ſodalis,
Et [c] cuius laxas arca flagellat opes.
[d] Is mihi, diues eris, ſi cauſſas egeris, inquit.
[e] Quod peto da Cai, non peto conſilium.

c Cuius arca mota reſonat laxis nummis tanquam flagelli verbere. Flagellare diuitias dicuntur (inquit Turnebus 21. l. 4. c.) qui magnas arcis clauſas opes velut verberibus & carceribus coercent &c. *Infelix ſi angulet arca Diuitias.* Papin. 2. ſylu. vide epigr. 13. l. 5. & 40. ep. 3. l. d Cuius conſulit mihi quod olim Titus. ep. 18. l. 1. vide & 77 ep. 1. l. e Nummos mutuos, non conſilium.

Ad Marianum. XXXI.

SÆpe ego Chriſtinã futui. [a] det quam bene, quæris?
Supra quod * fieri nil Mariane poteſt.

a *Dare* obſcœnum hic verbum eſt. reſpondet poeta ex ambiguo. Chriſtinam ita benè dare, vt nihil melius. verum aliud voluit. nempe, ita malè, eam dare, vt ſupra i. vltra vel iterum eam non ſuſtineas facere. * *Facere* item & *fieri* turpicula verba ſunt. ep. 47. l. 1.

In Ponticum. XXXII.

LIs mihi cum Balbo eſt, tu Balbũ offendere nõ vis
Pontice. cũ Licino: hic quoq; magnus homo eſt.
Vexat ſæpe meum Patrobas confinis agellum:
Contra libertum Cæſaris ire times.
Abnegat & retinet noſtrum Laronia ſeruum,
Reſpondes, orba eſt, diues, anus, vidua.
Non bene, crede mihi, ſeruo ſeruitur amico.
Sit liber, dominus qui volet eſſe meus.

Periÿ, inquit illa apud Comicum, *huic ipſi opus patrono eſt quem defenſorem pa o.* actum ſecum eſſe exclamat poeta, ſiquidem iuſtas intendenti lites adeſſe nolit (quem pro patrono coluerat) Ponticus, non auſus ire contra potentiam magnatum, captanſque gratiam diuitum. renunciat itaque ſe ſeruum & clientem ſeruili domino & patrono. ſupra 18. ep.

In Philænim. XXXIII.

CVr non baſio te Philæni? calua es.
Cur non baſio te Philæni? rufa es.
Cur non baſio te Philæni? luſca es.
Te qui baſiat, hic Philæni, fellat.

Caput enim tuum (caluum, rufum, luſcum) præ ſe fert priapum. 9. l. 38. ep. *Es ſit luſca licet*, &c.

In Gallam. XXXIIII.

CVm placeat Phileros, tota tibi dote redemptus.
[a] Tres pateris natos Galla perire fame.
[b] Præſtatur cano tanta indulgentia cunno,
Quem nec caſta poteſt iam decuiſſe Venus.
[c] Perpetuam di te faciant Philerotis amicam.
O mater, qua nec [d] Pontia deterior.

a Propter amorem Philerotis, quem e ſeruitio redemiſti *vel* quem conduxiſti, tota dote tibi à marito defuncto relicta.
b Tam ſtrenuè indulges libidini luxurioſa anus, quam vel coitus legitimi hac ætate puderet, multo magis adulteri. c Vt quam diutiſſimè viuas miſerè cum Philerote tuo, quem vt redimeres te cum 3. natis ad extremã inopiam & famem redegiſti. d *Illa duos vnã ſæuiſſima vipera cœnã*, &c. Iuuen. 6. Sat. 643. v. tu vero tres natos fame enecaſti. ſunt qui legant *Pontica* & intelligunt Medeam.

Ad Phœbum. XXXV.

CVm sint crura tibi simulent quæ cornua lunæ,
In rhytio poteras Phœbe lauare pedes.

Cùm tibi valgo diducantur poplites, coeant tali ceu plantæ; optimè conueniat tibi ad lauandos pedes rhytum ceu rhytium, quod vas est ab angusto fundo in latum surgens instar cornu. de quo Athen. l. 10. c. 13. & lib. 11. c. 1. 5. & 26. ludit autem in paribus *cornu* & *rhytio*; *Lunâ* & *Phœbo*.

In Pannicum. XXXVI.

[a] PEctere te nolim, sed nec turbare capillos.
Splendida sit nolo, sordida nolo cutis.
[b] Nec tibi mitrarum, nec sit sibi barba reorum.
Nolo virum nimium Pannice, nolo parum,
[c] Nunc tibi crura pilis, & sunt tibi pectora setis
Horrida: [d] sed mens est Pannice vulsa tibi.

a Non probo virum comas in statione ponentem more fœminarum, nec contra capillos disturbatum.
b Nec tibi sit nulla barba ad modum fœminarum & effœminatorum Gallorum ceu Phrygum qui mentum depilabant, nec &c. inquit Raderus. *vel*, nec tibi sit instar mollium illorum mitras gestantium, barba summo cultu nutrita & ad speculum composita, nec tamen contrà promissa & disturbata, ex neglectu vel affectato squalore reorum. c *Hispida membra quidem*, &c. Iuuen. Sat 2. v. 10. d Sed animo es glabro *Catachresticè* .i. molli, parum virili.

In Cæcilianum. XXXVII.

QVidquid ponitur hinc, & inde [a] verris:
[b] Mammas suminis, [c] imbricemque porci,
[d] Communemque duobus attagenam,
Mullum dimidium, lupumque totum,
Murænæque latus, femurque pulli,
[e] Stillantemque alica sua palumbum,
Hæc cum condita sunt, [f] madente mappa;
[g] Traduntur puero domum ferenda.
[h] Nos accumbimus otiosa turba.
Vllus si pudor est, repone cœnam.
Cras te Cæciliane non [i] vocabo.

a Rapis.
b Sumen ex papillis porcæ ab edito fœtu occisæ. lib. 13. ep 44
c Suis erectum volunt. constat n. Metaphora per hanc namque vrina, vt per imbricem aqua defluit. quamuis alij malint vertebram intelligi demptis costis. the chine.
d Appositam duobus conuiuis.
e Stillantem alicâ qua fartus erat. *vel* natantem in condimento alicæ quæ fit ex Zea. Plin. 18. l. 8. c. itaque *sua* refertur ad alicam qua fartus erat vel ad zeam quæ palumbis cibus. f A pinguedine & condimentis ciborum. g E more Romano licebat conuiuis rogatâ conuiuatoris veniâ aliquid appositorum secum auferre, vel per alium mittere. h Non habentes in quo dentes exerceamus. i Optimè reposuit Domitius *vocaui* locutione quidem toloecâ, sensu longe acutiori q. d. in hodiernum diem te inuitaui, non vt hæc in crastinum reseruares. repone itaque quæ sustulisti.

In Linum. XXXVIII.

QVid mihi reddat ager, quæris Line, Nomentanus
Hoc mihi reddit ager: te Line non video.

Lino exprobranti Martiali secessum in agrum Nomentanum, rogantique quid haberet redditus ex agro tam macro & sterili, respondet poëta ex inopinato, si nihil aliud, certè se hoc fructus ex eo capere vt careat conspectu Lini hominis odiosi.

De

De muneribus mœchæ. XXXIX.

COccina famosæ donas, & ianthina mœchæ.
Vis dare, quæ meruit munera? mitte togam.

Vestes sibi mutuò mittere diuitibus Romanis in vsu erat. sed cur tu vestimenta purpurea & violacea adulteræ? magis illi conueniret toga missa. meretrices autem vt & adulterij conuictæ in publicum togatæ prodibant, vt dignoscerentur à castis matronis stolatis. ep.64.l.10. & Iuuenal.2. sat.70.vers.

In Tongilium. XL.

[a] VRi Tongilius malè dicitur [b] hemitritæo.
Noui hominis mores: [c] esurit, atque sitit.
[d] Subdola tenduntur crassis modò retia turdis;
Hamus & in mullum mittitur, atque lupum.
Cæcuba [e] siccentur, quæque [f] annus coxit [f] Opimi:
Condantur [g] parco fusca Falerna vitro.
Omnes Tongilium medici iussere [h] lauari.
[i] O stulti, febrem creditis esse? gula est.

a Est enim febris πυρετός.
b Semitertianâ.
c Simulat se male habere, quò lautius vescatur turdis & mullis atque optima bibat vina sed colata.
Sicke for a caudle or a posset.
d Morbi simulatione captat turdos & delicias piscium ab amicis mittend. e Exhauriantur. *Meton.* Turneb. l. 17. c. 18. legi vult *saccentur* i. defæcentur, liquentur, colo transmittantur. sic. l. 12. ep. 61. *Turbida solicito transmittere cæcuba sacco.* f Vide ep. 27. l. 1. e. g Modico, paruo. propter Falernum indomitum quod non poterat largè sumi, ægrotis minime conueniebat. aut ex personâ hypocritæ ægroti extenuantis petitionem. h Remedium & medicamentum priscis vsitatum in febribus. nobis satis præposterum & periculosum. i Sic l. 11. ep. 87. *Non est hac tussis, Parthenopæe; gula est.*

In Maximinam. XLI.

[a] RIde, si sapis, ô puella ride,
[a] Pelignus puto dixerat poëta:
Sed [b] non dixerat omnibus puellis.
Quamuis dixerit omnibus puellis,
Non dixit tibi, tu puella [c] non es.
Et tres sunt tibi Maximina dentes,
Sed planè [d] piceique, buxeique.
Quare si speculo, mihique credis,
Debes non aliter timere risum,
Quam [e] ventum Spanius, [f] manumque Priscus:
Quam cretata timet Fabulla [g] nimbum,
Cerussata timet Sabella [h] Solem:
Vultus indue tu magis seueros,
[i] Quàm coniux Priami, nurusque maior.
Mimos [k] ridiculi Philistionis,

a Dom. Calderinus vult Martialem allusisse ad præceptum Ouidij 3. de arte *videntem mollia ride.* ex epigrammatis Ouidij quæ interierunt desumptum putat Ang. Politianus, 59. cap. 1. cent. Miscel. potest fieri & Martiali non occurrisse certum authoris nomen, cum dicat *Puto.*
b Non deformibus, non edentulis.
c Sed vetula.
d Nigri & subpallidi, quasi flaui, coloris buxi.
e Ne dispergat capillos quos flexerat diduxeratue ad frontem caluam tegendam. vide ep. 83. l. 10.
f Ne contractus vestis plicas turbet. sic ep. 63. l. 3. *Pallia vicini qui refugit cubiti.* vel prensationem refugit, ne gypsum cretaue proderetur qua manus dealbasset. g Ne terra Chia vel fucus eluatur. h Ne a sole calefacta cerussa (facile .n. calorem admittit) faciem torreat. i Quam Hecuba aut Andromache. k Γελωτοποιοῦ mimi celeberrimi. qui & ipse, cum mimum daret qui φιλογέλων inscriptus est, risu interijt.

Et

Et conuiuia [l] nequiora vita,
Et quicquid lepida procacitate
[m] Laxat [n] perſpicuo labella riſu.
Te [o] mœſtæ decet aſſidere matri,
Lugentique virum, piumque fratrem,
Et tantum tragicis vacare Muſis,
At tu, iudicium ſecuta noſtrum,
[p] Plora, ſi ſapis, ô puella, plora.

laſciua, in quibus ſcurræ, moriones, ſanniones conuiuia deuitabis. m Pandit. n Vt appareant dentes. o *Generaliter* lugentibus aſſidere. *vel* ſpectare audireque non iocularia & ridicula argumenta ſed grauia atque triſtia, vt tragœdias, in quibus Hecuba vel Niobe luget filios, Andromache virum, Electra fratrem, &c. p Multo .n. magis te decent lacrymæ quam riſus. *inuertitque verſum primum huius ep.*

In Zoilum. XLII.

Zoile quid [a] ſolium ſubluto podice [b] perdes?
[c] Spurcius vt fiat, Zoile merge caput.

a Vas in quo lauabatur genibus flexis & in fundo poſitis, aquâ ad vmbilicum pertingente. b Conſpurcas. vide ep. 81. l. 6. c Namque tibi ori morigeranti & φοινικίζοντι os eſt ſpurcius quam ——

❡ *In Candidum.* XLIII.

Candide [a] κοινὰ φίλων hæc ſunt tua Cãdide πάντα,
Quæ tu magniloquus nocte, dieque ſonas.
Te [b] Lacedæmonio velat toga lota Galeſo,
Vel quam ſepoſito de grege [c] Parma dedit.
[d] At me quæ paſſa eſt Furias & cornua tauri,
[e] Noluerit dici quam pila [f] prima ſuam.
[g] Miſit Agenoridæ Cadmi tibi terra lacernas:
Non vendes nummis [h] coccina noſtra tribus.
[i] Tu Libycos Indis ſuſpendis dentibus orbes:
Fulcitur teſta [k] fagina menſa mihi.
[l] Immodici tibi flaua [m] tegunt chryſendeta mulli:
[n] Concolor in noſtra cammare lance rubes.

a Hæc ſunt tua verba, tibi ſemper in ore. *Omnia amicorum communia.* à Pythagora ceu Socrate authore. b A fullone eluta (vide Lipſ. Elect. 1. l. 13. c.) toga ex optima lana Tarentina, vel è velleribus lotis, aut ouium lotarum paſtarumque ad Galeſum fl. propter Tarentum à Laconibus duce Phalanto conditum ceu auctum. cui fl. eadem natura quæ Bæthi ceu Clitumno. Iuuen. 12. Sat. v. 41. & 13. c Fl. vnde & vrbi nomen inter Placentiam & Cremonam velleribus & caſeo clara. ep. 13. l. 5. d At mihi veſtes viles & pannoſæ quales ſunt furioſorum qui ſibi veſtes lacerant, vel pilarum furibundis efferatiſq; tauris obiectarum: de quibus vide quæ ad 19. ep. lib. Spectac. e Viliores ſane ſunt veſtes meæ quam quibus induuntur pilæ compitales, quæ ad effigiem humanam factæ ſuſpenduntur Dijs inferis votiuæ in compitis. f Compitalis illa theatrali prior. *vel* in ordine pilarum prima. vel ex iis optima. g Tibi purpureæ lacernæ à Tyro regnatâ Cadmo filio Agenoris. h Ironicè pannos ſuos vocat coccineas lacernas. quas negat valere tres ſeſtertios. i Tuæ rotundæ menſæ citreæ è Mauritania petitæ vel è marmore Africano ſuſtinentur pedibus eburneis, è dente ſc. elephantorum Indorum. Iuuen. 11. v. 121. *latos ſuſtinet orbes Grande ebur.* Lucianus in Ονείρῳ vocat τετράπεζας ἐλεφαντίποδας. vide l. 14. ep. 89. & 91. k Inæqualis ſc. vt lib. 1. 56. i. neque enim credo fictiles fuiſſe pedes, quod ait Calderinus. l Mulli magni magno in pretio. *Laudas inſane trilibrem Mullum,* &c. Horat. 2. ſerm. 2. m Implent, adeoque magni ſunt mulli vt tegant χρυσένδετα. i. lances auro circumuinctas, vel in quibus gemmæ auro illigantur. vide Turnebum l. 14. c. 3. & ep. 97. l. 14. n Eiuſdem coloris cum fictili lance meâ .i. rubens cammate. *Apoſtrophe.* vide. 5. Sat. Iuuenalis cui conſonant pleraque huius epigr. vide & Plinij epiſt. 7. l. 2.

Grex

o Grex tuus Iliaco poterat certare cinædo:
p At mihi ſuccurrit pro Ganymede manus.
q Ex opibus tantis veteri, fidoque ſodali
Das nihil, & dicis Candide κοινὰ φίλων.

o Pueri tuæ menſæ miniſtri forma æquant florem Aſiæ Ganymedem Iouis amaſium.
p Manus mea fungitur officio pueri miniſtrantis.

petant, qui volunt nequiores, ſenſum alium ex ep. 42. l. 9. & ep 73. l. 11. ἀεὶ τῆ μαςεροπυ-ουργ. q Nihil amico mihi das, & habes nihilominus in ore ſemper hoc κοινὰ φίλ; &c.

In Sextum. XLIIII.

EMi ſeu puerum, togámue a pexam,
Seu tres, b vt puto, quatuórue c libras;
Sextus protinus ille fœnerator,
Quem nôſtis veterem meum ſodalem,
d Ne quid fortè petam, timet cauetque,
Et ſecum, ſed vt audiam, ſuſurrat,
Septem millia debeo Secundo,
Phœbo quatuor, vndecim Phileto,
Et quadrans mihi nullus eſt in arca,
e O grande ingenium mei ſodalis!
Durum eſt Sexte negare, cùm rogaris.
Quanto duriùs, antequam rogeris!

a Recentem & villoſam.
b Al. *Vt pote.* Heraldus legit *computo* i. mecum rationem computo de pretijs.
c Argenti facti. 7. l. ep. 85. al. *libros.*
d Sic amicorum petitiones anteuortunt cauti diuites. vide Ariſtot. 2. Rhetor, & Sen. 1. Beneſ. 1.
e Ironicè. vt 74. ep. 1. l.

Ad Glyptum. XLV.

QVæ tibi non ſtabat, præciſa eſt mentula Glypte,
Demens cum ferro quid tibi? Gallus eras.

Cur tu cultro è teſtâ Samiâ reſectis genitalibus te reddidiſti Cybeles ſacerdotem? Nil opus præciſo pondere, quod vel antè erat inutile. epiſt. 82. lib. 3.

In Næuolum. XLVI.

a FLorida per varios vt pingitur Hybla colores;
Cum breue Sicaniæ ver populantur apes:
b Sic tua ſuppoſitis perlucent præla lacernis:
Sic micat innumeris arcula c ſyntheſibus.
Atque d vnam veſtire tribum e tua vellera poſſunt,
f Apula non vno quæ grege terra tulit.
Tu ſpectas g hyemem h ſuccincti i lentus amici,
Prô ſcelus, & k lateris frigora tuta times.
* Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus,
l Non metuas mortem Næuole, ſed tineas.

a Quot coloribus diſtinguitur Hybla in Sicilia, vbi mellificæ apes depaſcuntur flores vernos breuis ætatis.
b Tot apparent lacernarum colores ad nitorem preſſarum in prælis tuis, *Ang.* preſſes to lay vp clothes in. quæ Romanis in vſu Senec. 1. de tranquillitate vitæ. & Marcellin, l. 28.

c Veſtibus cœnatorijs vel quibuſuis alijs in veſtiario compoſitis à συντίθημι. vel quæ ſimul induuntur, ſutes. vide ep. 46. l. 4. i. d Hyperbolicè. e Veſtes tuæ. f De multis gregibus in Apulia velleribus nobili. g Frigus. h Cui veſtes detritæ ſunt curtæ, mei pene nudi. i Tardus ad commiſerationem. k Sodalis, latus tuum tegentis. vt ep. 68. l. 6. vel tui lateris, cui ita locupleti non eſt cur timendum ſit à frigore abundè tuto. alij leg. *trita* .i. per tritas lacernas penetrantia frigora. Lipſius legit *tute* q. d. & tute horres me conſpecto, & tenax caues ne tibi aliquando deſit. l Alij leg (*Quid tenuis?*) *non te, Næu.* alij (*Ne metuas*) *non te Næu.* q. d. * Quantulum erat tibi, infelix qui vtium neſcis, non dico, te (ne metuas) copiâ ſatis munitū & tutū, ſed tineas, quibus erodendas relinques, defraudare duabus lacernis quas mihi dones. vide Fruterij veriſ. l. 1. c. 9. & Adr. Iun. Anim. 2. l. 8. c.

In Gallum. XLVII.

a Caue puer, ne deprehendaris à marito suspectæ ac notæ mœchæ; *vel* quæ te, prodet marito suo. ep.49. infra.
b Marinis, vel Venereis, quòd conchâ vecta est ad litus Venus orta mari. Propert *concha Erycina*. H. Rigaltus intelligit conchas puellarum. vide Hadr. Iunij animaduers. 5.l.7.c. c Non hac parte pœnas exiget maritus. irrumabit certe te, si non castret. infra ep.60.

[a] SVbdola famosæ, moneo, fuge retia mœchæ,
Leuior ô conchis Galle [b] Cytheriacis.
Confides natibus? [c] non est pædico maritus.
Quæ faciat duo sunt: irrumat, aut futuit.

Ad Rufum. XLVIII.

a Ad victum.
b Ad curam corporis.
c Tabulam lusoriam cum calculis, ad animi relaxationem.
d Ad studium & animi cultum; libros, sed electos.
e Ad vitæ societatem, amicum vnum, atque eum mediocriter eruditum.
f Huiusmodi enim conserua seruũ in officio & apud me retinebit. g Ad ministeria, & voluptatem. vide ep. 32.l.1. h Hæc mihi contingant vel in obscurissimo Apuliæ oppido Bitonto, habeantque sibi alij (nil moror) thermas amœnas Neronianas cæterasque delicias Romæ.

[a] CAuponem [a] laniumque, [b] balneumque,
[b] Tonsorem, [c] tabulamque, calculosque,
[d] Et paucos, sed vt eligam, libellos:
[e] Vnum non nimium rudem sodalem,
[f] Et caram puero meo puellam,
[g] Et grandem puerum, diuque leuem:
[h] Hæc præsta mihi Rufe, vel Bitonti,
Et thermas tibi habe Neronianas.

De Thelesina. XLIX.

a Sui copiam.
b Vt mihi pueri deprehensi pœnas talionis dent. vt supra ep.47. & ep.40.l.10.

VXorem nolo Thelesinam ducere. quare?
Mœcha est. sed pueris [a] dat Thelesina. [b] volo.

In Lesbiam. L.

a Et ex more aliarum fœminarũ, quæ à coitu lauant τὰ αἰδοῖα.

QVòd fellas, [a] & aquam potas, nil Lesbia peccas.
Qua tibi parte opus est Lesbia, sumis aquam.

In Hylum. LI.

b Nummus asper & nouus trito & veteri laudatior. vide ep.58.l.9.
c Sed cinædus ἀνδρεραστῶν.
d Ipse non edens, esuriens, famelicus. lib.1.ep.44 *tantùm spectamimus omnes*.

VNus sæpe tibi tota denarius arca
Cùm sit, & hic culo [b] tritior Hyle tuo:
Non tamen hunc pistor, non auferet hunc tibi caupo.
[c] Sed si quis nimio pene superbus erit.
Infelix venter [d] spectat conuiuia culi,
Et semper miser hic esurit, ille vorat.

De

De Dasio. LII.

NOuit [a] lituras Dasius numerare : popoſcit
Mammoſam Spatalen, pro tribus illa dedit.

a Iof. Scal. ad 4 l. Propertij legit emendatius *loturas* & intelligi vult ἀφήσεις. an ex Valerij mente, neſcio. Ego λουτρὰ expoſuerim, lotiones ſc. à tribus impudicitiæ generibus. Quæ ego taceo. qui ſuo periculo ingenioſus eſſe volet, eliciat ex epigr. 50. ſupra & *Mammoſam* in hoc ep.

In Maximum. LIII.

VIs fieri liber ? [a] mentiris Maxime, non vis :
Sed fieri ſi vis, hac ratione potes.
Liber eris, cœnare foris ſi Maxime nolis :
[b] Veientana tuam ſi domat b vua ſitim :
[c] Si ridere potes miſeri chryſendeta Cinnæ :
Contentus [d] noſtra ſi potes eſſe toga:
[e] Si plebeia Venus gemino tibi vincitur aſſe:
[f] Si tua non rectus tecta ſubire potes :
Hæc tibi ſi vis eſt, ſi mentis tanta poteſtas,
Liberior [g] Partho viuere rege potes.

a Miſerum n. eſt & vile alienâ viuere quadrâ. Iuuen. ſat. 5. vide & epigr. 11. l. 9.
b Vinum tenue ac vile ex agro Veientano.
c Si potes negligere luxurioſas opes diuitum qui iis vti neſciunt. vel ſi riſu potes excipere vanorum ψευδοπλουτῶν pompam & ſimulatas diuitias. de Chryſendetis vide ſupra ep. 43. in.
d Tritâ & plebeiâ. ep. 58. ſupra & 36. ep. 3. lib.
e Si non albas ſecteris ſtolas, meretrice contentus plebeiâ, facili, vili, parabili. 53. ep. l. 9.
f Cernuus intrans humilem caſam. *vel potius* incuruus per ſcalas aſcendens ad cœnacula, quæ conducebant pauperes. ep. 109. b & 108. c.
g Parthi pertinaciſsimi ſunt libertatis ſuæ propugnatores.

In Linum. LIIII.

[a] QVid de te Line ſuſpicetur vxor,
Et qua parte velit pudiciorem,
Certis indicijs ſatis probauit,
Cuſtodem tibi quæ dedit ſpadonem.
Nil [b] naſutius hac, [c] maligniuſque eſt.

a Eſſe te pathicum & draucos ſectari. proinde adiunxit tibi cuſtodem ſpadonem, impotem.
b Ad aduertendum.
c Ad coërcendum.

Ad Sextum. LV.

VIs te Sexte coli : volebam amare,
Parendum eſt tibi : quod iubes, coleris :
Sed ſi te colo Sexte, non amabo.

Volebam ego te pro ſodali amare. ſed tu me æqualem dedignatus te à me clientum more coli vis. colam itaque, non amabo. timori enim cum amore malè conuenit. & Deo ſatis eſt, vt ametur & colatur. Senec. 47. epiſt.

De vxore Galli. LVI.

[a] GEntibus in Lybicis vxor tua Galle notatur
Immodicæ fœdo crimine auaritiæ.
[b] Sed mera narrantur mendacia : non ſolet illa
Accipere omnino. quid ſolet ergo ? dare.

a Tenuit fortè hic Gallus prætor Lybiam.
b Fertur munera accipere à prouincialibus vt te corrumpat : imò dat (ſui copiam, vel mercedem) vt ipſa ab illis corrumpatur.

In fictum diuitem LVII.

a Cum grauitate & maiestate spatiantem,
b Violacea indutus veste. ep. 57. l. 1. g. alij ad gemmam in annulo referunt.
c Obambulat.
d Supra ep. 14 d.
e Qui lacernarum mollitie ipsum Publium superat
f Princeps delicatorum qui penulas sumunt. a more numerandi per literas Alphabeticas. scio seruorum etiam & militum fuisse penulas, sed, rasas Canusinas; lautiorum vero purpureas vt plebeiorũ pellas vnde alij exponunt, princeps pauperũ. vide ep. 27 l. 5. g Clientũ togatorũ. h Cirratorũ puerorũ nobiliũ quibus alebatur coma 62. ep. l. 10. Pædagogiorum, pages. i Sic Iuuenal. 1 Sat. 32 noua cùm veniat lectica Mathonis. etsi aliud sella à lectica, de quibus vt & listeis siue velis quibus tegebantur, de vinculis & stuppis quibus colligabantur vide Lipsium 1 Electorum 19 c k Collybillæ, trapezitæ, Fœneratoris. l Quod extremæ est paupertatis. post cuncta nouissimus exit Annulus. Iuuen 11. sat. 42. v.

Hic, quem videtis [a] gressibus vagis lentum,
[b] Amethystinatus media qui [c] secat [d] septa?
[e] Quem non lacernis Publius meus vincit,
Non ipse Codrus [f] alpha penulatorum:
Quem grex [g] togatus sequitur, & [h] capillatus,
[i] Recensque sella, [i] linteisque [i] lorisque:
Oppignerauit ad modò [k] Claudij mensam
Vix octo nummis [l] anulum, vnde cœnaret.

In Zoilum LVIII.

a Gestans togam recentem & villosam.
b Non conducticia, vt tua pexa.

[a] PExatus pulcrè rides mea Zoile trita,
Sunt hæc trita quidem Zoile: sed [b] mea sunt.

De cœnatione micæ. LIX.

a Diæta seu cœnatio aurea quam Domitianus extruxit & a paruitate micam vocauit.
b Quid sit tholus, vide 71. ep. 1. l. h. quis sit hic tholus non ita facile sciri. Scal. ad 2. lib. lect. Auson c. 25. fuisse vult ipsius micæ tholum, vnde cranium humanum appensum conuiuas mortalitatis admonebat. sed cum dicat noster prospici tholum ex micâ, magis propendeo in sententiam Ramiresij, qui putat tholum hunc fuisse Mausolei Augusti atque huc facit epigr 65. l 5. c Vtere ætate quæ breuis fluxa, incerta. disturba toros compositos. ede, bibe, lude, sertis coronatus & vnctus. d Musambert. legit dememinisse deus. e Domitianus si suspensi cranij expositioni faueas. vel Augustus, si Mausolei D. Augusti tholum esse placeat. si. n. ille in viuis deus habitus morti cesserit, tu nequaquam effugies.

[a] MIca vocor quid sim cernis? cœnatio parua.
Ex me Cæsareum prospicis ecce [b] tholum.
[c] Frange toros: pete vina: rosas cape: tingere nardo:
Ipse iubet mortis [d] te meminisse [e] deus.

In Hylum. LX.

a Tribuni militaris.
b Dum confidis natibus. vt supra ep. 47
c Dum moecharis.
d Namque hæc pœna adulteris deprehensis irrogata. Val. Max. 6 l. c 1. Horat. serm. 1. 2. e Lege cautum est mares castrari. Sueton. 7. c. Domitian. f An itaque nulla pœna mœchi mulctandi? & ipse Domitianus tulit legem contra adulteros.

VXorem [a] armati futuis puer Hyle [a] tribuni,
[b] Supplicium tantùm dum puerile times.
Væ tibi, [c] dum ludis: [d] castrabere. iam mihi dices,
[e] Non licet hoc. [f] quid, tu quod facis, Hyle, licet?

In

In maledicum. LXI.

[a] CVm tibi vernarent dubia lanugine malæ,
[b] Lambebat medios improba lingua viros.
[c] Postquam triste caput fastidia vespillonum,
Et miseri meruit tædia carnificis:
* Vteris ore aliter, nimiaque [d] ærugine captus,
* Adlatras nomen, quod tibi cumque datur.
Hæreat inguinibus potius tam noxia lingua,
Nam cum fellaret, purior illa fuit.

a, Tu ephebus cum esses. b Fellabas l. 3. ep. 81. c Postquam oris tui spurcissimi turpe ministerium cœpit fastidiri ab infimis hominibus vespillonibus & exosum esse abiectis carnificibus. * Maledictis & conuicijs inuolas in omnes, bonos æquè ac malos. d Maleuolo liuore. *hic nigræ succus loliginis, hæc est Aerugo mera.* Horat. 4. Serm. 1.

In Labienum. LXII.

QVòd pectus, quòd crura tibi, quòd brachia [a] vellis,
Quòd cincta est breuibus mentula tonsa pilis;
Hoc præstas Labiene tuæ, quis nescit, amicæ:
[b] Cui præstas culum quem Labiene pilas?

a Depilas, glabras. supra ep. 29. g. b Pulm. codex habet: *Cum vellis cu. cui Labiene facis?* cinædo sc.

In Milichum. LXIII.

SOla tibi fuerant sestertia Miliche centum,
Quæ [a] tulit [b] è sacra Leda redempta via.
Miliche luxuria est, si tanti diues amares.
Non amo, iam dices: [c] hæc mage luxuria est.

a Abstulit tibi. b Meretrix è lupanari Suburano. Subura a. in eadem cum Sacra via regione, redempta, vel serua empta. *redimere* n. sæpe pro *emere* vsurpatum. & in seruâ emendâ melior excusationi locus, vbi dicit Milichus se non emisse quòd amaret eam. c Vt ad paupertatem deuenias prodigendo rem vniuersam in id quod non amas.

In Taurum. LXIIII.

[a] DVm modò caussidicū, dū te modò rhetora fingis,
Et non decernis Taure, [b] quid esse velis:
[c] Peleos, & Priami transit, vel Nestoris ætas,
[d] Et fuerat serum iam tibi desinere.
Incipe, [e] tres vno perierunt rhetores anno,
Si quid habes animi, si quid in arte vales.
Si [f] schola damnatur; fora litibus omnia feruent:
[g] Ipse potest fieri Marsya caussidicus.
Eia agè, rumpe moras; quo te spectabimus vsque?
[h] Dum, quid sis, dubitas, iam potes esse nihil.

a Dum te instruis ad forum vel scholam. b Vter. causidicus an rhetor. c Patris Achillis; longæui vt & Priam. & Nest. d Tibi dubio, vtrum in (?) res deliberanti iam ea obrepsit ætas, qua vel cogitandum erat de relinquendo inito: nisi cogites de causis apud inferos agendis. e Atque hinc, vel mediocribus professoribus vacant cathedræ. f Rhetorum. g Vel ipsa bardi Marsyæ statua in foro stans & litigantium clamore feruens potuit causas egisse nisi saxea fuisset. & tu sane vbi tam diuturno studio vacâris, iam posses causas agere, nisi planè lapideus esses vel plumbeus. h Vide Epicteti enchirid. 26. c.

In Saletanum. LXV.

CVr tristiorem cernimus Saletanum?
An caussa leuis est: extuli, inquis, vxorem,
[a] O grande fati crimen! ô grauem casum!
Illa, illa diues mortua est Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis?
Nollem accidisset hoc tibi Saletane.

a Ironicè & ex ambiguo. Saletano dolorem simulanti ob vxorem, cuius morte amplæ dotis hereditas sibi obuenisset, condolere se simulat poëta. dumque eius mortem videtur grauiter ferre, indigatur obtigisse Saletano rem tam lætam.

In Lalagen. LXVI.

VNus de toto [a] peccauerat orbe comarum
[b] Anulus, incerta non bene fixus [c] acu.
[d] Hoc facinus Lalage speculo, quo viderat, vlta est:
Et cecidit sectis [e] icta [f] Plecusa comis.
Desine iam Lalage [g] tristeis ornare capillos,
Tangat & [h] insanum nulla puella caput.
[i] Hoc Salamandra notet, vel sæua nouacula nudet,
[k] Vt digna speculo fiat imago tuo.

a Non erat in ordine.
b Cincinnus, crobylus.
c Acu crinali.
d Errorem in non componendis crinibus, ac si facinus esset, incusso ornatrici speculo punit. vide 6. Sat. Iuuen. 491. vers. quem locum hoc epigramma exprimit.
e Exanimata, *vel* cæsa.
f Ornatrix ancilla à πλέκειν. vt Psecas Ouidio & Iuuenali à ψεκάζειν. g Tristitiæ & verberum causas. *Metonym.* h Ob pilum conturbatum desæuiens. i Decaluetur caput tuum. Salamandræ sanie loca tacta depilari tradit Plinius 10. l. 67. c. *quæ Salamandra supercilia tua exussit?* Petron. Arb. k Vt quo speculo ornatrici dissecuisti comas, & tu tibi omnes dissectas in eodem conspiceris. *vel* vt caput tuum æquè reddatur leue ac speculum, quo, &c.

In Postumum. LXVII.

OCcurris quocumque loco mihi Postume, clamas
Protinus, & prima est hæc tua vox, [*] quid agis?
Hoc, si me decies vna conueneris hora,
Dicis. habes, puto tu Postume, nil quod agas.

* Vulgaris salutandi formula, & ciuilis satis, modo ne fiat importunius & sæpius.

Ad Olum. LXVIII.

QVòd te [a] nomine iam tuo saluto,
Quem [b] regem, & dominum priùs vocabam,
Ne me dixeris esse [c] contumacem.
[d] Totis pilea sarcinis redemi.
[e] Reges & dominos habere debet,
Qui se non habet, atque concupiscit
Quod reges dominique concupiscunt.
[f] Seruum si potes Ole non habere,
Et regem potes Ole non habere.

a Familiariter & pro more æqualium.
b Vide ep. 113. l. 1. & 18. ep. hu. lib.
c Superbum.
d Sportulâ, cœnâ, cæterisq; seruitutis præmijs posthabitis & neglectis me asserui in libertatem. à more seruorum Rom. qui manumittendi pileum raso capite acceperunt.
e Qui non habet sui imperium, qui animi sui cupiditates coërcere non potest, ille potentiores colit atque ab inferioribus se coli vult, atque ad hoc cupit opes, seruos, &c. f Qui suo contentus potest minorum seruitio carere, & ipse non necesse habebit potentioribus dominis seruire, vt ab illis accipiat quod his largiatur.

In Classicum. LXIX.

INuitum cœnare foris te Classice dicis,
Si non mentiris Classice, disperam.
[a] Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire.
Cùm cœnaret, erat tristior ille, domi.
Si tamen inuitus vadis, cur Classice vadis?
Cogor, ais? verum est, [b] cogitur & Selius.
En [c] rogat ad cœnam Melior te Classice rectam.
[d] Grandia verba vbi sunt? [e] si vir es, ecce nega.

a Neque hoc dedigneris, cum ipse belluonum dictator Apicius, diues licèt fuerit atque lautissimus, foris cœnare iucundum habuerit. b Et cœnipeta ille Selius (de quo supra ep. 11. & 14) dicet se cogi. sua sc. voluntate vt cui nihil domicœnio tristius accidat. c Aliquis lautiorum & nitidiorum, qualis fuit Atcidius Melior, te inuitat. d Te sc. inuitum cœnare foris e Si potes lautiores epulas & has libertatis escas contemnere.

—*In Cotilum.* LXX.

NOn vis in [a] solio priùs lauari
Quemquam Cotile. caussa quæ, nisi hæc, est?
[b] Vndis ne fouearis irrumatis,
Te primus licet abluas, necesse est,
Antè hìc mentula, quàm [c] caput, lauetur.

a Supra ep. 42.
b Ne laueris aquâ qua alij abluerint suas m.——
c Hoc enim illa contaminatius. vide ep. 96. l. II.

Ad Cæcilianum. LXXI.

CAndidius nihil est te Cæciliane, notaui,
Si quando ex nostris disticha pauca legis,
Protinus aut [b] Marsi recitas, aut scripta [b] Catulli.
[c] Hæc mihi das, tamquam deteriora legas,
Vt collata magis placeant mea? [e] credimus illud.
[f] Malo tamen recites Cæciliane tua.

a Ironicè. alij leg. *Callidius.* non placet. b Poëtæ, qui multa cum laude scripsit epigrammata. c Mihi χαρίζεσθαι & gratificari velle videris, præ te ferens mea te cum illis Marsi & Catulli recitare παραλλήλως, vt mea sc. cum ijs collata appareant esse æquè boni aut melioris ingenij atque artificij, cum reuera hoc facis vt mea præ ijs sordescant, quasi maiori lumine offuscata. e *Iron.* non sanè credo te hac mente contulisse ea. f Tuis certè collata mea facilè apparebunt meliora.

—*In Postumum.* LXXII.

[a] HEsterna factum narratur, Postume, cœna,
Quod nollem; quis enim talia facta probet?
Os tibi præcisum, [b] quanto non ipse Latinus
Vilia Panniculi percutit ora sono:
Quodq; magis mirum est, auctorem criminis huius
Cæcilium tota rumor in vrbe sonat.
Esse negas factum, vis hoc me credere, credo.
Quid quòd habet testes Postumo Cæcilius?

a Præ se fert dolorem, audito quam indignè exceptus sit Postumus à Cæciliano qui colaphum illi in os impegerit. cum interim verbis alienis exprobret illi turpe crimen fell & deflectat ad improbum sensum hæc verba. *præcisum* quod Turnebus legit percisum 7. l. 12. c. vide 48. ep. 4. l & 35. ep. lib. 12. *rumor* pro irrum. vt 3. l. ep. 72. 79. & 86. *factum*, supra ep. 31. & *testes* sensu etiã obscœniori. b Maiore sono quàm vbi Latinus ille mimus alapis cædit ministrũ suũ *qua [illegible] aëra sonũ.* [illegible]

In Lyrim. LXXIII.

Vis scire quid faciat Lyris nunc ebria? non aliud certe quàm solet vbi sobria est. scilicet. — Allj leg. *Quid faciat vis scire Lyris quoque sobria? fel.* —

QVid faciat vult scire Lyris? quod sobria fellat.

In Saufellum. LXXIV.

a Huic consonat ep. 57. supra.
b Comitibus, anteambulonibus, lateronibus, clientibus pedissequis, seruis
c Causidicus, ad quem epigr. tria lib. 1. Oratores verò clari & victores domum è foro deducebantur à pop. & amicis reorum absolutorum, qui prius squalidi capillis & barba promissa iam absoluto amico tondebantur, mutatisque vestibus vncti capitolium ascendebant Ioui gratias ex voto acturi. d Fœnore sumpsit à Fusc. & Fau. fœneratoribus, quo comitatum hunc conducat.

a CInctum b togatis post & antè Saufellum,
Quanta reduci c Regulus solet turba,
Ad alta tonsum templa cùm reum misit,
Materne cernis? inuidere nolito.
Comitatus iste sit precor tuus nunquam.
d Hos ille amicos, & greges togatorum,
Fusciculenus præstat, & Fauentinus.

De leone. LXXV.

a Vide 10. ep. lib. spectac.
b Montibus Africæ leonum nutricis.
c Duos pueros ministros theatrales qui amphitheatri arenam ferarum gladiatorumque sanguine fœdam versando renouabant, iniectâ insuper nouâ arenâ.
d Marti sacra. Romana, vt ep. 4. l. 1. d.
e Apostrophe ad leonem.
f Namque illa Romulo & Remo infantibus pepercit, immo vbera præbuit.

a VErbera securi solitus leo ferre magistri,
Insertamque pati blandus in ora manum:
Dedidicit pacem, subitò feritate reuersa,
Quanta nec in b Libycis debuit esse iugis.
Nam c duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam rastris quæ renouabat humum,
Sæuus & infelix furiali dente peremit,
d Martia non vidit maius arena nefas.
Exclamare libet; e crudelis, perfide, prædo,
A f nostra pueris parcere disce lupa.

De Mario. LXXVI.

Marius, cui tu nihil eras legaturus, moriens dixit se tibi quinque libras testamento legaturum, quod tamen non fecit, sed te falsum habuit. vter è vobis liberalior? tu illi nihil, ille tibi verba, estis certè pares, nec melius vulturi cum coruo. vide Val. Max. l. 8. c. 6.

ARgenti libras Marius tibi quinque reliquit.
Cui nihil ipse dabas, is tibi verba dedit.

In Cosconium LXXVII

a Qui in epigrammate non tam argut‥am quàm breuitatem ex‥ ‥is, probas te aptiorem fore aurigæ seruum, qui in Circo axes ad celeritatem vngas, quàm lectorem diligentem. Ramiresius Cosconium hebetem & stolidum à poëta [illegible] dici putat. cùm Hispanicè *gordo* obesum & stultum sonet. Nec non Anglicè dicimus, you are too fat to conc[?]ive this. Quod & Horatius 3. serm. l. 1. testatur, *Tardo cognomen pinguis damus.*

COsconi, a qui longa putas epigrammata nostra,
Vtilis vngendis axibus esse potes.

Hag

b Hac tu credideris longum ratione colossum,
Et puerum Bruti dixeris esse breuem.
Disce, quod ignoras; c Marsi, doctique d Pedonis,
e Sæpe duplex vnum pagina tractat opus.
Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis:
Sed f tu Cosconi disticha longa facis.

b Eadem ratione qua epigr. mea a mensura potius quàm ab ingenio censes, & Colossum (de quo, 2. ep. l. Spect.) argues nimis esse longum, & statuam pueri Bruti (de quo, 9. l. 51. ep. & 14. l. 171. ep.) nimis esse breuem, cum in vtroque laudis summa sit propter symmetriam: in hac, breuitatis, quæ puero; in illo altitudinis quæ Imperatori Deo conuenit. c Supra ep. 71. b. & 98. l. 7. e. d C. Pedonis Albinouani epigrammatarij laudatiss. e Sæpe vnum epigramma binas implet paginas. f Tua ep. vel breuissima, sunt nimis longa; vt quæ tædium & nauseam pariant.

Ad Cæcilianum. LXXVIII.

AEstiuo serues vbi piscem tempore, quæris?
In Thermis serua Cæciliane tuis.

Thermæ tuæ quas calidas esse oportet, in tantum frigidæ sunt, vt vel in æstate pisces à corruptione vindicare possint.

In Nasicam. LXXIX.

INuitas tunc me, cùm scis Nasica vocatum,
Excusatum habeas me, rogo: cœno domi.

Qui aliàs à te inuitatus me excusare soleo quod aliò sim inuitatus, iam domi cœno, cur me non inuitas?

¶ *De Fannio.* LXXX.

HOstem cùm fugeret, se a Fannius ipse peremit.
Hîc rogo, b non furor est, ne moriare, mori?

a Fannius Cæpio quod in Augustum coniurasset proscriptus, vt percussores fugeret, se ipse interemit. b Vide ep. 9. l. 1. & Senec. epist. 58. *Sic mori, vinci est*, & 24. epist. multa. vide. & Brodæi Miscell. 6. l. 29. c.

In Zoilum. LXXXI.

LAxior hexaphoris tua sit lectica licebit,
Cùm tamen hæc tua sit Zoile, sandapila.

Diuites & nobiliores Romani circumferebantur viui, efferebantur mortui in lecticis; pauperes & plebeij efferebantur in sandapilis. dicit poeta lecticam fastuosi Zoili laxam quæ a sex seruis vehitur, maximè videri posse sandapilam, cum & pauper sit & strigosus neque aliud quicquam quàm viuum cadauer.

Ad Ponticum. LXXXII.

ABscissa seruum quid * fingis Pontice lingua?
Nescis tu populum, quod tacet ille, loqui?

Seruum ne scelus domini (quicquid illud fuit, verũ si * fœdas legis cum nonnullis, facile erit suspicari) enunciaret, elinguem herus vel fecerat, vel simulauerat esse. occasionem huius ep. à fabula Philomelæ & Terei sumptam opinatur Raderus. ego ex Iuuenalis Satyra 9. vers. 103. *secretum diuitis vllum Esse putas? serui vt taceant iumenta loquentur, Et canis & postes, &c.* Potest elici & sensus turpior ex ep. 72. supra.

—*In sæuum maritum.* LXXXIII.

FOedasti miserum marite mœchum.
Et se qui fuerant priùs, requirunt
Trunci naribus, auribusque vultus.
Credis te satis esse vindicatum?
Erras. iste potest & irrumare.

Abscisis naribus & auribus deformem reddidisti mœchum, qui ita fœdatus desiderabit, **will finde missing** priorem formam (*atque vbi sit sua forma requiret.* Ouid.) poterit tamen ad prius scelus vel etiam aliud recurrere postquam illi intactam reliqueris partem qua peccauerat.

—*In Sertorium.* LXXXIV.

a MOllis erat, facilisque viris Pæantius heros:
Vulnera sic Paridis dicitur vlta Venus.
Cur lingat cunnum Siculus Sertorius, hoc est,
b Ex hoc occisus Rufe videtur Eryx.

a Fingunt poetæ Venerem solere turpibus amoribus vindicare iniurias sibi ac suis illatas. Quare, si (vt refert interpres Thucydidis ad 1. lib.) Philoctetem quòd interfecerit Paridem vlta fuerit Venus hac pœna vt pathicus esset: credo ego (*locatur poëta*) Sertorium Siculum interfecisse conterraneum suum Erycem Veneris filium. namque illum non leuiori turpitudinis pœnâ malè mulctauit Venus, &c. b Ab hoc.

Ad amicum. LXXXV.

VImine clausa leui niueæ custodia coctæ
Hoc tibi Saturni tempore munus erit.
Dona quòd æstatis misi tibi mense Decembri,
Si quereris, rasam tu mihi mitte togam.

Ampullam ceu saccum aquæ decoctæ & niuibus refrigeratæ viminibus supertextis munitam mitto tibi his Saturnalibus, ipso Decembri. si offendat muneris æstiui hyberna intempestiuitas, vlciscere hanc iniuriam pari intempestiuitate, ac mitte mihi togam æstiuam.

¶ *Ad Classicum.* LXXXVI.

QVòd nec carmine glorior a supino,
b Nec retro lego Sotaden cinædum,
c Nusquam Græcula quod recantat Echo,
d Nec dictat mihi luculentus Attis
Mollem debilitate Galliambon.
e Non sum Classice tam malus poëta,

a Numeris mollioribus composito. *vel potius* antistropho & recurrente (sic n. Ouidio sonat *supinus*, de Ponto l. 4. el. 5. *Fluminaque in fontes cursu reditura supino.*) quale literale illud, *Roma tibi subito motibus ibit amor.* verbale illud Virgilij *Musa mihi causas memora quo numine læso.* multaque alia, inter quæ Rabani artificiosus dicam an laboriosus liber de laudib. sanctæ crucis. Atq; eiusdē argumenti alter Publilio Optatiano Porph. autore. b Vel speciatim dicit quod prius dixerat generatim: vel versum retrogradū (quali scripsit Cinædica Sotades Maronensis) intelligit, qui procurrit in laudem alicuius, & recurrit in vituperium. Nota sunt illa *Laus tua non tua fraus,* &c. c Non scribo carmina quorum extremæ partes resonent, more Echus. vide Politiani miscel. c. 22. & Scal. Poet. lib. 2. c. 29. d Ad exemplum politissimi carminis Galliambici quod Cæcilius primus scripsit atque Attin inscripsit, aut venustissimi poematij Galliamb. à Catullo compositi, non scribo genus id carminis molle & elumbe instar Attyos eniruati, in quo plures locos occupant Iambi & quod canant Galli sacerdotes Cybeles. vide Terent. Maurum & Diomedem. vide & Muretum atque Scal. in Catullum. e non tam nullius sum ingenij vt hæc affectem artificia, his ipse immorer, lectoremue morer,

Quid

f Quid si per graciles vias Petauri
Inuitum iubeas subire Ladam?
Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.
Scribat carmina g circulis h Palæmon;
Me i raris iuuat auribus placere.

f Curiosas has nugas non minus ingenium meum spernit quàm nobilis ille cursor Ladas (ep. 100. l. 10.) dedignaretur velocitatem suam exercere in petauris, quæ rotæ sunt per quas se iactant Petauristæ. vide Turnebum 4 l. 8. c. & Scal. ad 5. l. Manilij, ibi, *Corpora quæ valido saliunt excussa petauro, &c.* & Vitellium 13. c. in Merulam. g Turbæ, plebeiæ coronæ recitantem vndique cingenti. h Fortè Q. Rhemnius Palæmon, qui (teste Suetonio) poemata faciebat ex tempore, & scripsit varijs & vulgaribus metris. aut alius quispiam tempore Martialis. i Paucis sed doctis, ex mente Horatij vlt. Sat. 1. lib.

In Phœbum LXXXVII.

DIcis amore tui bellas ardere puellas,
Qui faciem sub aqua Phœbe natantis habes.

Subpallidam & tumidam, qualia solent apparere quæ sub aquis videntur. ludit item in Antithetis *ardere puellas & ipsum sub aqua natare.* vide ep. 89. lib. 3.

In Mamercum. LXXXVIII.

NIl recitas, & vis Mamerce poëta videri.
Quidquid vis esto, dummodo nil recites.

Quin tibi habe nomen poetæ vel hoc nomine quod nihil recites, potius quàm nos eneces molestâ ineptiarum recitatione.

*In * Gaurum.* LXXXIX.

QVòd nimio gaudes noctem producere vino,
Ignosco: vitium Gaure a Catonis habes.
Carmina quòd scribis b Musis & Apolline nullo,
Laudari debes: hoc c Ciceronis habes.
Quòd vomis, d Antonî: quòd luxuriaris, e Apicî.
Quòd fellas, f vitium dic mihi cuius habes?

* Qui vitia sua magnis exemplis excusare solebat.

a Vticensis, cuius virtus sæpe mero incaluit, vt ait Horat. 21. ode. 3. l. vide & Plutarch. in vita Catonis, & Plin. epist. 12. l. 3. b Nullâ gratiâ, nullo Musarum aut Apollinis instinctu. inuitis musis. c Qui infeliciter musas poeticas est aggressus. vide Iuuenal. sat. 10. v. 122. Senec. epist. 108. d Qui tribunal turpi fœdauit vomitu. vt amplificat Cic. 2. Philippicâ. e Supra ep. 69. 2. f Hîc cates autore magno. τὴν φωνὴν ἐνοπὴν σε λέγειν ἐδίδαξεν Ὅμηρος. Τὴν γλῶσσαν δ' ἐν ὀπῇ τίς σ' ἐδίδαξεν ἔχειν; Ανθολογ β. κεφ. ιγ.

Ad Quinctilianum. XC.

QVinctiliane vagæ a moderator summe iuuentæ,
b Gloria Romanæ Quinctiliane togæ,
c Viuere quòd propero pauper, nec inutilis annis,
Da veniam: properat viuere nemo satis.
d Differat hoc, patrios optat qui vincere census,
e Atriaque immodicis arctat imaginibus.

a Annos 23. Romæ erudiendis iuuenibus impendit. Quint. & in his Domitiani nepotes docuit. b Romani eloquij summe artifex, insignite senatorio clauo ornamentisque consularibus Iuuen. 7. Sat. 190. c Da veniam si etiam in tenui re properâ manu carpâ gaudia fugientis vitæ, si frui velim præsentibus, quod pauci adeo faciunt cùm nemo ferè viuere i. vitæ vti commodis & lautè viuere sciat, omnes differant. 16. ep. 1. l. d Differant in dies, annos vel senectutem ipsam vitæ gaudia & vsum, quibus curæ est rem patriam augere & splendere nobilitatis titulis & imaginibus. e In atrijs nobiliû quæ primæ ædium partes, ostendebantur maiorum imagines humerorum tenus expressæ, lineis à stemmate ad has discurrentibus.

Me focus, & [f] nigros non indignantia fumos
Tecta iuuant, & fons [g] viuus, & herba [h] rudis.
Sit mihi verna satur: [i] sit non doctissima coniux,
Sit nox cum somno: sit sine [k] lite dies.

f Non aurata laquearia, quæ ne fumo corrumpantur cautio est.
g Scaturiens. naturalis.
h Natiua, non arte læsa & ingenuâ gratiâ spoliata. Iuuen. 3. sat. 18. v. i Ex mente Iuuenalis 6. sat. 446. k Ep. 57. l. 12. & 70. l. 9. k Domestica, & forensi.

Ad Cæsarem Domitianum. XCI.

RErum certa salus, terrarum gloria Cæsar,
[a] Sospite quo magnos credimus esse deos:
Si [b] festinatis [c] toties tibi lecta libellis
[c] Detinuere oculos carmina nostra tuos:
[d] Quod fortuna vetat fieri, permitte videri,
Natorum genitor credar vt esse trium.
Hæc, si displicui, fuerint [e] solatia nobis:
Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

a Quos vel hinc rerum humanarum maximam habere curam scimus quòd te nobis velint incolumē. *Ea locutio*, lib. 5. ep. 1. & 7. ep. 59. & l. 1. ep. 13.
b Mihi scribenti, *vel* tibi legenti.
c Quod argumento est placuisse.
d Ijs qui ex matrimonio legitimo tres liberos aut plures suscepissent, multa erant in spectaculis, honoribus petendis, diuisionibus publicis priuilegia. natum hoc *ius trium liberorum* à trigeminis Horatijs, Liu. 1. hoc autem iure donabantur à Cæsare multi quibus natura negauerat poeta ἄπαις prolis huius imaginariæ ius ab Imp. petit, laboris sui præmium vel solatium. e Liuiæ Druso filio extincto datum est hoc ius, solatij ergo. & in certaminibus dabantur quandoque victis dona in solatia. *Ensem atque insignem galeam, solatia victo*. Virg. 5. AEneid.

Ad vxorem. XCII.

[a] NAtorum mihi ius trium roganti
Musarum pretium dedit mearum,
Solus qui poterat. [b] valebis vxor.
Non debet domino perire munus.

a Præcedenti ep.
b Repudiata; vel mortua; vel neglecta. neque enim curo ex te prolem, magis placet ius trium liberorum mihi ab Imp. erogatum.

Ad Regulum. XCIII.

[a] PRimus vbi est, inquis, cùm sit liber iste secundus?
Quid faciam? si plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri si mauis Regule primum:
[b] Vnum de titulo tollere iota potes.

a Hunc secundum sine primo misit Regulo Valerius. cui primum desideranti excusat poeta, librum paulò obscœniorem verecundia inhiberi. *vel*, prodiit secundus hic liber in lucem primo non edito, quia multa in eo ad laudem Titi quam libenter non laturum Domitianum nouerat poeta, aut alia de causa. b Ex tituli numero II tolle vnum I & erit liber primus, rerum serie nullatenus impedita, quippe in epigrammatis ordo non respiciendus.

M. VAL.



M. VAL. MARTIALIS
LIBER III.

Ad lectorem, de libro Gallicano. I.

HOc tibi, quidquid id est, [a]longinquis mittit ab (oris
Gallia, Romanæ nomine dicta togæ.
[b]Hunc legis, & laudas librum fortasse prioré.
[c] Illa, vel hæc mea sunt, quæ meliora putas.
Plus sanè placeat, [d] domina qui natus in vrbe est;
Debet enim Gallum vincere [e] verna liber.

a Ego mitto à foro Cornelij *Imola* infra ep. 4. quæ vrbs est Galliæ Cisalpinæ *Lombardiæ* dictæ *Togatæ*, quòd togis vtebantur incolæ, vt Romani. b Secundum. c Illa quæ meliora putas mea sunt, vel i. *etiam* hæc mea sunt. d Româ, quæ rerum domina & triumphati orbis caput. e Romæ natus. de verna vide 1. l. 42. ep. a.

Ad librum suum. II.

[a] CVius vis fieri libelle munus?
Festina tibi [b] vindicem parare,
[c] Ne nigram citò raptus in culinam
[d] Cordyllas [e] madida tegas papyro,
Vel turis, piperisque sis [f] cucullus.
Faustini fugis [g] in sinum? sapisti.
[h] Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et [i] frontis gemino decens honore
Pictis [k] luxurieris vmbilicis,
Et te [l] purpura delicata velet,
Et [m] cocco rubeat superbus index.
[n] Illo vindice nec Probum timeto.

a Imitatio Catulliana. *Quoi dono lepidum nouum libellum?* &c. 1. ep. b Assertorem, patronum. c Ne damneris in culinam & aromatopolarum tabernas pro chartâ ineptâ, infelicis genij & fati. **wast paper.** Perf. 1. sat. 43. v. *nec scombros metuentia carmina nec thus.* d Pisciculos, partus thunnorum. e Oleo, in quo friguntur pisces chartis inuoluti, ep. 87 l. 4. g. f In formû cuculli formantur chartæ quibus inuoluuntur aromata. εἰς τὸν λιβανωτὸν καταπεμεῖν. Anaxandrides apud Athenæ. 9 l. 4 c. g In fauorem & patrocinium Faustini. de quo ep. 26. l. 1. h Sub hoc Mæcenate immortalitatem speres, oleo cedrino inunctus contra tineas & cariem. *Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.* Ouid. Trist. 1. El. 1. *speramus carmina fingi Posse linenda cedro,* &c. Horat. ad Pisones. i *Fragili geminæ poliantur pumice frontes.* Ouid. 1. Trist. 1. El. vide epigr. 67. lib. 1. m. k Luxuriosè orneris. l Pellis purpurea, seu membrana rubens vel purpurea. m Cocco notetur titulus. quod primùm minio factum. n Nec criticos vngues castigatoris seuerissimi, qualis fuit M. V. Probus Berytius, qui emendationi librorum potissimam operam dedit, teste Suetonio lib. de Grammaticis.

In mulierem deformem. III.

FOrmoſam faciem [a] nigro medicamine velas:
[b] Sed non formoſo corpore lædis aquas
Ipſam crede [c] deam verbis tibi dicere noſtris,
Aut aperi faciem, [d] vel tunicata laua.

a Oeſypo, medicamine & incruſtamento coſmetico, quod Iuuenalis vocat *tectorium.* Sat. 6. v. 463.
b Sed deformi corpore violas aquas.
c Aquæ Nympham. omni autem fonti credebatur ineſſe numen propter perennitatem ſcaturiginis.
d Deforme enim corpus arguit æquè deformem, eſſe faciem quam tegis, vel fucatam.

Ad librum ſuum. IIII.

ROmam vade liber, ſi, veneris vnde, requiret;
[a] Æmiliæ dices de regione viæ.
Si, quibus in terris, qua ſimus in vrbe, rogabit:
[b] Corneli referas me licet eſſe foro.
Cur abſim, quæret: [c] breuiter tu, multa, fatere,
Non poterat vanæ tædia ferre togæ
Si, quando veniet dicet: [d] reſponde, [e] poëta
Exierat; [f] veniet, cùm citharœdus erit.

a Viam AEmiliam ab AEmilia regione ad Bononiam vſque ſtrauit AEm. Lepidus. qua itur ad Forum Corn. vide Io. Bapt. Pij annot. poſt. c. 27.
b Potes reſpondere me eſſe in Foro Cornelij ſupra ep. 1. 2. dicto à Sylla.
c Variè à multis diſpungitur hic verſus. refer *multa ad tædia* in ſeq. verſu.
d Pleraq; verba quæ iam ſunt ſecundæ tantum inflexionis, fuere priſcis & tertiæ. ſic *vale, caue, feruere,* &c.
e Seceſſit, quia erat poeta *artibus autem honeſtis Nullus in vrbe locus, &c.* vt queritur Vmbritius apud Iuuenal. Sat. 3. v. 21.
f Vbi forte didicerit ad citharam canere, redibit. maiori enim in pretio Romæ ſunt citharœdi quàm poetæ ep. 57. l. 5. & Iuuen. 3. Sat. 64. v. Suet. Veſp. c. 19.

Ad eundem. V.

VIs commendari ſine me curſurus in vrbem,
Parue liber, multis: an ſatis vnus erit?
[a] Vnus erit, mihi crede, ſatis, cui non eris hoſpes,
[b] Iulius aſſiduum nomen in ore meo.
Protinus hunc adeas: [c] primique in limine tecti,
(Quos tenuit Daphnis, nunc tenet ille Lares)
Eſt illi coniux, quæ te manibuſque, ſinuque
Excipiet, vel ſi puluerulentus eas.
Hos tu, ſeu pariter, ſiue hanc, illúmue priorem
Videris, hoc dices: [d] Marcus auere iubet.
Hoc ſatis eſt. [e] alios commendat epiſtola. [f] peccat
Qui commendandum ſe putat eſſe ſuis.

a Inſtar vel loco multorum erit Iulius qui mihi familiaris fuit vbique erit.
b Ep. 16. l. 1.
c Quæ domus tibi vrbem ingreſſo prima eſt, quam domum Daphnis quidam poſſederat prior dominus, nunc tenet Iulius. atque in atrio quæ prima domus pars conuenies vxorem Iulij. lanificij autem opera exercebant matronæ in atrijs, vt probat Lipſ. Elect. 1. c. 17. forte legendum *primo in limine.*
d E ſalutandi formulâ. Briſſon. l. 8. form. *Martialis ſalutem dicit.*
e Alienos, ignotos.
f Nemo ſapiens ſe commendat amicis ſuis diligenter & ſolicitè.

Ad Marcellinum. VI.

[a] LVx tibi poſt Idus numeratur tertia Maias
Marcelline tuis [b] bis celebranda ſacris,

a Dies tertius poſt Idus Maias i. 16. Calend. Iunij.
b In 2. verſibus ſeq. oſtendit gemini ſacri cauſas.

[c] Imputat æthereos ortus hæc prima parenti:
[d] Libat florentes hæc tibi prima genas.
Magna licet dederit iucundæ munera vitæ,
[e] Plus numquam patri præstitit illa dies.

c Hæc dies imputat tanquam beneficium (legat & *computat*) natalem patris tui quo editus est in dias luminis auras. *vel* ex cœlesti reuolutione reuersum

d Atque hoc eodem die primam barbam deposuisti. qui quidem dies priscis sacer, solennis & perpetuæ memoriæ. Sueton. c. 12. Neron. & Xiphilinus in Nerone & Heliogabalo. Iuuen. 3. Sat. v. 186. e Filio dulcis est patris vitæ memoria aniuersaria: patri nulla dies gratior quàm qua filij viri facti memoriam celebrat. nonnulli leg. *præstitit vlla dies.* vide Antholog. l. 1. c. 26. ep Apulonid. Ἡ'δυ περιπλόκων πρόσθεν τὸν ἔθειρον ἤματι τούτῳ Κείρεο, &c.

De sportula. VII.

[a] CEntum miselli iam valete quadrantes,
[b] Anteambulonis congiarium lassi,
[c] Quos diuidebat balneator [d] elixus.
Quid cogitatis ô [e] fames amicorum?
[f] Regis superbi sportulæ recesserunt,
[g] Nihil stropharum est: iam salarium dandum est.

a Nero cœnam rectam clientibus exhibitam à potentioribus redegerat ad sportulam, quæ calathus fuit quo primum obsonia dabantur, postea centum quadrantes **bord wages.** Suet. 6. c. 16. Domitianus antiquato illo Neronis edicto reuocauit cœnas. Suet. Domit. 7. b Clientis officiosi merces. c Clientibus singulis qui vnâ lauabant dati à potentioribus C quadrantes nostræ monetæ 18. d. ob. q. quos fortè diuidebat balneator. ep. 60. l. 1. d Aquarum & vaporũ calore coctus e Qui sportulæ tenuitate & fame enecastis clientes? f A superbo patrono (qui *rex* dicebatur) exhibitæ. vel Neronis (quem 2. ep. lib. Spect. dixerat *ferum Regem*) edicto à cœna rectâ ad sportulam redactæ. g Nihil fraudis iam faciendum est clienti, quem sæpe inuitatum tanquam ad cœnam rectam dimiserunt tandem cum ieiunâ sportulâ. στροφὴ tergiuersatio à στρέφω. h Cœna, quæ Romanis ἀλάριον cibarium, annona diurna.

In Quinctum. VIII.

THaida Quinctus amat. quã Thaida? Thaida luscã,
Vnum oculum Thais non habet, ille [h] duos.

h Vterq; caret oculo. *Metaph.* i. cœcus est amore, qui nõ videat vitia. infra ep. 59.

In Cinnam. IX.

VErsiculos in me narratur scribere Cinna.
[k] Non scribit, cuius carmina nemo legit.

k Sic ep. 64. l. 6.

In Philomusum. X.

COnstituit Philomuse pater tibi millia bina
[a] Menstrua, [b] perque omnes præstitit illa dies,
[c] Luxuriam premeret cùm crastina semper egestas,
Et vitijs [d] esset danda diurna tuis;
[e] Idem te moriens heredem ex asse reliquit;
Exheredauit te Philomuse pater.

a In dimensum menstruum.
b Et illius dimensi menstrui singulas partes singulis diuisit diebus.
c Idque vt crastinam anteuerteret egestatem coërcendo hodiernum luxum.

d Melius *essent.* vt *diurna* sit plurale pro *diaria.* e Certe cum te tibi reliquerit, feceritque hereditatem tui iuris, te quasi exhæredauit. nam tu rapidè omnia absumis. melius consuluisset tuo luxui dato curatore.

Ad

Ad Quinctum. XI.

SI tua nec Thais, nec lusca est Quincte puella,
Cur in te factum [a] distichon esse putas?
[b] Sed simile est aliquid: pro Laide Thaida dixi,
Dic mihi, quid simile est Thais, & Hermione?
[c] Tu tamen es Quinctus mutemus nomen amantis,
Si non vult Quinctus Thaida, [d] Sextus amet.

a Ep. 8 supra.
b Vrgebis tamen me nimis aperte lusisse in affinitate nominum, vbi pro Laide tuâ dixi Thaida. verùm non magis hinc notatur quam si appellassem eam Hermionem.
c Te tamen notatum argues, quod Quinctus vocaris. d Quod si tibi ita graue sit Thaida amari á fictitio meo Quinto, ne tu forte in suspicionem venias: diluetur hoc facilè & decurabitur, mutato nomine Quincti in Sextum.

In Fabullum. XII.

[a] VNguentum fateor bonum dedisti
[a] Conuiuis [b] here: sed [c] nihil scidisti.
Res [d] salsa est bene olere, & esurire.
[e] Qui non cœnat, & vngitur Fabulle,
Hic verè mihi mortuus videtur.

a A Balneis & ante cœnam prisci inungebantur.
b Heri. vt 44. ep. 1. lib.
c Nihil conuiuis distribuisti, carpsisti.
d Ironice. i. insulsa & inepta.
e Silicernium hoc mihi videtur vbi apponitur cœna, nihil distribuitur, vbi vngimur tantùm velut mortui, quorum cadauera vngere condireque mos erat.

In Næuiam. XIII.

DVm non vis leporem, dũ non vis [a] carpere mullũ,
Et plus quàm patri Næuia parcis apro:
Accusas, [b] rumpisq; coquum, [c] tanquam omnia cruda
Attulerit. [d] numquam sic ego crudus ero.

a Scissum distribuere conuiuis.
b Cædis, & alludit ad *carpis.*
c Caussata obsoniorum cruditatem vt seruentur ad alias cœnas explicandas. d Si modo nihil esitauero, nunquam ex obsoniorum copiâ crudus erit mihi stomachus. & ludit in translatione τοῦ *crudi.*

De Tucio. XIIII.

ROmam petebat esuritor Tucius,
Profectus ex Hispania.
[a] Occurrit illi sportularum fabula:
A [b] ponte redijt [b] Muluio.

a Exposita est illi tenuitas sportulæ, miseraque officia eius emetendæ.
b Qui mille passus ab vrbe distat; in via Flaminia.

De Codro. XV.

PLus credit nemo, quàm tota Codrus in vrbe.
Cùm sit tam pauper, quomodo? cæcus amat.

Ludit in ambiguâ significatione τοῦ *credit.* q. d. mirum est Codrum pecunias credere, qui ipse miserrimè pauper sit. resp. poëta, supra fidem Codrum credere. credit enim illam esse castam vel formosam cuius amore cœcus est, idque contra famam populi.

Incer-

¶ In cerdonem. XVI.

[a] DAs gladiatores,[b] ſutorum regule cerdo,
Quodque tibi tribuit [c] ſubula,[d] ſica rapit.
Ebrius es: nec enim faceres id ſobrius vmquam,
Vt velles [e] corio ludere, cerdo, tuo:
Luſiſti, ſatis eſt: ſed te, mihi crede, memento
Nunc [f] in pellicula cerdo tenere tua.

a Edis munus gladiatorium. quod principum eſt, diuitum idque S. Conſulto (4. Annal. Tacit.) & ſpectatatum perſonarum. indignatur a poeta hoc viliſsimos homines dare.
b Sutorum Alpha, princeps. chiefe or Master of thy Company.
c Sutorium inſtrumentum & officium.
d Gladiatoris gladius breuis .i. munus gladiatorium.
e Dare gladiatores ex tua re. alludit a prouerbium *De alieno corio liberalis.* ſimul ludit in terminis ſutorijs, *ſubula, corium, pellicula.*
f Intra artificii & conditionis tuæ terminos. reſpicit Apologum de aſino Cumano pelle leonis induto.

In Sabidium. XVII.

CIrcumlata diu menſis [a] ſcriblita ſecundis,
Vrebat nimio ſæua calore [b] manus:
Sed magis ardebat Sabidi gula: protinus ergo
Sufflauit buccis terque, quaterque ſuis.
Illa quidem tepuit, [b] digitoſque admittere viſa eſt.
Sed [c] nemo potuit tangere: merda fuit.

a Bellarium ſec. menſæ, ad modũ placentæ confectum. Syncopatè pro *ſcribilita.*
b Conuiuarum tangentium.
c Nemo ſuſtinuit edere vel guſtare ſcriblitam impuro halitu tuo corruptam. vide ep. 93. l. 7.

In Maximum. XVIII.

[a] PErſiixiſſe tuas queſta eſt præfatio fauces.
[b] Cùm te excuſaris Maxime, quid recitas?

a Ex frigore rauciſſe.
b Excuſationem in totum accipimus, vel omnino recitatione ſuperſedeas, vt tibi & nobis parcas.

De vipera in ore vrſæ. XIX.

[a] PRoxima centenis oſtenditur vrſa columnis,
Exornant fictæ qua Platanona feræ.
Huius dum patulos alludens tentat hiatus
Pulcher Hylas; teneram merſit in ora manum.
Vipera ſed cæco ſcelerata latebat in ore,
[b] Viuebatque anima deteriore fera.
Non ſenſit puer eſſe dolos, niſi dente recepto,
Dum perit. [c] ô facinus auſa quod vrſa fuit!

a In porticu centum columnis ſublatâ. 2. l. 14 ep. platanis iuxta conſitis opacâ & ſtatuis ferarum exornatâ, dum ludibundus puer & vrſæ velut inſultans ori ſtatuæ hianti manum inſereret, à vipera quæ in ore ſtatuæ latebat morſus interijt.
b Ficta hæc ceu marmorea vrſa comperta eſt lethalior vrſâ viuâ, quaſi ſpirans animâ viperæ quæ ſuâ deterior.
c Al. *ô facinus falſa quod vrſa fuit.* q. d. ô malè factum quòd non vera eſſet vrſa. tum enim aut puer manum ori inſerere ſuperſediſſet; aut tenero formoſoque puero vrſa pepercißet.

¶ De Canio. XX.

DIc Muſa quid agat Canius meus Rufus?
Vtrum ne chartis tradit ille [a] victuris
Legenda [b] temporum acta Claudianorum?

a Non perituris. eo natis genio & fato vt immortalitatem conſecutæ poſteris legantur.
b Hiſtoriam de Claudii temporibus.

c An quæ Neroni falsus adstruit scriptor?
An æmulatur improbi iocos d Phædri?
Lasciuus elegis, an seuerus herois?
e An in cothurnis horridus Sophocleis,
f An otiosus in schola poëtarum
Lepôre tinctos Attico sales narrat?
Hinc si recessit porticum terit g templi;
An h spatia carpit lentus Argonautarum?
i An delicatæ Sole rursus Europæ
Inter tepentes post meridiem buxos
Sedet, ambulátue liber acribus curis?
k Titíne thermis, an lauatur l Agrippæ,
An m impudici balneo Tigillini?
An rure n Tulli fruitur, atque n Lucani?
An Pollionis dulce currit o ad quartum?
p An æstuantes iam profectus ad Baias
Piger Lucrino nauiculatur in stagno?
q Vis scire quid agat Canius tuus? ridet.

c An scribit quæ adstruat Neroni tanquam authori, vt prodeant sub nomine Neronis? vel, an ad fidem & veritatem historiæ reuocat componitque quæ viuo Nerone ob metum aut adulationem, quæ mortuo ex recenti odio falsa scripta sunt? Tacit. in proœm. Annal.
d Liberti Augusti qui fabulas AEsopicas scripsit.
e An tristis & altus est maiestate carminis tragici? In tragœdiis autem inducti heröes & reges grande locuti altis innitebantur calceamentis. claruitque stylo tragico Sophocles.
f An in conuentu poëtarum recitat elegantes comœdias vel alia carmina?
g Isidis fani. ep. 14. l. 2. f.
h Porticum Neptuni. ep. 14. l. 2. e. i An in porticu Europæ in quo buxeta solem frangunt à meridie, &c. ep. 14. l. 2. p. k *Velocibus muneribus, thermis*. ep. 2. lib. Spectac. l Balnea de suo nomine excitauit M. Agrippa. m Sophonij Tigellini, fœdâ pueritiâ, impudicâ senectâ, &c. Tacit. 1. hist. & 14. Annal. n Ep. 37. l. 1. & l. 9. ep. 52. o Prædium suburbanum ad quartum lapidem. p Ad aquas calidas in Baiano sinu intra Misenum & Puteolos in Campania. q Quicquid horum agat, ridet, rictumque diducit. ep. 62. l. 1. & ep. 63. infra.

In crudelem dominum. XXI.

a PRoscriptum famulus seruauit b fronte notatus,
Non fuit hæc domini vita, c sed inuidia.

a Antium Restionem vide Macrob. 1. Saturn. c. 11. & Appian. 4. l. & Val. Max. 6. l. c. 7 Senec. de Benef. 3. l. c. 23. &c. b Stigmatias seruus, literas fronte inustus. c Indignum a visum fore tantâ fide seruum à domino notis compunctum fuisse.

De Apicio XXII.

DEderas, Apici, bis tricenties ventri,
Sed adhuc supererat centies tibi * laxum.
Hoc tu grauatus, ne famem & sitim ferres.
Summa venenum potione duxisti.
Nil est Apici tibi gulosius factum.

Apicius sexcenties decoxerat, inspectis tandem rationibus, superfuturũ sibi centies H S. computauit, sed in hac re tanquam vltimâ fame victurus sibi vitam veneno finijt. Senec. ad Heluiam c. 10. & Dion. l. 57. * Non minus amplius potius al. *luxu* pro luxui. i. ad luxum.

In inuitatorem. XXIII.

OMnia cùm retrò pueris opsonia tradas:
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Inuitator sordidus obsonia statim ac ponerentur tradidit seruis pone ad pedes discumbentium ministrantibus auferenda & ad alias instruendas cœnas reseruanda, iocatur poëtà commodius fore vt seruis extra triclinium apponatur mensa, si ita retro amouere fercula statuerit. τῶ δὲ πίειξ, πάντα δίδως ὀπίσω. Antholog. 1. l. c. 31.

De Tusco haruspice. XXIIII.

VIte nocens rosea stabat moriturus ad aras
Hircus, Bacche, [a] tuis victima grata sacris.
Quem [b] Tuscus mactare deo cùm vellet haruspex,
Dixerat agresti fortè, rudique viro;
Vt citò [c] testiculos peracuta falce secaret,
Teter vt immundæ carnis abiret odor.
[d] Ipse super [e] virides aras luctantia pronus
Dum resecat cultro colla, premitque manu:
Ingens [f] iratis apparuit [g] hernia sacris.
Occupat hanc ferro rusticus, atque secat:
Hoc ratus antiquos sacrorum poscere ritus,
Talibus & fibris numina prisca coli.
[h] Sic modò qui Tuscus fueras, nunc Gallus haruspex,
Dum iugulas hircum, factus es ipse [i] caper.

a Quod vites rodat, vt porcus Cereri quod frugibus obsit. ep. 39. l. 13.
b Aruspicina, vt & multa alia sacra & religiones, ab Etruria Romam accita.
c Hirci. victimæ masculæ castrabantur ne teter illarum partium odor nares offenderet.
d Aruspex.
e Herbis stratas.
f Per irreuerentiam gestus illius.
g Scrotum aruspicis proni & inclinantis apparebat a tergo, quod rusticus abscidit.
h Ludit à patria. Sic modo qui fuisti Hetruscus nunc Gallus factus es aruspex, nec tamen è Gallia sed Gallus sacerdos Cybeles. i Castratus. est itaque caper hircus castratus,

Ad Faustinum. XXV.

SI temperari balneum cupis [a] feruens
Faustine, quod vix Iulianus intraret:
[b] Roga lauet vti rhetorem Sabineum.
[c] Neronianas is refrigerat thermas.

a Cuius calorem vix ferre posset. Iulianus calidis alias assuetus.
b Al. *Roga lauetur hic rhetor Sabineus.* iocus Metaphoricus a frigore aëris ad frigus orationis. c Quæ egregiè erant calidæ & optimæ. 48. ep. 2. l.

In Candidum. XXVI.

[a] PRædia solus habes, & solus, Candide, nummos:
[b] Aurea solus habes, [b] myrrhina solus habes:
Massica solus habes, & [c] Opimi Cæcuba solus:
Et [d] cor solus habes, solus & ingenium:
Omnia solus habes: [e] hoc me puto velle negare:
Vxorem sed habes, Candide, cum populo.

a Candide cui crepat vsque in ore illud *omnia amicis communia*, vt ep. 43. l. 2. nihil tamen cum amicis communicas, sed te tibi soli viuere, soli sapere perfectam credis sapientiam, beatam iudicas vitam: certè vt nec decreto illi Pythagorico stas, ita nec instituto tuo priuato; namque vxorem habes communem, b Vasa. ep. 113. l. 14. c Ep. 27. l. 1. e. d Sapientiam *Metonym.* e Te omnia non habere solum, alii leg. *hoc nec puto posse negari.* Fr. Modius 75. epist Nouantiqu. lectionum.

In Gallum. XXVII.

NVmquam me [a] reuocas, venias cùm sæpe [a] vocatus
Ignosco, nullum si modò, Galle, vocas.
Inuitas alios: vitium est [b] vtriusque. quod? inquis.
Et mihi [c] cor non est; nec tibi, Galle, [d] pudor,

a Ad cœnam.
b Meum æque ac tuum.
c Prudentia ad prætereundum te inhumanum.
d Ad inuitandum me bene meritum.

In Nestorem. XXVIII.

AVriculam Mario grauiter miraris olere.
[e] Tu facis hoc : garris, Nestor, in auriculam.

e Graueolentia manet auriculæ illius ab impurâ tuâ animâ.

In Zoilum XXIX.

HAs cum gemina [a] compede [b] dedicat catenas,
Saturne, tibi Zoilus, [c] anulos priores.

a Serui improbi & noxij in ergastula damnati opus in compedibus faciebant.
b Serui libertate donati compedes & catenas sacrârant Saturno, qui toto anno laneo vinculo ligatus, ad diem sibi festum .1. mense Decembri soluebatur. quin & serui in his Saturnalibus dominabantur. *Donasset iamne catenam Ex voto Laribus.* Hor.1.l. ser.5. c Compedes. Zoilo autem exprobrat annulum aureum, vt qui ab Ergastulario seruo ad ordinem equestrem sit euectus. ep. 38. l. 11.

Ad Gargilianum. XXX.

[a] SPortula nulla datur : [b] gratis conuiua recumbis.
Dic mihi, [c] quid Romæ, Gargiliane, facis?
Vnde tibi togula est, & [d] fuscæ pensio cellæ?
Vnde datur [e] quadrans ? [f] vnde vir es Chiones?
[g] Cum ratione licet dicas te viuere summa :
Quòd viuis, nulla cum ratione facis.

a Supra ep. 7. a. clientibus autem *hinc toga, calceus hinc est, Et panis fumusque domi,* Iuuen. 1. Sat. 119. v.
b Ad cœnam inuitam, vnde tibi nulla pecunia vt in sportulis.
c Cur non hinc migras?
d Gurgustioli fumosi ceu tenebricosi obuentus, ἐνοίκιον, rent. e Quo pretio tenuioris conditionis homines lauabant *dum tu quadrante lauatum,* &c. Horat. 3. Sat. 1. l. f Vnde habes quod meretrici soluas?
g Etsi te dicas viuere frugaliter & ex iusta computatione. non tamen video causam cur in Roma vel etiam in vita manere velis, cui non suppetit vnde viuas, luditque in dilogiâ τῆ *ratione.*

❡ *Ad Rufinum.* XXXI.

SVnt tibi confiteor, diffusi iugera campi,
[a] Vrbanique tenent prædia multa Lares :
Et [b] seruit dominæ numerosus debitor arcæ,
Sustentatque tuas [c] aurea mensa dapes.
Fastidire tamen noli, Rufine, minores.
[d] Plus habuit Didymus : plus Philomelus habet.

a Et dij tui penates in vrbe occupant soli quantum esset multis domibus. *vel,* domus tuæ vrbanæ, quas multas habes, habent singulæ prædia sua suburbana.
b Multos tibi obæratos habes & fœneratos. c Inaurata; auream habens coronam: vel aurea.
d Malis quidem artibus multa nactus es, sed plura Didymus spado, & Philomelus (quantum ex ficto nomine licet coniijcere) citharœdus, qui & te fastidire possint.

—*In Matriniam.* XXXII.

[a] NOn possum vetulam, quereris Matrinia? possum
Et vetulam : sed tu mortua, non vetula es.
Possum Hecubam, possum Nioben, Matrinia : [b] sed si
Non dum erit illa canis, non dum erit illa lapis.

a S. ὀχεύειν infra ep. 75.
b Modo non exuerint fœminas, (vt est in fabulis notis) quod tu fecisti, canis iam & saxum.

Qualem

Qualem puellam velit. XXXIII.

a INgenuam malo: sed si tamen illa negetur,
b Libertina mihi proxima conditio est.
Extremo est ancilla loco: sed vincet vtramque,
Si facie nobis hæc erit ingenua.

a Non amo genus, conditionem & eiusmodi phaleras, sed formam ipsam. maxima.n. voluptas est si quid propter se ametur. non placet ingenua conditio sed ingenua facies. b filia liberti qui è seruo manumissus fuit.

Ad Chionen. XXXIV.

DIgna tuo cur sis, indignaque nomine, dicam.
Frigida es, & nigra es: non es, & es Chione.

Conuenit tibi nomen Chiones ($\chi\iota\acute{\omega}\nu$ autem niuem significat) quia frigida es blanditiis, amoribus vel aliàs: non conuenit quia nigra es.

De piscibus sculptis. XXXV.

ARtis a Phidiacæ toreuma clarum,
Pisces adspicis: b adde aquam natabunt.

a Phidias toreutices inuentor fuit.
b Ita ad viuum expressi vt additâ aquâ videantur nataturi. *Hyperbolicè.*

In Fabianum. XXXVI.

a QVod nouus, & nuper factus tibi præstat amicus:
Hoc præstare iubes me, Fabiane, tibi.
b Horridus vt primo semper te mane salutem,
Per mediumque trahat c me tua sella lutum:
Lassus vt in thermas d decima, vel seriùs, horâ
Te sequar, Agrippæ, cùm lauer ipse Titi.
Hoc per triginta merui, Fabiane, e Decembres,
Vt sim tiro tuæ semper amicitiæ?
Hoc merui, Fabiane, toga, tritaque f meaque,
Vt non dum credas me meruisse g rudem?

a Exigis à me veteri amico & cliente officia non minora quàm quæ nouus præstat cliens.
b Frigore matutino. vel cultus neglectu, dum propero vt inter primos salutatores sim. Iuuen. 3 sat. v. 20.
c Præcedentem, comitantem, subsequentem tuam sellam. ep. 10. l. 10. & ep. 26. l. 12.
d Cum octauâ quæ æstate, nona quæ hyeme lauationi assignatur, cogar comitari te ad balnea Agrippæ, ipse loturus longe in balneis Titi. e Annos. f Cum alij patroni mittere soleant clientibus togas. g Liberationem ab officijs. tractum ab arenâ. gladiatores .n. ætate ingrauescente quasi emeriti in magisterij signum accipiebant rudem. qua donati non cogebantur deinde pugnare, publicè tamen alebantur. Ramiresius putat poetam ambiguè allusisse ad togam rudem.

In irascentes amicos. XXXVII.

IRasci tantùm felices nostis amici.
a Non bellè facitis: b sed iuuat hoc facere.

a Non ex ratione & causa, sed occasionem quæritis iratum.
b Vtile est vobis iras simulare, ne munera minui pauperum officia. sic ep. 13. l. 12.

Ad Sextum. XXXVIII.

QVæ te caussa trahit, vel quæ fiducia Romam,
Sexte? quid aut speras, aut petis inde? refer.

Caussas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,
Atque erit in [a] triplici par mihi nemo foro.
[b] Egit [c] Arestinus causas, & [c] Ciuis: vtrumque
Noras: sed neutri [d] pensio tota fuit.
[e] Si nihil hinc veniet, pangentur carmina nobis:
Audieris, dices [f] esse Maronis opus.
Insanis [g] omnes gelidis quicumque lacernis
Sunt tibi, Nasones, Virgiliosque vides.
[h] Atria magna colam. [i] vix treis, aut quatuor ista
Res aluit: pallet cætera turba fame.
[k] Quid faciam? suade. nam certum est viuere Romæ.
[l] Si bonus es, casu viuere Sexte potes.

a 1. Veteri Romano 2. Caij Iulij Cæsaris. 3. Augusti. vide Alex. Neap. 2. l. 12. c. Martian. 3. l. 24. c.
b *Inquit poeta. est.n. Dialogismos.*
c Caussidici pauperes. nomina fortasse ficta.
d Supra ep. 30. d.
e *Refert Sextus.*
f Mea carmina æquare Virgilii opus.
g Omnes hi quos vides horridulos tritis lacernis sunt poetæ non inferiores Virg. & Ouidio. h Ingrediar (inquit Sextus) cliens potentiorum atria: vel principis aulam. i *Resp. poeta.* k *Verba Sexti.* l Bonis fortuitus est Romæ victus & incertus; malis stipendium certum.

De Lycori. XXXIX.

ILiaco similem puerum, Faustine, [a] magistro
Lusca Lycoris amat. [b] quàm bene lusca videt?

a Magistro pecoris, Alij leg. *ministro* i. Ganymedi Iouis pocillatori. vt 11. l. 105. ep. b Quæ tam bene de formâ iudicat. Quintus contra, ep. 8. supra, cœcus erat quamuis oculos haberet.

In Thelesinum. XL.

MVtua quòd nobis ter [a] quinquaginta dedisti
Ex opibus tantis, quas [b] grauis arca premit:
Esse tibi magnus, Thelesine, videris amicus.
Tu [c] magnus, quòd das? immo ego, quòd recipis.

a *Quinquagena.* legendum contendunt nonnulli, ne finalis in *ginta* corripiatur. verùm nil tanti est.
b Vide ep. 30. l. 2. c.
c Immo pusillus qui diues non dono das: ego magnus, qui pauper soluo.

De lacerta cælata. XLI.

INserta Phialæ [a] Mentoris manu ducta
Lacerta [b] viuit, & timetur argentum.

a Cælatoris laudatissimi.
b Affabrè efficta videtur spirare, & vel argentea nescientibus timetur pro viua.

In Pollam. XLII.

[a] LOmento rugas vteri quòd condere tentas
Polla; tibi ventrem, [b] non mihi labra linis.
[c] Simpliciter pateat vitium fortasse pusillum.
[d] Quod tegitur, maius creditur esse malum.

a Ex farinâ fabaceâ, Plin. ex creta, Petron.
b Non me decipis. Plauto phrasis frequens *os sublinis.* cuius ratio sumpta videtur vel ab ijs qui per iocum dormientibus ora fuligine vel alio colore pingunt, vt AEgle Silenum, apud Virgil. 6. ecloga: vel ab iis qui amaras potiones ægrotis vel pueris propinantes labra poculorum melle illinunt, quò dulcedine primùm decepti potionem hauriant. c 88. ep. 1. l. & l. 6. ep. 7. d Infra 72. ep.

❡ In Lentinum. XLIIII.

[a] MEntiris iuuenem tinctis, Lentine, capillis:
Tam subitò [b] coruus, qui modò [c] cycnus eras.
Non omneis fallis. scit te [d] Proserpina canum:
[e] Personam capiti detrahet illa tuo.

a Vis apparere iuuenis, simulas Iuu. vide Ausonij ep. 16. quo Lais respondet Myreni, quod Adrianus seni fucato. *Patriam negaui tuo.*
b Niger. Metonym. vt——
c—— Canus, candidus.
d Vitæ mortisque præses, quæ fingitur morituris crinem secare, & has quasi primitias Orco offerre. *Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygioque caput damnauerat Orco.* Virgil. de Didone 4. AEn. & Horat. 1 lib. ode. 28. *Nullum sæua caput Proserpina fugit.* e Fucum illum capillorum & tinctum quasi caliendrum eleganter dixit *laruam.*

❡ In Ligurinum XLIV.

OCcurrit tibi nemo quòd libenter:
Quòd quacumque venis, fuga est, & ingens
Circa te, Ligurine, solitudo:
Quid sit scire cupis? [a] nimis poëta es.
Hoc valde vitium periculosum est.
Non [b] tigris catulis citata raptis,
Non [c] dipsas [d] medio perusta Sole,
Nec sic scorpius improbus timetur.
Nam tantos, rogo, quis ferat labores?
Et stanti legis, & legis sedenti:
Currenti legis, & legis cacanti.
In thermas fugio: sonas ad aurem.
[e] Piscinam peto: non licet natare.
Ad cœnam propero: tenes euntem.
Ad cœnam venio: fugas [f] sedentem.
Lassus dormio: suscitas iacentem.
Vis, quantum facias mali, videre?
[g] Vir iustus, probus, innocens timeris.

a Plus habes poëtæ quam hominis. Nimis tibi places in carminibus quæ omnibus incontinenter & importunè legis.
b Ep. 18. lib. spectac.
c Serpens, à quo icti vexantur siti & æstu. vnde & nomen.
d Apricans ad meridianum solem. *vel* meridionali plaga viuens.
e Non paucæ nec paruæ erant Romæ piscinæ qua natarent.
f Ramiref. legit *edentem.* Musambertius asserit lectionem vulgarem. vt sit ante accubationem sessio. vt 67. ep. 8. l. *Sternantur lecti, Cæciliane sede.* g Cætera cùm bonus sis ac iustus, & propter innocentiam atque probitatem expetendus: propter hanc tamen importunam recitationem, refugiunt omnes caueantque vt poëticam hirudinem. Horat. in calce epist. ad Pisones. & Lucillij epig. e. 40. l. 2. Antholog.

De eodem. XLV.

[a] FVgerit an mensas Phœbus cœnamque Thyestæ,
Ignoro: fugimus nos, Ligurine, tuam.
[b] Illa quidem lauta est, dapibusq; instructa superbis:
Sed nihil omnino, te recitante, placet.
Nolo mihi ponas rhombum, [c] mullúmue bilibrem:
Nec volo boletos, ostrea nolo: [d] tace.

a Vide argumentum meum in Thyesten Senecæ, & quæ adnotaui ad vers. 774. & chorum quartum.
b Tua.
c Vide ep. 43. l. 2. l.
d Ep. 49 infra. & 79. l. 5. & l. 11. ep. 53.

Ad Candidum. XLVI.

EXigis à nobis operam sine fine [a] togatam:
Non eo, libertum sed tibi mitto meum.

a Anteambulonis seu clientis togati.

[b] Non est, inquis, idem: multo [c] plus esse probabo.
Vix ego lecticam subsequor: ille feret.
In turbam incideris, cunctos [d] vmbone repellet:
[e] Inualidum est nobis, [e] ingenuumque latus.
Quidlibet in caussis narraueris [f], ipse tacebo:
[g] At tibi tergeminum mugiet ille [g] sophos.
Lis erit, [h] ingenti faciet conuicia voce:
Esse pudor vetuit fortia verba mihi.
Ergo nihil nobis, inquis, præstabis amicus?
[i] Quidquid libertus, Candide, non poterit.

b Plus mihi *inquis* esset honoris ex tui ipsius, quàm liberti tui comitatu. c Operæ. d Musambertius de vmbone togæ intelligit. de quo vide quæ ad Persij sat. 5. v. 33. de cubito potius dici credo, quo turba obuia, haud secus ac hostes vmbone, repellitur. & vt credam facit Luciani Crito πολλοὺς παραγκωνισάμενος, καὶ τὸ ἔνδοθεν Χαῖρε εἰπών. Lucian. φιλόπατρις. & Iuuen. 3. sat. *hic cubito ferit*. e Quod vndam prementis populi contraniti nequeat, pudeat. ep. 47. l. 10. *Vires ingenua.* mox not. 1. f Ego tibi oranti non valebo acclamare. g Vide l. 1. ep. 4. K. h Ingeret aduersario tuo conuiciorum abunde, nec in aurem. i Officia liberaliora & quæ me decent magis, præstabo.

De * Basso. XLVII.

CApena grandi porta [a] quà pluit gutta,
Phrygiæque matris [b] Almo quà lauat [c] ferrum,
[d] Horatiorum quà viret sacer campus,
Et qua [e] pusilli [f] feruet Herculis fanum,
Faustine [g] plena Bassus ibat in rheda,
Omneis beati copias trahens ruris.
[h] Illîc videres frutice nobili caules,
Et [i] vtrumque porrum, sessilesque lactucas,
[k] Pigroque ventri non inutiles betas.
Illic [l] coronam pinguibus grauem turdis,
Leporemque læsum [m] Gallici canis dente,
[n] Nondumque victa lacteum faba porcum.
[o] Nec feriatus ibat ante carrucam,
Sed Ptuta fœno cursor oua portabat.
[q] Romam petebat Bassus: [r] immò rus ibat.

* Ad quem ep. 57. infra de Faustini villæ copia. a Propter aquæ ductus & fontes quæ ad portam Cap. vnde & *Fontinalis* dicta hodie *S. Sebastiani*. Iuuenal. 3. sat. 11. v. b Fl. in quo Mater Deûm à Gallis sacerdotibus quotannis abluebatur. Ouid. 4. Fast. & Marcellin. 23. l. c Cultros ad hostias mactandas. forte legend. *sacrum*. d Vbi sepulti fuerunt Horatij illi trigemini, de quibus Liu. 1. e Adulatoriè. Domitianus. n. se magnum Herculem vel maiorem dici voluit. vt ep. 65. 66. 67. & 104. lib. 9. Alciden. vocat pusillum. f A frequentiâ salutantium viatorum. erat enim in via Appia. g Non vt *Mathonis lectica* 1. sat. Iuuen. *Plena ipso*, sed ruris honoribus quos ex vrbe in rus suum, non rus, portabat. h In rheda Bassi, velut altero copiæ cornu. i Sectiuum & capitatum. k Quem cient & lubricant. l Coronam vimineam cui appendebantur turdi in orbem. 13. l. ep. 51. & Ouid. 1. Am. v. 269. m Leporarij canes in Gallia velociores, vt pote lupino satu editi. n Lactentem porcellum, qui fabas dente non vicerit. i. fregerit. o Neceeciosus aut onere vacuus ibat cursor his lacquay. p Ne colliderentur. q Posset quidem videri rure redijsse adeo terræ fœtibus onustus: & tamen adeo sterilem alebat suburbanam villam vt ex vrbe rus in rus ferret. r *vrbem peteb.* legit. Fr. Modius ex Weidneiri lib. epist. 75.

De

De Ollo. XLVIII.

PAuperis exstruxit cellam, sed vendidit Ollus
Prædia: nunc cellam pauperis Ollus habet.

Habebant lauti diuites inter cœnationes splendidas & diætam vnam quo se quandoque recipiebant ad teniuiorem victum, vel varietatis causâ, vel vt se paruo assuefierent, quasi præexercitationem ad inopiam. vt consulit Seneca epist. 18. & 100. & ad eas Lipsius docet. hanc appellabant *pauperis cellam*. huiusmodi structuris & sumptibus dum indulgeret Ollus, ad veram paupertatem redactus est. Ramiresius exponit vt Ollus, dum magnificas conderet ædes, & tamen per Meiosin diceret se pauperis cellam forte *Corneliam* extruere, reuera pauper factus sit.

In inuitatorem. XLVIII.

a VEientana mihi misces, b tibi Massica potas:
b Olfacere hæc malo pocula, quàm bibere.

a Ep. 53. l. 2. b.
b Alij leg. *tu Massica potas.*
b Gratior quippe odor quam gustus.

¶ In Ligurinum. XLIX.

a HÆc tibi, non alia, est ad cœnam caussa vocandi,
Versiculos recites vt Ligurine tuos.
b Deposui soleas. affertur protinus c ingens
Inter d lactucas, e oxygarumque c liber.
Alter f perlegitur, dum fercula prima morantur.
Tertius est, nec adhuc mensa secunda venit.
Et quartum recitas, & quinctum denique librum.
g Putidus est, toties si mihi ponis aprum.
Quod si non h scombris scelerata poëmata dones:
Cœnabis solus iam, Ligurine, i domi.

a Supra ep. 44 & 45.
b Quod discubituri faciebant, ne stragula conspurcarent.
c Quod magnum malum.
d A quibus cœna inchoari solita. 13. l. 14. ep.
e Garum ex aceto.
f Al. *porrigitur.*
g Certe puteret vel aper ad conuiuia natum animal toties appositus, ac tu mihi libros legeris.
h Vide 2. ep. supra. b. i Inuitatori soli licebat recitare. domi itaque solus cœna tibique recita. foris te cauebimus.

Ad Gallam. L.

CVm faciem laudo, cum miror crura, manusque:
Dicere Galla soles, nuda placebo magis.
Et semper vitas communia balnea nobis.
a Numquid Galla times, ne tibi non placeam?

a Ironicè. arguit n. ipsam mendacem & inaniter gloriosam, quæ specimen subterfugerit. sumptum videtur ab illo Augusti, qui præfecto quem ignominia notabat subinde precibus interponenti; *Quid respondebo patri? Dic* inquit Aug. *me tibi displicuisse.* Quintil. 6. l. 4. *vel ne me fortè non probares.* vide ep. 14. l. 1.

¶ Ad Tongilianum. LI.

EMpta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis:
Abstulit hanc a nimium casus in vrbe frequens,
b Collatum est decies. rogo non potes ipse videri
c Incendisse tuam, Tongiliane, domum?

a Incendium. ep. 7. l. 5.
b Ex symbolis ciuium & amicorum damno tuo succurrentium tibi donabantur. 78 12. l. 10. ff. c *Merito iam suspectus, tanquã ipse suas incenderis ædes.* Iuuen. 3. à versu 212.

Ad Chloen. LII.

Membris tui quæ laudas ſingula, & teipsâ vel tota poſſem carere. obſcœniorem ſi prurias ſenſum affricabit tibi more ſuo Domitius de μαϰρόπῳ.

ET vultu poteram tuo carere,
Et collo, manibuſque cruribuſque,
Et mammis, natibuſque clunibuſque:
Et, ne ſingula perſequi laborem,
Tota te poteram, Cloë, carere.

Ad Gallam. LIII.

Cum à me noctem poſcente tu ultra quam poſsim præſtare poſcas vices, malim ſimpliciter mihi neges quam cogas me impotem fateri.

CVm dare nõ poſſim, quod poſcis, Galla, rogantẽ:
Multo ſimplicius, Galla, negare potes.

In Gelliam LIV.

a Myropolam. ep. 88. l. 1. 3.
b Succuſſo, vel fracto.
c Oleum Cinnami. Plin. 15. l. 7 c.
d Al. *Scis puto*, &c.

QVòd quacumq; venis, [a] Coſmũ migrare putamus,
Et fluere [b] excuſſo [c] cinnama fuſa vitro;
Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis.
[d] Sic puto poſſe meum, ſic bene olere canem.

De ciſterna Rauennate. LV.

Vini larga copia, aquæ bonæ maxima penuria. vnde & caritas, Rauennæ, quæ Sabinorum oppidum aquis marinis & vliginoſis perfluum, *ita vt ſitiant viui, natent ſepulti*. Sidonius epiſt. 8. l. 1.

SIt ciſterna mihi, quàm vinea, malo Rauennæ:
Cùm poſſim multo vendere pluris aquam.

De caupone. LVI.

Pluris n. vænijt aqua quâ dilueretur vinum, quam ipſum merum. ep præced.

CAllidus impoſuit nuper mihi copo Rauennæ;
Cùm peterem mixtum, vendidit ille merum.

De villa Fauſtini ad * Baſſum. LVII.

* Supra ep 47.

a Villa quam habet Fauſtinus Baijs in ſinu Campaniæ non eſt ſterilis inſtar tuæ ſ. barbanæ. ſupra 47. ep.
b Sterilibus, ſi cum frugiferis conferantur, quamuis baccæ myrtorum in medicinis vtiles ſint. vel quæ locum tantùm occupant & vmbram otio abundantibus hominibus præbent. c Cælibe, infrugiferâ, non vt pópulo vitibus maritatâ. Plin. Sec. epiſt. 6. lib. 5. d Buxi n. vt nunc, in varias animalium formas tondebantur. e Nihil fructus aut prouentus domino reddentis. f Fœcundo, vt apud Barbaros & rudes qui non ex amænitate & elegantiâ arborum ad quincunçem diſpoſitarũ ſed ex fructu eas æſtimant. g Omnis Fauſtini domus angulus ſtipatur frumento. h Bene olent teſtæ quibus reconditum eſt vetus vinum. quod inter autumnales fructus eſt. vt ὀπώρᾳ pro ὀπωρινοῖς ϰαρποῖς. & *ſenibus* vt *anus teſta*. l. 1. ep. 40. & 106.

[a] BAiana noſtri villa, * Baſſe, Fauſtini,
Non [b] otioſis ordinata myrtetis,
[c] Viduaque platano, [d] tonſilique buxeto
[e] Ingrata lati ſpatia detinet campi:
Sed rure vero [f] barbaroque lætatur.
[g] Hic farta premitur angulo Ceres omni,
Et [h] multa fragrat teſta [h] ſenibus autumnis.

Hîc

Hic post Nouembres, imminente iam bruma,
i Seras putator horridus refert i vuas,
k Truces in alta valle mugiunt tauri,
l Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam.
Vagatur m omnis turba * sordidæ cortis,
* Argutus anser, n gemmeique pauones,
o Nomenque debet quæ rubentibus pennis,
Et * picta perdix, Numidicæque * guttatæ,
Et p impiorum q phasiana Colchorum.
r Rhodias superbi r fœminas premunt galli,
Sonantque turres f plausibus columbarum.
Gemit hinc palumbus, inde t cereus turtur.
Auidi sequuntur u villicæ sinum porci,
Matremque plenam mollis x agnus exspectat.
Cingunt serenum y lactei focum vernæ,
Et z larga festos lucet ad 1 Lares sylua.
Non segnis albo pallet otio 2 caupo:
3 Nec perdit 4 oleum lubricus palæstrita.
Sed tendit auidis rete subdolum turdis,
Tremuláue captum linea trahit piscem,
Aut impeditam cassibus refert damam.
Exercet hilares 5 facilis hortus 6 vmbellas,
7 Et pædagogo non iubente lasciui
Parêre gaudent villico 8 capillati,
9 Et delicatus opere fruitur eunuchus:
10 Nec venit inanis rusticus salutator.
11 Fert ille ceris cana cum suis mella,
12 Metamque lactis 13 Sassinate de sylua.
Somniculosos ille porrigit glires,
Hic 14 vagientem matris hispidæ fœtum,
Alius 15 coactos non amare capones.
16 Et dona matrum vimineo ferunt texto
Grandes proborum virgines colonorum.
Facto vocatur lætus opere vicinus,
17 Nec auara seruat crastinas dapes mensa,
Vescuntur omnes, ebrioque non nouit
Satur minister inuidere conuiuæ.

i Ep. 44. l. 1. c.
k *Aut in reducta valle, mugientium Prospectat errantes greges.* Hor. 2. Epod.
l *Cui frons turgida cornibus Primis & Venerem & prælia destinat.* Horat. 13. ode 3. lib.
m Gallinæ, anseres &c. quæ sequuntur.
* *Aduerte auium natiua epitheta.*
n *Qui pictæ pandunt spectacula caudæ.*
o Phœnicopterus, cui φοινίκεα πτερὰ. 71. ep. 13. l.
p Qui malé audiunt propter parricidia, impietatem, & veneficia Medeæ. vide Senecæ Medeæ argumentum.
q A Phasi Colchorum fl.
r Gallinas Rhodias quæ Romanis in pretio.
f Alarum.
t Cui plumæ coloris cerei. *Alijs* pinguis turtur. vt ep. 5. l. 13.
u Sinu ferentis glandes vel alium pastum. Rob. Titius legit *sonum* villicæ sc. vocantis sues ad pastum.
x Domi seclusus á matre pastum profectâ.
y Candidi. Domitius legit *lutei* i. sordidi infantes. vide ep. 50. l. 1. x.
z Luculentus est focus, lignis è vicina syluâ descendentibus. vt ibidem 50. ep. l. 1.
1 Quibus iuxta focum locus.
2 Caupo, qui ad quæstum domini viatoribus vinum vendit, non pallet & pinguescit otio: sed habet quod agat, vt seq. 3 Neque n. vtitur oleo, qui non exerceat palæstram, melius se exercet aucupio, venatione &c. vide adagium, *Perdere oleum & operam.* 4 Luctaturi se ceromate ex oleo, cera & puluere AEgyptio ceu Puteolano, vngebant. 5 Non laboris exquisiti, vt in suburbanis. 6 Alij ad rem magis legũt *ancillas* sed variantibus lectiones plurimæ. 7 Alacriter ac sponte obeunt nec detrectant ministeria etiã á villico imperata. quod alibi dedignantur isti—— 8 ——Filij familias vel pueri delicati comas alentes. ep. 62. l. 10. *Cirratis*, Pers. 1. 9 Et ipsi delicati spadones atque cubicularij delectantur labore. 10 Non portat nullum & inane *Aue*, vt clientes in vrbe, sed adfert munera, quæ seq. 11 Adfert fauos. 12 Ep. 44. l. 1. f. 13 Oppido Vmbriæ, Plauti patriâ. 14 Hædum balatu desiderantem matrem capel. 15 Quia castratos. 16 Filiæ agricolarum ferunt dona á matribus, vel *Raucæ cortis aues & oua matrum.* ep. 30. 7. l. 16 Ep. 50. l. 1. 17 Quod in vrbe fieri solet. supra 13. ep. c. & 23. & l. 1. 104 ep.

At tu ſub vrbe poſſides 18 famem mundam,
Et turre ab alta proſpicis 19 meras laurus,
Furemque 20 Priapo non 21 timente ſecurus:
Et vinitorem 22 farre paſcis vrbano,
23 Pictamque portas 24 otioſus ad villam
Olus, oua, pullos, poma, caſeum, muſtum.
Rus hoc vocari debet, an 25 domus longè?

18 Prædium ſuburbanum, mundum quidem & elegans, ſed famelicum & ſterile. ſupra 47. ep. 19 Solas ſteriles laurus quibus nullæ arbores fructiferæ interſeruntur. 20 Ep. 36. l. 1. h. 21 Nihil n. eſt quod fur auferat. 22 Cum ſterilis villa non alat villicum ipſum. 23 Amœnam forte & viſu pulchram, verùm nō magis ſaturā quàm quæ in pictâ tabulâ exprimitur. alludit forte ad illud Cynici qui ſeruo eſurienti pictas oſtendebat dapes, quæ oculos paſcerent non ventrem. 24 Ex vrbis curis tanquam è vinculis ſolutus. 25 Domus extra vrbem. longè ab vrbe diſſita, ad quam cibaria ex vrbe efferuntur. ὁ πόῤῥω οἶκος.

De ſutore & fullone. LVIII.

[a] SVtor cerdo dedit tibi culta Bononia munus.
Fullo dedit Mutinæ; [b] nunc vbi caupo dabis?

a Ep. 16 ſupra.
b Reſtat ſc. vt caupo æquè vilis munera edat gladiatoria. vide eandem 16. ep. ſupr.

In Ponticum. LIX.

[a] CVm vocor ad cœnā, [b] non tam venalis, vt [c] antè.
Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna datur?
Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino:
[d] Sumitur [e] inciſo mytilus ore mihi.
Sunt tibi [f] boleti: fungos ego ſumo ſuillos.
Res tibi cum [g] rhombo eſt: at mihi cum [g] ſparulo.
[h] Aureus immodicis turtur te clunibus implet:
Ponitur in cauea mortua pica mihi.
Cur [i] ſine te cœno, cùm [k] tecum Pontice cœnem?
[l] Sportula quod non eſt, proſit, edamus idem.

a Edicto Domitiani de cœnis rectis (vide quæ ad ep. 7. ſupra) fraudem factam á potentioribus; qui clientibus viliſſimos, ſibi optimos apponebant cibos, conqueritur poeta. quod & Iuuenal. ſat. 5. Plin. Iun. 6 epiſt. l. 2. & noſter 2. l. 43. ep.
b Tantulo pretio. i. ſportulâ conductus. al. leg. *non tam venalis.*
c Sportulâ non ſublatâ. ſupra ep 7. d Al. *ſugitur*. e Teſtâ mytili labra mihi ſugenti ſcindente. f Fungorum ſalutarium; alij boleti, alij ſuilli ceu porcini, alij Amanitæ. g Rhombus & ſparulus vterque è genere paſſeris marini, ſed hic multo vilior. h Vt cereus à colore pinguedinis. Alij leg. *cereus*. i Non habens eoſdem cibos. k In eadem menſa, & cœna (vt dicitur) communi. l Non obſit nobis, quòd Imp. decreto reuocatur cœna ſublatâ ſportulâ.

In Cinnam. LX.

[a] ESſe nihil dicis, quidquid petis improbe Cinna.
Si [b] nil Cinna petis, [c] nil tibi Cinna nego.

a Extenuando rem quam petis.
b Rem leuem, & relatè nil.
c Simpliciter, nil.

¶ *In Quinctum.* LXI.

CEntenis quod emis pueros, & ſæpe ducentis:
Quòd [a] ſub rege Numa condita vina bibis:
Quòd conſtat decies tibi [b] non ſpecioſa ſupellex:
Libra quòd argenti millia quinque rapit:

a Vina vetuſtiſſima. Hyperbolicè.
b Etiam quotidiana, vulgaris tua ſupellex, alij leg. *non ſpacioſa* hoc cenſu; enim cælatura eius eſt artificij, vt multo conſtet etſi non ſit magna, nec multum occupet ſpacij. ita vt vna libra argenti cælati conſtet quinque milibus HS.

c Aurea quod fundi pretio carruca paratur:
Quod pluris d nulli est, quàm domus empta tibi:
Hæc animo magno credis te, Quincte, parare?
Falleris. e hæc animus, Quincte, pusillus emit.

c Quòd theda aurata ceu aureis bracteis distincta constet, quanti fundus. d Alij *nulla*, alij *mula*. quæ lectio placet, vt apté innuatur hyperbolicum mulæ pretium pretio carrucæ. e Magnus animus tantam pecuniæ vim in amicos pauperes potius erogasset, honestæ ipsorum necessitati succurrens; quam sumptuum ambitione parasset sibi muliebres has & penè pueriles nugas.

In Cotilum. LXII.

COtile, a bellus homo es: dicunt hoc, Cotile, multi,
Audio: sed quid sit, dic mihi, bellus homo?
Bellus homo est, b flexo qui digerit ordine crines:
Balsama qui c semper, cinnama semper olet:
Cantica qui d Nili, qui e Gaditana susurrat:
Qui mouet f in varios f brachia g volsa modos:
Inter fœmineas tota qui luce cathedras
Desidet, atque aliqua semper in aure sonat:
Qui legit hinc, illinc missas, scribitque h tabellas:
i Pallia vicini qui refugit cubiti:
k Qui scit, quam quis amet, qui per conuiuia currit:
l Hirpini veteres qui bene nouit auos.
m Quid narras? hoc est, hoc est homo, Cotile, bellus?
Res n petricosa est, Cotile, bellus homo.

a Ep. 10. l. 1. b Al. *flexut.* c Ep. 12. l. 2. d AEgyptiorum maximè Alexandrinorum summa mollities, petulantia & procacitas in tactis dictisque, vt & canticis lasciuis de Canopo. vide Iuuenal. Sat. 1. v. 26. Sat 6. 8c. e Vide ep. 42. l. & 62. K. lib. 1. & Iuu Sat. 11. v. 162. f Ad leges & modos Chironomiæ saltabant. vt hodiè Hispani. Ouid. 1. Art *si mollia brachia, salta.* g Ep. 29. g. l. 2. h Amatorias, vt ep. 65 l. 11. i Ne plicatum vmbonem ceu ordinem conturbet. ep 41. l. 2. f. k Curiosus Ardelio & πολυπράγμων, qualis illa apud Iuuenal. Sat. 6. v. 405. l Cui non in minimis curis est Circus, equi victores, eorumque nobilitas. deducere itaque studiosè curat & recensere stemma & proauos equi Hirpini vsque ab Aquilone auo. vide Lips. cent. vnic. epist. 26. m *Decastichon præcedens fuit è personâ Cotili. distichon quod sequitur est poëtæ, vt & primum.* n Multis quasi talobus impedita, melior lectio, *petricosa*. i. nugis impedita, meræ gerræ.

Ad Cassianum. LXIII.

a SIrenas hilarem nauigantium pœnam,
Blandasque mortes, gaudiumque crudele,
Quas nemo quondam deserebat auditas,
Fallax Vlysses dicitur b reliquisse.
Non miror: illud, Cassiane, mirarer,
c Si fabulantem Canium reliquisset.

a Quæ nauigantes hilari sopitos cantu demulcebant, trahebantque in perniciem, sunt antitheteis ceu ὀξυμωρίαι in illis, *hilaris pœna, blandas mortes. gaudium crudele.* b Obturatis sociorum auribus, se adligato nauis malo. Hom. Odyss. μ. c In tantum lepore & lasciuâ nequitiâ superat Sirenum cantus & illecebras Canius. de quo ep. 62. & 72. l. 1. & ep. 20. supra.

Ad Diadumenum. LXIV.

a QVod spirat tenera malum mordente puella,
Quod de b Corycio quæ venit aura croco:

a Qualiter fragrantem spirat odorem pomum, &c. sic ep. 9. l. 11. c. b Corycus mons Ciliciæ croco nobilis. 3. ep. lib. spectac. K. in aspersionibus theatralibus. ep. 39. l. 9. c.

Vinea quod primis floret cùm cana racemis:
Gramina quod redolent, quæ modo carpsit ouis:
Quod myrtus, quod [e] messor Arabs, quod [d] succina trita,
Pallidus [f] Eoo thure quod ignis olet:
Gleba quod æstiuo leuiter cum spargitur imbre:
Quod madidas nardo sparsa corona comas:
Hoc tua, sæue puer Diadumene, basia fragrant.
Quid, si [g] tota dares illa sine inuidia?

e Felicis Arabiæ incola, qui metit herbas & fructus odoros. d Ep.38.l.5 n. e Colorem ignis .i. rutilum immissum thus in pallidum vertit. f Ex Arabia & Orientalibus partibus. g Non malignè aut parcè, sed plenis labris & facilè?

In M. Antonium. LXV.

Par scelus admisit [a] Pharijs Antonius [a] armis:
[b] Abscidit [c] vultus ensis [d] vterque [e] sacros.
[f] Illud, laurigeros ageres cùm læta triumphos:
Hoc tibi Roma caput, cùm loquereris, erat.
Antonî tamen est peior, quàm caussa Photini:
[a] Hic facinus domino præstitit, ille [g] sibi.

a AEgyptiæ sicæ .i. Pompeio Magno occidi iusso à Photino qui hoc regi Ptolomæo suasit in gratiam Cæsaris. vide 70. ep. l. 5. b Al. *Abscidit bene.* c Capita. d Photini & Antonij. e Propter magistratus quos gesserant sacros, gloriam, bene merita, res gestas, &c. f Pompeij caput triumphales victricis Romæ lauros gessit, Ciceronis caput loquentis Romæ. ille, caput; hic, lingua vrbis. g In suam solius vindictam. in nullius gratiam.

De pigris nautis. LXVI.

Cessatis pueri, [a] nihilque nôstis
[b] Veterno, resinaque pigriores:
[c] Quorum per vada tarda nauigantes,
Lentos [d] figitis ad [e] celeuma remos.
Iam [f] prono Phaëthonte sudat [g] Aethon,
Exarsitque dies, & hora lassos
[h] Interiungit equos meridiana.
At vos tam placidas vagi per vndas
Tota luditis otium carina.
Non nautas puto vos, sed [i] Argonautas.

a Nihil potestis, habet .n. *noui* vim τοῦ *possum* Gallicè *vous ne scaues pas*. quod & Latinè *iners*. hic .a. pigritiam non artificium increpat. Lipsius legit *mô͂stis* pro *monstis*. alij *poltis*, pro *potestis*. b Ob pigritiam & lentitudinem. Turnebus vero & Lipsius Phaleucij metri gratia legendum volunt *Vetentone ásinaque pigriores*. vide Turneb. Aduers. l. 13. c. 19. vide & Annot. prior. Baptistæ Pij. c. 1. alij. *Aterno Sapique pigr.* qui Plinio amnes implentes paludem Rauennæ. & seq. *Quorum.* c Al. *Quorsum.* d Al. *tingitis.* e Clamorem & hortationem nauticam. qua se inuicem nautæ, vel illos celeustæ hortantur. vt nostris, *vla, vis,* **cheerely mates.** f A meridie sole inclinante. g Vnus è Solis equis. h Vide 6 ep. l. 2. 1. i Ludit in voce *Argonautæ*. q. d. estis pigri, inertes (quod ἀργοὶ sonat) nautæ. non heróes illi Argo vecti ad aureum vellus petendum.

Ad matronam pudicam. LXVII.

Hvc est vsque tibi scriptus matrona libellus,
Cui sint scripta rogas [a] interiora? mihi.
Gymnasium, thermæ, stadium est hac parte; recede.
Exuimur: nudos parce videre viros.

a Quæ subsequuntur. *Metaph. ab ædificijs.* interiores partes quæ à primo ingressu remotiores sunt.

Hinc

Hinc iam depoſito poſt vina, roſaſque pudore,
Quid dicat, neſcit [b] ſaucia [c] Terpſichore.
[d] Schemate non dubio, ſed apertè nominat [e] illam,
Quam recipit ſexto menſe ſuperba Venus:
[f] Cuſtodem medio ſtatuit quam villicus horto:
Oppoſita ſpectat quam proba virgo manu.
[g] Si bene te noui, longum iam laſſa libellum
Ponebas: totum nunc ſtudioſa leges.

b Sc. mero.i. ebria. ſic.n. vſurpator Iuſtino, lib. I. & II. atque Apuleio lib. 7. & 9.
c Muſa iocoſa, choris gaudens.
d Non tectè & figuratè.
e Quæ ſequenti epigr. nominatur nota a. Priapum autem matronæ Rom. (ritu ab AEgyptijs ducto, qui Iſidis iuſſu pudenda circumferebant in cultum Oſiridis cui inuento virilia defuerunt) 7. Kal. Auguſti extra portam Collinam cum pompa ad Veneris fanum ferebant, inque Deæ ſinu ponebant. vide & Annot. poſter Baptiſtæ Pij cap. 146.
f Ep. 36. l. I. h.
g Infra ep. 85.

Ad Coſconium. LXVIII.

OMnia quod ſcribis caſtis epigrammata verbis,
Inque tuis nulla eſt [a] mentula carminibus;
Admiror: [b] laudo nihil eſt te ſanctius vno:
At mea luxuriâ pagina nulla vacat,
Hæc igitur iuuenes nequam, facileſque puellæ,
Hæc ſenior, ſed quem torquet amica, legat:
At tua Coſconi, venerandaque, ſanctaque verba
A pueris debent, virginibuſque legi.

a Sine qua tamen non poſſunt placere &c. vt. ep. 36 l. I.
b Ironicè.

Ad Ceruinum. LXIX.

[a] MOechus es Aufidiæ, qui vir Ceruine fuiſti.
Riualis fuerat qui tuus, ille vir eſt.
Cur aliena placet tibi, quæ tua non placet vxor?
[b] Numquid ſecurus non potes arrigere?

a Ceruinus vxorem Aufidiam per faſtidium repudiuerat nuptam poſtea illi, qui fuerat eius mœchus, deperibat.
b Aliena ſc. & vetita placent: propria & licita ſpernuntur.

In Næuolum. LXX.

MEntula cùm doleat puero, tibi Næuole culus:
Non ſum diuinus, ſed ſcio [a] quid facias.

Immò, quid patiaris.

Ad Lauſellam. LXXI.

VIs futui, [a] nec vis mecum Lauſella lauari:
Neſcio quod magnum ſuſpicor eſſe nefas.
Aut tibi [b] pannoſæ pendent à pectore mammæ:
Aut ſulcos vteri prodere nuda times:
Aut infinito lacerum patet [c] inguen hiatu,
Aut aliquid cunni prominet ore tui,
[d] Sed nihil eſt horum. credo, pulcherrima nuda es.
Si verum eſt, vitium peius habes, [e] fatua es.

a Supra ep. 50.
b Pannuceæ, laxæ, rugoſæ.
c
d Quòd ſi nihil horum ſit, ſed nuda pulchra ſis, &c.
e Inſulſa, nullo lepore meretricio inſtructa, ep. 61. l. II. g.

In Phœbum. LXXII.

[a] DOrmis cum pueris mutoniatis,
Et non stat tibi Phœbe, quod stat illis.
Quid vis me, rogo Phœbe, suspicari?
[b] Mollem credere te [b] virum volebam:
Sed [c] rumor negat esse te [d] cinædum.

a Ep. 24.l.1. b Cinædum. c Verbum hoc malè olet Paronomasiam obscænam. ep. 72.l. 2. 2. d Pathicum potius, vel φοινικίζοντα.

In Gargilianum. LXXIII.

[a] PSilothro faciemque [b] lauas, & [a] dropace caluam.
[c] Numquid tonsorem Gargiliane times?
[d] Quid faciem tingis? nam certè non potes illos
[e] Resina, [f] Veneto nec resecare luto.
Desine, si pudor est, miseram [g] traducere caluam,
Hoc fieri [h] cunno Gargiliane solet.

a Ep. 29.l. 2.g. b Alij leg. *Psilothro faciem leuas*. i. leuigas. c Scopticè. An tu forte tonsorem metuis, quod fecit Dionysius tyrannus? referente Cicerone 2. Offic. & Tusc. quæst. 5. d Pulchrè, ex veterum more præbendi vngues tonsori resecandos. Fr. Modius emendat *Quid facient vngues? nam &c.* epist. 109. Nouantique lect.. e Dropace vel psilothro ad depilandum ex resina. f Quod aceto mistum adhibebatur ad psilothrum. g Reddere infamem & malo rumori obnoxiam. vide ep. 4. lib. spectac. a. h Cuius vicem & caput tui φοινικίζοντος supplere hinc suspicio est.

In Lupercum. LXXIV.

STare Luperce tibi iam pridem mentula [a] desit:
Luctaris demens tu tamen arrigere.
Sed nihil erucæ faciunt, bulbique salaces;
[b] Improba nec prosunt iam satureia tibi.
Cœpisti puras [c] opibus corrumpere buccas:
Sic quoque non viuit sollicitata Venus.
Mirari satis hoc quisquam, vel credere possit,
[d] Quæ non stat, magno stare Luperce tibi?

a Desit. b Salax, venerem languidam irritans. Βολβὸς καὶ κοχλίας καὶ ᾠὸν καὶ τὰ ὅμοια δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικά, διὰ τὸ ὁμοειδεῖς ἔχειν τὰς πρώτας φύσεις, καὶ τὰς αὐτὰς δυνάμεις, &c. Athenæus. l 2. c. 23. c Lips. 6. epist. 5. lib quæst. epist. legit *Opicas* quasi sit sell. — præplacet vulgata lectio, quam astruit in vltimo versu, *magno stare*. d Iocum quærit ab ambiguo τοῦ *stare*. prius obscœnum signif. posterius *constare*.

In Bassum. LXXV.

ARrigis ad vetulas, fastidis Basse puellas:
Nec formosa tibi, sed [a] moritura placet:
Hic, rogo, non furor est, non est hæc mentula demens?
Cùm [b] possis [c] Hecubam, non potes [d] Andromachen.

a Capularis anicula & morti vicina. b Supra ep. 31. c Vetulam. d Iuniorem.

In Bæticum. LXXVI.

NEc mullus, nec te delectat Bætice turdus:
Nec lepus est vnquam, nec tibi gratus aper.

Nec

Nec te liba iuuant, nec [a] sectæ quadra placentæ.
[b] Nec Libye mittit, [c] nec tibi Phasis aues.
Capparin, & putri cepas [d] alece natantes,
Et pulpam [e] dubio de petasone voras:
Teque iuuant [f] gerres & pelle [g] melandrya cana
[h] Resinata bibis vina, Falerna fugis.
Nescio quod stomachi [i] vitium secretius esse
Suspicor. vt quid enim Bætice [k] saprofagis?

a In quadrata frusta secabantur placentæ ep. 73. lib. 6. a. b Nec tibi sapit auis Numidica —— c —— Nec phasiana. supra ep. 57. q. d Liquamine salso ex alece. e Semiputido. f Minuta salsamenta è locustarum gene.e. Plin. cap. vlt. 32. lib. g Pars thynni vilissima. Plin. 9. l. c. 15. sed Athenæo salsamenta ex thynnis maximis. 3. l. 33. c. h Corrupta & olentia picem vasis. i lingendi sc. vel soll. —— k σαπροφαγεῖς putrida edis?

Ad Paullinum. LXXVII.

MInxisti currente semel, Paulline, carina.
Meiere vis iterum, iam Palinurus eris.

Per iocum ominatur futurum vt, qui prius lapsus fuerit, submergatur si iterum minxerit, atque ex Paullino fiat Palinurus alter, qui AEneæ nauis gubernator, notus ex 5. AEneid. Virg. ludit. a. in nomine quod deducit ex πάλιν rursum & οὐρεῖν meiere.

Ad Sertorium. LXXVIII.

REm peragit nullam Sertorius, inchoat omnes.
Hunc ego cum futuit, non puto perficere.

Ad Apicium. LXXIX.

DE nullo quereris, nulli [a] maledicis Apici:
[b] Rumor ait, linguæ te tamen esse malæ.

a Ep. 61. l. 2. b Ep. 72. l. 2. a.

In Bæticum. LXXX.

QVid cum fœmineo tibi Bætice [a] Galle, [b] barathro?
Hæc debet [c] medios lambere lingua viros.
[d] Abscissa est quare Samia tibi mentula testa,
Si tibi tam gratus, Bætice, cunnus erat?
[e] Castrandum caput est: nam sis licet inguine Gallus,
Sacra tamen [f] Cybeles decipis ore. vir es.

a Qui sacerdos es Cybeles euiratus. b Ἀΐδοῖς. c Ep. 71. l. 6. 2. b. d Ep. 45. l. 2. Plin. l. 35. c. 12. e Es enim impuri oris & malæ linguæ. f Ego legerim, *Cyb. decipis, ore vir es.* sic lib. 11. ep. 62. *mæchus ore Mamæus.*

In Zoilum. LXXXI.

COnuiua quisquis Zoili potest esse,
[a] Summœnianas cœnet inter vxores,
[b] Curtaque Ledæ [c] sobrius bibat testa.
[d] Hoc esse leuius, puriusque contendo,

a Prostibula, meretrices, ep. 35. l. 1 e. b Ep. 93. l. 1. c. c Quod maioris est turpitudinis quam si ebrius faceret. d Cœnare apud summœnianas lupas.

Iacet

Iacet occupato [e] galbanatus in lecto:
[f] Cubitis trudit hinc, & inde conuiuas,
Effultus ostro, sericisque puluinis.
Stat [g] exoletus, [h] suggeritque ructanti
Pinnas [i] rubentes, [k] cuspidesque lentisci;
Et æstuanti tenue ventilat frigus
Supina [l] prasino concubina flabello;
Fugatque muscas myrtea puer virga.
[m] Percurrit agili corpus arte tractatrix,
Manumque doctam spargit omnibus membris.
[n] Digiti crepantis signa nouit eunuchus,
Et delicatæ [o] sciscitator vrinæ
Domini bibentis ebrium regit penem.
At ille retro flexus ad [p] pedum turbam
Inter catellas anserum [q] exta lambentes
Partitur apri [r] glandulas [s] palæstritis,
Et concubino turturum nates donat:
[t] Ligurumque nobis saxa cùm ministrentur
Vel [u] cocta fumis musta Massilianis:
[x] Opimianum morionibus nectar
[y] Chrystallinisque, [y] myrrhinisque propinat:
Et [z] Cosmianis ipse 1 fusus 1 ampullis,
Non erubescit 2 murice aureo nobis
Diuidere mœchæ pauperis 3 capillare.
4 Septunce multo deinde perditus stertit:
Nos accubamus, &, silentium ronchis
Præstare iussi, 5 nutibus propinamus.
Hos 6 Malchionis patimur improbi fastus;
Nec vindicare Ruse possumus; 7 fellat.

e Ep 97. l. 1. i.
f In medio lecti loco positus, vt laxius recumberet, & ne vestes disturbarentur.
g Minister, puer path.
h Pinnis ori inditis stomachum repletum prouocare ad vomitum solebant hi gulones. Sueton. Claud. c. 33.
i Phœnicopteri pennas in hoc negotium adhibuisse videtur.
k Dentiscalpia. 22. ep. 14. l.
l Viridi.
m Fricat. vide epist. Sen. 66.
n Matellam poscentis, quod significabatur crepitu digiti. ep. 89. l. 6. & 14. l. 119. ep.
o Al. *suscitator*.
p Puerorum qui ad pedes stant. ep. 23. supra.
q Quæ pinguibus farta ficis erant Romanis in delicijs. sed hæc ille catulis, velut in contemptum conuiuarum.
r Quæ iuxta ceruicem apri callosæ materiæ.
brawny kernels.
s Lipsius legit *Palæstrita* & refert ad *apri* ex Varronis lib. 3. non probo. alij intelligunt seruos palæstritas, vt supra ep. 57. Cum vero molles hîc enumeret Zoili ministros, pueros exoletos, concubinas, moriones, &c. quid si intelligamus *depilatores*? sic enim eos Persius appellat Sat. 4. v. 39. *Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant.* t Vina tenuia & vilia in sterili & saxoso Liguriæ solo nata. u Austera vina è Massilia fumo maturata. vide ep. 36. l. 10. c. x 27. ep. 1. l. e. y Poculis. l. 13. ep. 121. & 113. z Vnguento à Cosmo myropolâ confecto plenis. 1 Largam innuit copiam cui versus seq. ἀντίθετον 2 Concha muricis, aurei coloris, vel inaurata. parca satis. *non fundit capacibus Vnguenta de conchis*, vt ait Horat. Ode 7. l. 2. 3 Vnguentum ad capillos vngendos, quali vtebantur vel pauperrimæ mœchæ, 4 Multis cyathis septem sextarij partes capientibus. 5 Non prolato eius nomine cui propinamus; sed nutibus inuicem. 6 Mollis Zoili, à μαλακὸς. 7 Atque adeo nos mordicus vlcisci potest. infra ep. 96. b.

—*In Coclitem.* LXXXII.

VT faciam breuiora mones epigrammata, Cocles,
[a] Fac mihi quod Chione. non potui breuius.

a Vide quam te vtar breuitatis magistro? nec potui paucioribus verbis notare te vitii fellandi; non melius, non tectius, quàm conferendo te cum Chione. infra ep. 86. & 93.

In Tongilionem. LXXXIII.

QVid narrat tua mœcha ? non puellam
Dixi, Tongilion. quid ergo ? [a] linguam.

a Quæ λείχουσι καὶ μύζουσι patitur quod mœcha. sic ep. 62. l. 11. *mœchus ore Mameius.* verbum etiam *narrat* linguæ impuritatem innuit.

Ad maritum. LXXXIV.

QVis tibi persuasit nares abscindere mœcho ?
[a] Non hac peccatum est parte marite, tibi.
Stulte quid egisti ? nihil hîc tua perdidit vxor,
Cùm sit salua tui mentula [b] Deiphobi.

a Eiusdem argumenti cum ep. 83. l. 2. vide & 60. ep. l. 2.
b Alludit ad Deiphobum Virgilij. AEn. 6. v. 454. *Lacerum crudeliter ora, Ora manusque*, &c.

Ad castam matronam. LXXXV.

[a] NE legeres partem lasciui casta libelli,
Prædixi, & monui : tu tamen ecce legis.
Sed si [b] Panniculum, si spectas [c] casta [b] Latinum,
Non sunt hæc mimis improbiora : lege.

a Supra ep. 67.
b Mimum ep. 5. l. 1. d. & 72. 2. l. b.
c Absque iactura vel diminutione honoris aut castitatis.

In Chionem. LXXXVI.

[a] NArrat te [b] rumor, Chione, nũmquam esse fututã,
Atque nihil cunno purius esse tuo.
[c] Tecta tamen non hac, qua debes, parte lauaris.
Si pudor est, transfer subligar in faciem.

a Modo ep. 85.
b ep. 72. l. 2.
c Si subligari tegas inferiora præ pudore, cur non potius os tegis ? namque hac parte *rumor* est te peccare μύζειν. *in voce rumor latat vlcus Paronomasticon.*

In fratres fellatores. LXXXVII.

SVnt gemini fratres, [a] diuersa sed inguina lingunt.
Dicite, dissimiles sint magis, an similes ?

a ὁ μὲν τὰ τῆς γυναικὸς λείχει, ὁ δὲ τὰ τοῦ ἀνδρὸς μύζει.

Ad Phœbum. LXXXVIII.

VTere lactucis, & [a] mollibus vtere maluis:
[b] Nam faciem, durum, Phœbe cacantis habes.

a Quæ ventrem soluant, vnde & nomen à μαλάσσω. nisi forte à מלוח herba syluestri. vide ep. 48. l. 10. b Detortum forte hoc in Vespasianum qui erat vultu velut nitentis! Sueton. 8. l. 20. c.

De Galla. LXXXIX.

VVlt, non vult dare Galla mihi: nec dicere possum,
Quod vult, & non vult, quid sibi Galla velit.

Vult habet obscœnam significationem vt *possum* ep. 32. & 75. supra. *Vel vult* dare sui copiam sed non vult dare mercedem, cùm deformis non mereatur gratis — vide ep. 74. l. 7. vide etiam an hoc ex inconstantiâ Gallæ, vt ep. 25. l. 2. Aduerte & Polyptot. τοῦ *velit*.

De

De Misitio XC.

CVm peteret patriæ Misitius arua Rauennæ,
[a] Semiuiro Cybeles cum grege iunxit iter.
Huic comes hærebat domini [b] fugitiuus Achillas,
Insignis forma nequitiáque puer.
Hoc [c] steriles sensere viri: qua parte cubaret,
Quærunt; sed tacitos sensit & ille [d] dolos.
[e] Mentitur, credunt: somni post vina petuntur:
Continuò [f] ferrum noxia turba rapit,
Exciduntque senem, [g] spondæ qui parte iacebat;
Namque puer [h] pluteo vindice tutus erat.
Suppositam, fama est, quondam pro [i] virgine ceruam,
At nunc pro [k] puero mentula supposita est.

a Sacerdotibus Cybeles euiratis; Gallis.
b Qui fugerat à domino.
c Galli, sacerdotes castrati.
d Voluisse illos ipsum execare.
e Dicit se in alia parte lecti quam quo dormiebat, dormiturum, in spondæ sc. parte.
f Suprà 80. ep. d.
g Qua dixerat puer se cubiturum.
h Ab ea parte lecti qua erat pluteus.
i Iphigenia, cuius immolandæ loco Diana eius miserta ceruam substituit. k Valde placet lectio ser no vt opponatur τῇ præcedenti *ceruam. Cerui* autem dicti serui nequam & fugitiui, qualis fuit hic Achillas. vide Palmerij spicilegia.

Ad Gallam. XCI.

VT patiar [a] mœchum, rogat vxor, Galle; sed [a] vnum.
Huic ego, non [b] oculos eruo Galle [b] duos?

a 90. ep. 6. l.
b Ep. 93. l. 1. g. ludit autem in Auxesi ab *vno* ad *unos*.

In Vetustinam. XCII.

[a] CVm tibi trecenti consules Vetustina,
[b] Et tres capilli, quatuorque sint dentes,
Pectus cicadæ, crusculumque formicæ:
Rugosiorem cùm geras [c] stola frontem,
Et aranearum cassibus pares mammas:
Cum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus angusta,
Meliusque ranæ garriant [d] Rauennates,
Et [e] Adrianus dulcius culex cantet,
Videasque quantum noctuæ vident mâne,
Et illud oleas, quod [f] viri capellarum,
Et anatis habeas [g] vropygium macræ,
[h] Senemque Cynicum vincat osseus cunnus:
Cùm te lucerna balneator [i] exstincta
Admittat inter [k] bustuarias mœchas,
[l] Cùm bruma mensem sit tibi per Augustum,
[m] Regelare nec te pestilentia possit:

a Cum numeres 300. vel 150. annos ætatis, namque Romanis annorum ratio à pari Coss. singulis annis creato. est. a. hyperbole vt hîc pleraque.
b Sic ep. 20. l. 1. & 2. l. ep 41. & l. 12. ep. 7.
c Matronarum veste exteriori in multas plicas rugata.
d Supra ep. 55.
e In Adria, quæ Romanorum colonia in Piceno. Plin. 3. l. 13. c.
f Hirci.
g ὀρροπύγιον, seu ὀρροπύγιον, extremitatem vertebræ, the rumpe.
h Macie & squalore, sordidi quippe & macilenti fuerunt Cynici. i Vilissima scorta admittebantur extinctis lucernis in balnea. quo & se non raro conferebant aucupij gratia. k Vide ep. 35. l. 1. g. l Cùm eo vsque tibi extinctus sit naturalis calor vt vel anni parte calidissimâ frigeas. m Nec frigiditatem tuam ardentissimus ille morbus possit regelare. sic Seneca 68 epist. *Iam ætas mea contenta est suo frigore, vix media regelatur æstate.* & Iuuen. 10. Sat. 218. v. *Febre calet solâ.*

Gaudes

[n] Gaudes ducentas nuptum ire post mortes,
Viuumque demens [o] cineribus tuis quæris
Prurire. quid [p] sarrire si velit saxum?
Quis coniugem, quis te vocabit vxorem,
[q] Philomelus auiam quam vocauerat nuper?
Quòd si cadauer exigis tuum scalpi:
[r] Sternatur Acoride triclinio lectus,
[s] Thalassionem qui tuum dicet solus,
[t] Vstorque tedas præferat nouæ nuptæ:
Intrare in istum sola fax potest cunnum.

n Al. *Audes ducentas nupturire post mortes*. maritorum sc. hyperbolicè.
o Qui libidine pruriat in te quæ iam nihil aliud es quàm cadauer. *vne charogne.*
p Te saxeam exercere. ep. 32. supra.
q Et ipse senex, quem maritorum supremum extulisti.
r Ios. Scal. 2. l. c. c. 4. Auson. lect. emendat. *Sternatur à Coricle clinico lectus.* q. d. Sandapila tibi conueniet magis quam lectus genialis. Alij leg. *Sternatur à Coride in triclinio lectus* sc. feralis.
s Ep. 36. l. 1. d.
t Magis conuenit huic ætati tuæ fax vstoris qui pyrám struat & accendat; quàm teda nuptialis ab Hymeneo vel pueris prælata in nuptijs.

In Rufum. XCIII.

ESse negas coctum leporem, poscisque flagella.
Mauis Rufe coquum scindere, quàm leporem.

Vide ep. 13. & 23. supra.

In Næuolum. XCIV.

NVmquam [a] dicis aue, sed [a] reddis Næuole semper,
Quod prior & [b] Curius dicere sæpe solet.
Cur hoc exspectas à me? rogo, Næuole dicas:
Nam puto nec melior Næuole, nec prior es.
[c] Præmia laudato tribuit mihi Cæsar [d] vterque,
[c] Natorumque dedit iura paterna trium.
Ore legor multo, notumque per oppida nomen
[e] Non exspectato dat mihi fama rogo.
Est & in hoc aliquid: vidit me Roma [f] tribunum,
[g] Et sedeo qua te suscitat Oceanus.
[h] Quot mihi Cæsareo facti sunt munere ciues;
Nec famulos totidem suspicor esse tibi.
Sed pædicaris: sed pulcrè Næuole ceues.
Iam iam [i] sic prior es Næuole. vincis. aue.

a Qui prior salutabat, videbatur se inferiorem fateri salutato.
b vel è nobilissimis aliquis
c Ep. 91. & 92 l. 2.
d Titus & Domitianus.
e Mihi viuo. vt ep. 1. l. 1.
f Honorarium nempe, vt & equitem, ex munere Cæs. non censu.
g Et intra 14. gradus sedeo spectator, vnde te non equestrem excitant Oceanus & Lectius designatores qui disponendis ordinibus in theatro præerant. ep. 26. l. 5. & 9. ep. 6. l.
h Pluribus impetraui á Cæs. ius ciuitatis, quàm tu habes famulos.
i Non honore prior es sed loco, dum inclinaris. *signore fi.*

In Gargilium. XCV.

LIngis, non fututis meam puellam.
Et [a] garris quasi mœchus, & fututor.
Si te prendero Gargili, [b] tacebis.

a Verbis præ te fers esse re-
b Neque enim sermoni vacabit lingua turpi ministerio versata. vel tibi morigero obstruetur os. vt ep 47. l. 2. c.

Ad Rufum. XCVI.

NE legat hunc Chione, mando tibi Rufe libellum,
[a] Carmine læsa meo est? [b] lædere & illa potest.

a Supra ep. 34. 82. 86.
b Ep. 81. supra, nota 7.

—— In Sabellum. XCVII.

SIt culus tibi quàm macer, requiris?
[a] Pædicare potes, Sabelle, culo.

a Præ macie in tantum prominet ὀῤῥοπύγιον modo ep. 92. g.

Ad cerdonem. XCVIII.

IRaſci noſtro non debes cerdo libello.
[a] Ars tua, non vita eſt [a] carmine læſa meo.
Innocuos permitte ſales. cur ludere nobis
Non liceat, licuit ſi [b] iugulare tibi?

a Supra ep. 16. & 58.
b Munera edere, & verſo pollice vulgi quemlibet occidere familiariter.

Ad Rufum. XCIX.

[a] CVrſorem ſexta tibi Rufe remiſimus hora,
Carmina quem madidum noſtra tuliſſe reor.
Imbribus immodicis cœlum nam fortè ruebat.
[b] Non aliter mitti debuit iſte liber.

a Supra ep. 47. o.
b Extenuat carmina ſua, quaſi digna ſint litura ſic ep. 59. l. 9 & ep. 10. l. 4. & forte 6. ep. 1. l.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON.
LIBER IIII.

De natali Domitiani. I.

CÆSARIS [a] alma dies, & [b] luce ſacratior illa,
Conſcia [c] Dictæum qua tulit Ida Iouem,
Longa precor, [d] Pylióq; veni numeroſior æuo,
Semper & [e] hoc vultu, vel meliore nite.
[f] Hic colat Albano Tritonida [g] cultus in [h] auro,
Perque * manus tantas plurima [i] quercus eat.
[k] Hic colat ingenti redeuntia ſecula luſtro,
Et [l] quæ Romuleus ſacra Terentus habet.
Magna quidem ſuperi petimus, [m] ſed debita terris.
[n] Pro tanto quæ ſunt improba vota deo?

a Natalis Domitiani, qui 9. Kal. Nouemb. Sueton. 1. c. Dom.
b Iouis natali ſacratior. *Adulatoriè.*
c In Idam Cretæ montem vel ipſa Rhea ſeceſſiſſe, vel filium Iouem clam alendum Curetibus & nymphis tradidiſſe fingitur, ne à patre Saturno παιδοτρώκτῃ vorarctur. eſt & Dicte mons Cretæ.

d Numeroſior quàm Neſtori ſuus natalis. e Feliciter vt nunc, vel etiam felicius. f Domitianus diu celebret annua Mineruæ (quam ſuperſtitioſè coluit) quinquatria, quæ ipſe inſtituit in aruo Albano. vide Sueton. Domit. 4. c. g Redimitus auro, vel & ipſe Deus ac Dominus, ſic. n. ſe coli voluit. alij leg. *multus*. i. aſsiduus, occupatus. h Sunt qui *aruo* malint. ego retinuerim *auro* retulerimque ad auream coronam qua redimitus Dom. certaminibus poetarum & Oratorum, ſcenicisque ludis præſidebat atque —— i —— Victores ornauit coronis quernis. ep. 54. infra & ep. 82. l. 8. & Iuuen. 6. ſat. v. 386. * Cæſ. Domitiani. cuius manum ep. 8. infra vocat *Ingentem*. k Dom. celebret ludos ſeculares. (vide Sueton. 4. c. Domitian. & Cenſorinum de die natali) qui centeſimo quoque anno celebrabantur. quod longum appellat luſtrum, quod proprium eſt quinque annorum, reſpicit item cenſuram quam aſſumpſit ſibi Domitianus. Suet. 8. c. cenſoris autem erat condere luſtrum. l Sacra quæ fiebant ad aram Ditis in campo Martio, ludis ipſis ſecularibus. Val. Max. l. 2. c. 4. vide Ang. Politiani Miſcellan. 58. c. vide ep. 63. l. 10. d. m Sub huius imperio. qui non pauca ſtruxit templa, multa refecit. n Nullæ preces iniquæ, nullæ non probandæ quæ pro Deo & Domino noſtro Domitiano ſuſcipiuntur.

In

De Horatio. II.

SPectabat modò solus inter omneis
Nigris [a] munus Horatius lacernis,
Cùm plebs, & [b] minor ordo, [c] maximusque
[d] Sancto cum duce [e] candidus sederet.
Toto nix cecidit repentè cœlo:
[f] Albis spectat Horatius lacernis.

a Fortè naumachias, quas inter maximos imbres exhibuit Domit. 4. c. Sueton.
b Equestris.
c Senatorius.
d Quia summo magistratu: quia pro Deo se haberi voluit: quia æquus (vt poëtæ placet) princeps. e Albati sedebant omnes in ludis. ep. 137. l. 14.
f Dubio procul iniquè tulerunt Dij pullatum assedisse ludis à Dom. editis Horatium, atque adeo subitâ niue perpluisse hominem vt albatus cæteris assimilaretur.

De Niuibus. III.

ADspice quàm densum [a] tacitarum [b] vellus aquarum
Defluat in vultus Cæsaris, inque sinus.
[c] Indulget tamen ille Ioui, nec vertice moto
[d] Concretas pigro frigore [e] ridet [d] aquas,
[f] Sidus Hyperborei solitus lassare [g] Bootæ,
Et madidis [h] Helicen [i] dissimulare comis.
[k] Qui [l] siccis lasciuit [l] aquis, & ab æthere ludit,
[m] Suspicor has pueri Cæsaris esse niues.

a Quæ nullo strepitu ingruunt, vt grando & imber.
b Niuem Græci vocant ἐριώδες ὕδωρ. Arnob. 2. 11. *plumeas crustulas & niues plumeas.* *Qui dat niuem sicut lanam.* Psaltes.
c Dom. tamen vt plenè operaretur nec ludos hosce in Iouis fortè honorem institutos impediret, sustinuit sub ningente Ioue, i. aëre permanere. sic Sueton. Dom. c. 4. d Niues. Periphrasis Philosophica. e Heraldus hunc locum suspicatur, & legit vel *Reicit* pro *reÿcit.* vel *ne vert. mo. Conc. pi. fr. tardet aquas.* retineo tamen *Rides* & expono *non curat* vt infra ep. 19. n. f Qui vel à puero (namque penè puer contra Cattos, & postea Sarmatas ac Dacos depugnauerat. Sueton. 2. c. Dom.) didicerat tolerare immo patientiâ fatigare frigus sub gelido Septentrione. g Sideris quod Vrsam maiorem insequi videtur. qui & Arctophylax. è 20. stellis. h Frigus, imbres, niues Boreales, quâ sita est Helice vrsa maior, è 27. stellis. i Præ se ferre non commoueri. k Heraldus legit *Quis,* &c? interrogatiuè. l Niue, ex aquis concretâ. m Adulatoriè innuit niues has immissas à puero Domitiani, quem tulerat ex Domitia Augustâ, nuper extincto & in Deorum album relato.

❡ In Bassam. IV.

[a] QVod siccæ redolet palus lacunæ,
[b] Crudarum nebulæ quod Albularum,
* Piscinæ vetus aura quod marinæ,
Quod pressa piger hircus in capella,
[c] Lassi [d] bardiacus quod [e] euocati,
Quod [f] bis murice vellus inquinatum,
Quod [g] ieiunia sabbatariorum,

a Vide huiusmodi hyperbolicas collationes, ep. 93. l. 6. Anthol. l. 2. c. 14.
b Tetrum vaporem & mephitim ex sulfureis aquis exhalantium: quasi non bene à solis radijs concoctarum. ep. 13. l. 1. c.
* E balnei piscina quæ aquæ fœtentis est, & quasi marinæ. Augustin. princip. Dialect. c. 6.
c Longâ militiâ & prouectâ ætate. Iunius legit *Lazi* qui Scythiæ pop. d Hirsuta & pinguis lacerna Gallica, bardocucullus, quo vtebantur milites. Turnebus legit *Bardaicus* &c. quem vide l. 23. c. 4. grauis autem illi odor ab excubijs castrensibus. e Veterani & emeriti militis, qui expletis stipendijs, gratiâ tamen vel mercede euocabatur ad militiam. f *Vestes murice olidas.* dixerat ep. 50. l. 1. à lotio fortasse quo temperabatur purpura. quod innuere videtur Plin. 9. l. 39. c. & hoc nomine Philænim purpureis delectatam vestibus, arguit 9. l. 63. ep. vitij non absimilis illius quod Bœtico obijcit 76. ep. 3. l. g Iudæi sabbata religiosissimè colebant & dies septimanæ à sabbato numerabant. fœtentes eos appellat Am. Marcellinus 2. l. ieiunia quidem religiosiùs obseruabant. ieiunis autem non raro fœtet anima, vt & —

[h] Mæstorum quod anhelitus reorum,
Quod spurcæ [i] moriens lucerna [k] Ledæ,
Quod [l] ceromata fæce de Sabina,
Quod vulpis [m] fuga, viperæ [n] cubile,
[o] Malles, [p] quam quod oles, olere Bassa.

h Quibus curâ & solicitudine auocatur stomachi calor, quo minus coquatur cibus. i Dum extinguitur aut moritur. the snuff. k Al. tedæ quod non probo. retineo *Ledæ*. i. meretricis vt l. 3. 81. ep. prostabant, a. meretrices ad lucernas. Hor. 7. sat. 2. l. Iuuen. 6. sat. v. 132. l Vnguenta ex luto & oleo ep. 57. l. 3. n. 4. ceu amurca olei Sabini, quæ male olebant. m Lotium a vulpe fugiente in canes vrgentes fusum. n Quod & male olet. o Ego legerim, *Mallem, quam* &c. p Illa omnia à corruptione, tu ab interno, nec nominando vitio grauecolentiam hanc contraxisti.

¶ *Ad Fabianum*. V.

[a] VIr bonus & pauper, linguaque & pectore verus,
Quid tibi vis, vrbem qui Fabiane petis?
Qui nec leno potes, nec [b] comissator haberi,
[c] Nec pauidos tristi voce citare reos:
Nec potes vxorem cari corrumpere amici:
Nec potes algentes [d] arrigere ad vetulas:
[e] Vendere nec vanos circa Pallatia fumos:
Plaudere nec [f] Cano, plaudere nec [g] Glaphyro.
Vnde miser viues? [h] homo fidus, certus amicus.
[i] Hoc nihil est: [k] numquam sic Philomelus eris.

a Vide ep. 38 l. 3. b Gulo immodicus & popino. c Nec fungi officio præconis. d Quæ *optima summi Nunc via processus*, &c. Iuuen. 1. Sat. 39. v. e Principis beneuolentiæ spem pretio vendere, quod faciunt aulici commendationis officia ementiti. vide Lamprid. in vita Heliogabili de Zotico & in vita Alex. Seueri de Thurini Voconij supplicio. f Choraulæ, nec g Citharœdo, qui tum in pretio. ep. 4. 3. l. h *Ex persona Fabiani*. i *Poeta resp.* k Ex honestis artibus nunquam attinges censum Glaph. citharœdi. ep. 4. l. 3.

In Massilianum. VI.

CRedi virgine castior pudica,
Et frontis [a] teneræ cupis videri,
Cùm sis improbior, Massiliane,
[b] Quàm qui compositos [c] metro Tibulli,
[d] In Stellæ recitat domo libellos.

a Non perfrictæ, sed, qualis teneræ est ætatis, integræ, castæ, pudicæ. b Quàm nescio quis recitator elegiarum sunt qui hîc perstringi putant Arginum Stellæ puerum. de quo ep. 14. 7. l. sed non verisimile. c Elegiaco. vel puro Iambico quo Tibullus Priapeia quædam scripsit. d Recitari in alienis ædibus conductis vel commodatis solitum est. *Maculonus commodat ædes*. Iuuen. 7. Sat.

Ad Hylam. VII.

CVra [a] here [b] quod dederas, hodie puer Hyle negasti?
Durus tam subitò, qui modò mitis eras?
Sed iam caussaris [c] barbamque, [c] annosque, [c] pilosque.
O nox quàm longa es, quæ facis vna senem!
Quid nos derides? here qui [d] puer Hyle fuisti,
Dic nobis, hodie qua ratione [e] vir es?

a Heri ep. 44 l. 1. 2. b Tui copiam. c Quæ te ementum reddiderint. d Patiendo. e Faciendo. vt ep. 42. infra.

Ad Euphemum. VIII.

a PRima b salutantes, atque altera continet b hora,
c Exercet raucos tertia caussidicos.
In quinctam d varios extendit Roma d labores.
e Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam f nitidis octaua palæstris,
Imperat g exstructos frangere nona toros.
h Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum,
Temperat i ambrosias cùm tua cura dapes.
Et bonus æthereo laxatur i nectare Cæsar,
k Ingentique tenet pocula parca manu,
l Tunc admitte iocos: m gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

a Prima quæ illucescentem excipit diem artificialem, & secunda.
b Clientes salutantes patronos. Iuuen. 1. sat. v. 127.
b Inæqualis, planetaria.
c Tertiâ aguntur caussæ.
d Suas quisque occupationes.
e Interiungunt qui lassi sunt sextâ, opus resumpturi septimâ finiendum.
f Exercitationibus & balneis. quorum, æstate, octaua; hyeme, nona erat hora. Plin. 3. l. 1. e.
g Lectos sternere, & toros compositos disturbare ijs insidendo. i. cœnare. nona quidem, æstate: hyeme, decima. h Saturis & mero iam incalescentibus lectitare inter pocula vsitatum. petit itaque poëta ab Euphemo mensæ Domitiani modiperatore vel extructore, vt oportuno hoc tempore sua carmina Imperatori offerat. i Deum insinuat Domitianum, adulatoriè, vinum illi & dapes Deorum attribuens. k Cæsareâ, diuinâ. & ἀντίθετον τῷ *parca*. i. modica. & Domitianum palpat, quasi parcè biberet. l Hæc hora est & tempus legendi iocosorum carminum. ep. 19 l. 10. q. m Veretur iocosa mea florida & conuiuijs apta musa liberè aggredi diuinum Imperatorem rebus serijs & grauibus occupatum matutino tempore, & ante cœnam.

In Fabullam. IX.

SOtæ filia Clinici, Fabulla,
Deserto sequeris Clitum marito,
Et donas, & amas, ἔχεις ἀσώτως.

Pater tuus ex re nactus est nomen Sotam, vt qui alios ad salutem arte sua restituerit. vide quàm tu degeneres à patre, quæ deserto marito mœchum sequuta ἀσώτως ἔχεις, & salute tua neglectâ te is perditum, quid sit ἄσωτος docet Aristot. 4. Ethic. Nicom. r. c.

Ad Faustinum. X,

DVm nouus est, a neq; adhuc rasa mihi frōte libellus
Pagina dum tangi non bene sicca timet:
I puer, & caro perfer leue munus amico,
Qui meruit b nugas primus habere meas.
Curre, c sed instructum comitetur pumice librum
Spongia: muneribus conuenit illa meis.
Non possunt nostros multæ, Faustine, lituræ
Emendare iocos: d vna litura potest.

a Nondum pumice leuigatus. 1. lib. 75. ep. l.
b Carmina hæc mea. *modestè*.
c Vt vel probatum pumice polias, vel damnatum spongiâ deleas. alij lib. habent *Curre sed instructus, comitetur Punica librum Spongia*: vnn Fr. Mod epist. 109. Nonnetiqu. lect.

d Emendationi libri mei melius consules cuncta simul delendo, quam singula corrigendo. primas autem meditationes membranis codicillis ac pugillaribus veteres inscribebant, quas correctas in chartas transcribebant vel improbatas spongiâ delebant. vnde iocosè Augustus respondit tragœdiam suam Aiacem *in spongiam incubuisse*. Sueton. c. 85. August. Σπόγγος, [illegible] γραφίδος.

In Ant. Saturninum. XI.

[a] DVm nimium vano tumefactus nomine gaudes,
Et [b] Saturninum te pudet esse miser:
Impia [c] Parrhasia mouisti bella sub vrsa,
Qualia [d] qui [e] Phariæ coniugis arma tulit.
[f] Exciderat ne adeò fatum tibi nominis huius,
Obruit Actiaci quod grauis ira freti?
[g] An tibi promisit Rhenus, quod non dedit illi
Nilus, & [h] Arctois plus licuisset [h] aquis?
[i] Ille etiam nostris Antonius occidit armis:
Qui tibi collatus, perfide, Cæsar erat.

a L. Antonius Saturninus Domitiani sæuitiâ & verborum iniuriâ (vt scribit Aurelius Victor) accensus bellum ciuile in Germania superiori cui præsidebat mouit, captus postea fuit & interfectus, arguit ipsum poëta ab vtriusque nominis omine id molitum fuisse; vtrumq; verò mali ominis & lethale extitisse.
b Antonius esse vis, non Saturninus. orbis totius Imperium affectas, pudet esse præsidem tantùm Germaniæ. c In Germania quæ Septentrionem spectat, vbi Calisto Lycaonis filia à Parrhasia vrbe Arcadiæ in vrsæ maioris sidus versa fulget. d Antonius triumuir. e Cleopatræ reginæ AEgypti. cuius Pharos insula. f An non meministi quam malo omine tibi foret imitandus Antonius qui ad Actium Epiri promontorium ab Augusto nauali prælio deuictus cum Cleopatra fugit in AEgyptum, vbi se interfecit? g An tu Germaniæ viribus fretus sperasti victoriam, quam ille non assecutus est AEgypti copijs nixus? h Fluminibus Germaniæ. i Emphatice. ille triumuir tibi præsidi collatus videri posset Imperator, victus tamen. de Gessio moliente quiddam altius quam ipsum decuit, idque ἀλόγοις ἀστρολόγοις fretto, vide ep. Pallada Antholog. l. 2. c. 48.

In Thaidem. XII.

NVlli Thai negas. sed si te non pudet istud,
Hoc saltem pudeat, Thai, [a] negare nihil.

a Omni impudicitiæ generi exposit. ep. 81. & 72. l. 12. & 50. ep. l. 12.

De nuptijs Pudentis, & Claudiæ. XIII.

CLaudia Rufe [a] meo nubit peregrina Pudenti:
[b] Macte esto tedis ô [c] Hymenæe tuis.
[d] Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo,
[e] Massica Theseis tam bene vina fauis.
[f] Nec melius teneris iunguntur vitibus vlmi,
Nec plus [g] lotos aquas, [h] litora myrtus amat.
Candida perpetuo reside Concordia lecto,
[i] Tamque pari semper sit Venus æqua iugo.
[k] Diligat ipsa senem quondam: sed vt illa marito,
Tunc quoque cùm fuerit, non videatur anus.

a Amico. infra ep. 29. & 7. l. 96. ep. & 6 l. 58. &c. & huic opponitur *peregrina.*
b Auctus esto bonorum honorum nuptialium cumulo.
c Nuptiarum præses. vide quæ ego ad Senecæ Thebaid. v. 262.
d Quàm suauiter misc.. cin. nardo, &c. tam feliciter iungitur Claudia Pudenti.
e Quàm dulciter in mulso conficiendo miscetur Massicum seu Falernum melle Attico. Theseus autem Atheniensium rex. f De vlmi & vitis amicitia, præter poëtas qui passim vites vlmis maritant. Plin. 16. l. 18. c. g Arbor, de qua Hom. Odyss. 9. & ibidem Eustath. ex Herodoto. h *Litora myrtetis gratissima.* i *Sique voles apte nubere, nube pari.* k Al. *Diligat illa senem quondam: sed & ipsa marito &c.* vide Ausonij epigr. 18.

¶ *Ad Silium.* XIV.

[a] SIli [b] Castalidum decus sororum,
[c] Qui periuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidosque
[d] Fastus Hannibalis, [e] leuesque Pœnos
Magnis [f] cedere cogis [g] Africanis:
Paullum seposita seueritate,
Dum blanda [h] vagus alea December
[i] Incertis sonat hinc & hinc fritillis,
Et ludit [k] rota [l] nequiore talo,
Nostris otia commoda Camœnis.
Nec torua lege fronte, sed remissa
Lasciuis madidos [m] iocis libellos.
[n] Sic forsan tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem Maroni.

a Poëta de quo vide Plin. Iun. epist. 7. l. 3 & nostrum ep. 64. l. 6. & ep. 62. l. 7.
b Musarum frequentantium fontem in radicibus Parnassi, in quem Castalia virgo Apollinem fugiens versa est.
c Qui forti & sonoro epico carmine scribis bellum Punicũ secundũ quod opus extat. Pœni autem semper fœdifragi, crudelis Hannibal.
d *Astus* Fr. Modius ep. 75. Nouantiqu. lect.
e Incertæ fidei. vnde in prouerbium abijt, *Punica fides*.

f Graphicè depingis eos coactos cedere. sic Horat. 1. l. vlt. sat. *Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona.* g Scipioni vtrique. quorum alteri debellatâ, alteri deletâ Carthagine, cognomen inditum Africani. h Propter licentiam ludorum, & libertatem in Saturnalibus. i Pyrgis ceu turriculis ligneis corneisue intus gradatim asperis è quibus excutiebant aleas ne fraus fieret fortunæ aleas componendo, **by cogging the dice.** ideo additum epitheton *Incertis*. epig. 16. l. 14. k Fortunæ ne? an turriculæ rotatæ? an aleatorum coronâ circumstantium? sed Brodæus legendum autumat *tropa* vt Pollux lib. 9. ἡ δὲ τρόπα καλουμένη παιδιὰ, &c lib. 10. Miscel. c. 26. l Merâ manu iacto, absque fritillo vel *nequiore* quod talis lusum est pro fœminis. vide Iunij animaduers. 2. l. 4. c. vel quia talorum ratio ad libidinis pruriginem aliquid faciat. vt docet idem Iunius 4. lib. Animaduers. 13. c. m. Meis carminibus iocosis. n Virgilio non potuit, quem multò ætate præcesserat. verùm hoc fingit Martialis tùm vt se Catullo, tum vt Virgilio Silium conferret, qui Maronem diligenter imitatus est, & natalem eius aramque religiosissimè coluit. ep. 51. l. 11. Plin. 3. l. 7. epist. lege itaque * *ausus & Catullus.* hac mente; Sic fortè etiam Catullus, si vixisset coæuus Virgilio, vt tibi ego, ausus fuisset mittere suos hendecasyllab. &c.

Ad Cæcilianum. XV.

MIlle tibi nummos hesterna nocte roganti,
In sex aut septem Cæciliane dies,
[a] Non habeo dixi, sed tu caussatus amici
Aduentum, lancem, paucaque vasa rogas.
Stultus es, an stultum me credis amice? negaui
Mille tibi nummos: millia quinque dabo?

a Negaui me habere non quòd non haberem, sed ne tibi creditos perderem. quòd si tu vel tam stupidus fueris vel esse te simulaueris vt hoc non sentias: ego tamen non ita stultus qui tibi credam vasa 5000. H S. pendentia, cui negaui 1000. H S.

In Gallum. XVI.

[a] PRiuignum non esse tuæ te, Galle, nouercæ
Rumor erat, coniux dum fuit illa patris.
[b] Non tamen hoc poterat viuo genitore probari.
Iam [c] nusquam pater est Galle: nouerca domi est.

a Suspicio & rumor erat tibi, patre viuo, plus officij seu commercij fuisse cum nouerca quam quod priuignum deceret.

b Vide ep. 75. l. 1. c Mortuus est. vltra morem tamen nouercam domi tuæ retines.

Magnus ab infernis reuocetur Tullius vmbris,
Et [d] te defendat Regulus ipse licet:
Non potes absolui: [e] nam quæ non desinit esse
Post patrem, numquam, Galle, nouerca fuit.

d Per adulationem Ciceroni æquiparat in caussis dicendis Regulum. de quo sæpe supra.

e Rara priuignis cum nouercis concordia, cùm itaque elato patre nouercam feras, certe propior illi eras quam priuignus.

Ad Paullum. XVII.

FAcere in Lyciscam, Paulle, me iubes versus,
Quibus illa lectis rubeat, & sit irata.
O Paulle [a] malus es: irrumare vis solus.

a Maló animo & dolo facis hoc, vt me riuali excluso, solus fruaris Lycisca.

De pucro stillicidio iugulato. XVIII.

QVa vicina [a] pluit [b] Vipsanis [a] porta [b] columnis,
Et madet assiduo lubricus imbre lapis,
In iugulum pueri, qui roscida templa subibat,
Decidit hiberno [c] prægrauis vnda gelu:
[d] Cumque peregisset miseri crudelia fata,
[e] Tabuit in calido vulnere [f] mucro tener.
Quid non sæua tibi voluit fortuna licere?
Aut vbi mors non est [g] si iugulatis aquæ?

a Capena. ep. 47. l. 3. a.
b Ep. 109. l. 1. b. & 14. ep. 2. l. K.
c Stiria. *Periphrasis.*
d Cumque occidisset puerum.
e Soluta est calore vulneris——
f——Stiria cuius acies non secus atq; ferri puerum iugularat.
g Si quæ naturâ molles sunt aquæ etiam iugulent. Anthologiæ 1. l. c. εἰς διαφθοράν & 3. Antholog. Flacci de Thrace puero, epigr. habes huic geminum.

De endromide. XIX.

[a] HAnc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnā,
[b] Quæ Lacedæmoniū barbara nomen habet;
Sordida sed gelido non aspernanda Decembri;
Dona [c] peregrinam mittimus [d] endromida.
[e] Seu lentum ceroma teris, [f] tepidúmue 1 trigona,
Siue 2 harpasta manu [g] puluerulenta [h] rapis:
[i] Plumea seu laxi [k] partiris pondera 3 follis:
Siue leuem cursu vincere quæris [l] Atham,

a Vestem hanc crassam, hirsutam & villosam textam à fœmina Sequanicâ, *Burgundica.*
b A Græcis nomen eius fluxit vna cum vsu, qui calefactis cursu, palæstrâ, sphærâ erat ne refrigescerent; quamuis à Gallis (qui tum Romanis *barbari*) copiosè Romam mittantur hæ vestes. c Gallicam, vt modo b. d Ex ἐν & δρόμος videtur deducta, ratione modo dicta in nota b. e Seu luctam & palæstram exerceas. vide ep. 57. l. 3. nota 4. f Quod ludentes eo in calorem soluat. *vel* quod ipsa pila frequenti agitatione tepescat, cauentibus qui ludebant ne manu excideret. ep. 84 l. 12. an forte quod hac ludebant in sphæristerio calido, vt vitiatâ illâ in thermis? * Pilæ apud Græcos & Romanos quatuor genera. 1 *Trigonalis*, parua, quam tres lusores figurâ trigonem exprimente distincti sibi inuicem reddebant. 2 *Harpastum*, parua item pila è corio facta, quam solo repercussam, at the rebound, raptam reuocabant, vnde nomen ab ἁρπάζω. 3 *Follis*, magna pila, ex aluta confecta, si maior, brachijs; si minor, pugnis impelli solita. 4 *Paganica*, qua in pagis ludebatur. ep. 51. l. 7. & ep 45 l. 14. de pilarum lusu videndus Mercurialis in arte gymnastica, & Faber 1. l. 6. c. Agonostic. g Dum ad terrā decidit & saltu assurgit. modo 2. h Hoc ad nomen harpasti, & legem ludi. vt modo. 2. i Leuia, vento enim distendebatur follis. Paganica quidem plumâ farciebatur. de folle non constat. k Aduertis motum & cursus. l Puerum leuem & cursu velocem. vide Plin. 7. l. 20. c. & Alex. Neap. 2. l. 21. c. nomen fictum à poeta. Atta enim est qui terram leuiter attingit. Festus.

Ne madidos intret penetrabile frigus in artus,
Néue grauis subita te premat [m] Iris aqua.
[n] Ridebis ventos hoc munere tectus & imbres.
Non sic in [o] Tyria [p] sindone tutus eris.

m Pluuia, cuius Iris nuncia. n Vt supra ep. 3. e. o E Tyro, vel purpura Tyria tincta. vt ep. 16. l. 1. e. p Amictu ex subtilissimo linteo, סדין

De Cerelia & Gellia. XX.

DIcit se vetulam, cùm sit Cærelia [a] puppa.
Puppam se dicit Gellia, cùm sit anus.
Ferre nec hanc possis, possis Coline nec illam.
[b] Altera ridicula est, [c] altera putidula.

a Puella. b Gellia, quæ anicula cappulatis vocem & gestus effingit puellæ. c Cærelia, quæ puella grauitatem affectans anilem se fastidio exponit.

De Selio. XXI.

NVllos esse deos, [a] inane cœlum
Affirmat Selius, [b] probatque quòd se
Factum, dum negat hæc, videt [c] beatum.

a Dijs vacuum, vel rem inanem. b Quòd feliciter sibi ἀθέῳ res cedere videat. vide Senec. lib. *Quare bonis viris mala accidunt*, &c. & Cic. 3. de Nat. Deor. de Harpalo, & Dionysio. c Diuitem.

De Cleopatra. XXII.

[a] PRimos passa toros, & adhuc placanda marito
Merserat in nitidos se Cleopatra lacus.
Dum fugit amplexus, sed prodidit vnda latentem,
Lucebat totis cùm tegeretur aquis.
Condita sic puro [b] numerantur lilia vitro:
Sic prohibet teneras [c] gemma latere rosas.
Insilui, mersusque vadis [d] luctantia carpsi
Basia [e] perspicuæ plus vetuistis aquæ.

a Deuirginata, & subirata mihi marito ceu corruptori fugit in aquas. b Translucent adeo vt numerari possint, flores autem per dies aliquot in vitris voluptatis causa seruabantur. c Vitrum pellucidum referens crystallum gemmasue. ep. 68. l. 8. & 14. l. 120. ep. d Ab illa reluctante, quòd subirata: vel quod *facili sæuitia negaret Quæ poscente magis gaudeat eripi.* Horat. 12. ode 2. lib. e Ne plenè me illi conciliarem, progressus ad *cætera quis nescit*; perspicuitas vel humiditas aquarum fuit impedimento.

Ad Thaliam. XXIII.

DVm * tu lenta nimis, diuque [a] quæris,
Quis primus * tibi, quisue sit secundus:
Gratum quisue epigramma comparabit.
[b] Palmam Callimachus, Thalia, de se
Facundo dedit ipse Brutiano.
[c] Qui si Cecropio satur lepore,

* O Thalia, supra ep. 8. m. a Deliberas. b Callimachus nobilis poëta Græcus etiam in Græcis primas cedit Lenstrico Brutiano nobili Romano. de quo Plin. Iu. lib. 6. ep. 22. c Quòd si Brut. se a Græcis ad Latina epigr contulerit, facilè primum eum agnoscam inter Latinos, sed vt illi secundus sim, tuâ Thalia mihi faue & adspira.

Romana

Romanæ sale luserit Mineruæ:
Illi me facias, precor, secundum.

Ad Fabianum. XXIV.

OMneis, quas habuit, Fabiane, Lycoris [a] amicas
[b] Extulit; [c] vxori fiat amica meæ.

a AEmulas: *vel* λεσβιάδας, ἢ ἑταιρίας b Ad rogum fato defunctas. *vel* veneno extinctas, vt sola frueretur amatoribus. c Vt & mea moriatur. surculum volo ex hac arbore inquit Diogenes.

De litoribus Altini. XXV.

[a] AEmula Baianis Altini litora villis.
[b] Et Phaëtontei conscia sylua * rogi;
[c] Quæque Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno
Nupsit, ad Euganeos [d] sola puella lacus;
Et tu [e] Ledæo felix [f] Aquileia [g] Timauo,
Hic vbi [h] septenas [i] Cyllarus haurit aquas;
[k] Vos eritis nostræ portus, requiesque senectæ,
[l] Si iuris fuerint otia nostra sui.

a Oppidi illius Venetiæ litus non cedens amœnitate Baijs. b Et lucus Pado vicinus, vbi in populos electra flentes, ob fratrem aurigam * fulmine combustum, fingunt Phaëtontis sorores. Plin. 3. l. c. 16. c Et nemora atque saltus (hoc enim innuit, citatis Dryade syluarum & Fauno agrorum præsidibus) in quibus Antenor Troiâ profugus fertur condidisse Patauium. Virg. AEn. 1. d Pulcherrima ceu vnica nympha ad lacus Venetos ceu Taruisanos qui 23. numerabantur. e Castor & Pollux Ledæ filij cum Argonautis Timauum prætervexere. Plin. 3. l. 18. c. f Vrbs primaria Fori Iulij. g Fonte vberrimo quē maris fontē appellant. h Quòd septem ostijs influat Timauus in mare. Virg. nouem. l. AEn. *fontem superare Timaui Vnde per ora nouem, &c.* i Equus Castoris. ep. 21. l. 8. k *Sit meæ sedes vtinam senectæ, &c.* Horat. 6. ode 2. l. mortuus tamen est Martialis in Hispania. l Si quando iuris mei factus me in libertatem & quietem asseruero.

Ad Postumum. XXVI.

QVòd te mâne domi toto non vidimus anno,
Vis dicam, quantum, Postume, perdiderim?
Tricenos, puto, bis, vicenos ter, puto nummos.
Ignosces, togulam, Postume, pluris emo.

Quòd tibi toto anno non præstiterim clientis togati salutantisque officium, consului magis togæ meæ, quàm iacturam feci tuæ sportulæ raræ. namque assiduis officijs attriuissem togam, & accepissem à te tantùm 120. H S, quo pretio non emitur toga. ep. 103. l. 9.

Ad Augustum. XXVII.

SÆpe meos laudare soles, [a] Auguste, libellos.
Inuidus ecce negat: [b] non minus ergo soles.
Quid, quòd honorato [c] non sola voce dedisti,
Non alius poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros [d] corrodit liuidus vngues.
[e] Da Cæsar, tanto tu magis, vt doleat.

a Cæsar, Domit. b Al. *Num minus ergo soles?* c Sed & muneribus Iuris trium liberorum, ep. 91. & 92. l. 2, & dignitate Tribunitiâ & equestri, ep. 94. l. 3. f. d Inuidiâ & animi anxietate. e Vrbana & artificiosa mendicatio.

Donasti

Ad Chloen. XXVIII.

DOnaſti tenero Chloë * Luperco
[a] Hiſpanas, Tyriaſque, coccinaſque,
Et [b] lotam tepido togam Galeſo,
[c] Indos ſardonychas, Scythas ſmaragdos,
Et centum [d] numeros nouæ monetæ,
Et quidquid petit, vſque, & vſque donas.
Væ [e] glabraria, væ tibi miſella:
[f] Nudam te ſtatuet tuus * Lupercus.

a Lacernas è lanâ Bœtica, murice Tyrio & cocco tinctas.
b Ep. 43. l. 2 b.
c Indicos ſardon. & Scythicos ſmar.
d Al. *dominos*. i. aureos nummos effigie domini Domitiani ſignatos.
e Quæ te deglabras, ſpolias & expilas.
f Caue ne tuus hic amator Lupercus te reddat Lupercam, i. nudam *. erant autem Luperci ſacerdotes Romulo & Remo deſtinati, qui Februantes diſcurrebant nudi per vrbem, obuiarum fœminarum manus hœdinis pellibus verberantes. vide Iuuen. Sat. 2. v. 141. & quæ ibidem adnotarim.

❡ *Ad Pudentem.* XXIX.

[a] OBſtat, care Pudens, noſtris ſua turba libellis:
Lectoremque frequens laſſat, & implet opus.
[b] Rara iuuant: primis ſic maior gratia pomis:
[c] Hibernæ pretium ſic meruere roſæ:
[d] Sic ſpoliatricem commendat [e] Fauſtus amicam,
Ianua nec iuuenem ſemper aperta tenet.
[f] Sæpius in libro memoratur Perſius vno,
Quàm leuis in tota [g] Marſus Amazonide.
Tu quoque de noſtris releges [h] quæcumque libellis,
Eſſe puta ſolum: ſic tibi pluris erit.

a Libelli fortaſſe mei nimis multi nocent gratiæ ipſorum, lectori faſtidium parientes propter numerum.
b Quæ rara, cara.
c L. 10. ep. 93. l. 6. ep. 80.
d A raritate & caritate.
e Al. *faſtus*. q. d. ſuperbum faſtidium meretricis magnum poſcentis pretium & amatorem rarius admittentis facit vt maiori in pretio ſit & gratior. Ouid. Amorum. 1. l. el. 8. & de arte l. 3.
f Gratior eſt paruus liber Satyrarum 6. Perſij, quam ingens volumen Marſi quo bellum Herculis ſcripſit contra Amazonas, quod Amazonida inſcripſit.
g Credo ego alium hunc fuiſſe Marſum ab illo Epigrammatographo, cuius meminit epiſt. 1. & 7. l. 28. & 98. ep. & 8. l. 56. ep.
h Legendum *quemcunque*.

Ad piſcatorem. XXX.

BAiano procul à lacu monemus
Piſcator fuge, ne [a] nocens recedas.
[b] Sacris piſcibus hæ natantur vndæ,
Qui norunt [c] dominum, manumque lambunt
[d] Illam, qua nihil eſt in orbe maius.
Quid quod nomen habent? & [e] ad magiſtri
[f] Vocem quiſque ſui venit citatus.
[g] Hoc quondam Libys impius profundo,
Dum prædam calamo tremente ducit,
Raptis luminibus repentè cæcus
Captum non potuit videre piſcem:

a Impius, ſacrilegus, namque ——.
b —— hîc ſacri ſunt piſces, Domitiano Deo dedicati. ſed alibi item ſacri habebantur quidam piſces Oppian. & Athen. 7. l. AElian. 12. l. Animal. c. 2.
c Domitianum.
d Domitiani.
e Simile refert AElianus, l. 8. Animal. c. 4.
f Non habere meatus & foramina auditus, audire tamē ſcribunt Ariſtot. 4. l. Anim. & Plin. l. 10. c. 70.
g Afer quiſpiám auſus hîc piſcati, repente ex ſacrilego piſcatore factus eſt cœcus mendicus. miraculum hoc olet poetam.

Et

Et nunc sacrilegos perosus hamos,
Baianos sedet ad lacus [h] rogator.
At tu dum potes innocens recede
Iactis [i] simplicibus cibis in vndas,
Et pisces venerare [k] dedicatos.

h Προσαίτης, mendicus.
i Non hamatis, non medicatis.
k Vt nota b. supra.

Ad Hippodamum. XXXI.

QVod cupis in nostris, dicique, legique libellis,
Et non nullus honos creditur esse tibi;
[a] Ne valeam, si non res est gratissima nobis,
Et volo te chartis inseruisse meis.
Sed tu nomen habes [b] auerso fronte sororum
Impositum mater quod tibi dura dedit.
[c] Quod nec Melpomene, [d] quod nec Polyhymnia possit,
[e] Nec pia cum Phœbo dicere Calliope.
Ergo aliquod [f] gratum Musis tibi nomen [g] adoptes.
[h] Non semper bellè dicitur Hippodamus.

a Ep. 5 l. 2. a.
b Quod auersantur Musæ, neque facile in versum admittant propter contumaces eius syllabas.
c Elegiaco versu dicere vix est, cui præest Melpomene ——
d —— Nec Lyrico, qui est Polyhymniæ ——
e —— Nec Heroico vel Dithyrambico, quo pia Calliope Deorum & heroum laudes canit. Musambertius contendit non tam propter syllabas contumaces, quam significationem abhorrere nomen Damasippi à mollioribus Musis, quibus cum *Equorum domitore* nihil. f Mitius & versui aptius. g Assumas pro tuo. h Non quauis sede cuiuluis versus.

De ape electro inclusa. XXXII.

ET [a] latet, & lucet [b] Phaëtontide condita gutta,
Vt videatur apis [c] nectare clausa suo.
[d] Dignum tantorum pretium tulit illa laborum
[e] Credibile est ipsam sic voluisse mori.

a Inclusa est.
b Electro. supra. 25. ep. b.
c Melle, cuius colorem refert flauum electrum.
d Ob strenuos in mellificijs labores merita est nobile hoc sepulchrum. e Ep. 59. infra, & 15. ep. 6. l.

Ad Sosibianum. XXXIII.

PLena laboratis habeas cùm scrinia libris,
Emittis quare, Sosibiane, nihil?
Edent heredes, inquis, mea carmina. quando?
[a] Tempus erat iam te, Sosibiane, legi.

a Quorsum tibi postuma laus quam non es sensurus? quin viuus laudis tuæ dulcedina fruere. Sed & ab ambiguo imprecatur Sosibiano mortem præsentem. Morere (inquit) extemplo, vt possis legi.

Ad Attalum. XXXIV.

SOrdida cùm tibi sit: verum tamen, Attale, dicit,
Quisquis te * niueam dicit habere togam.

* Non colore nitentem sed calore destitutam & frigus intromittentem. ambiguitatem *niuis* habuisti ep. 34. l. 3. potuit de Horatij lacernis supra ep. 2. sed vereor ne frigide nimis pro acumine Martialis. Immo, defloccatam, detritam, cuius nuda fila albent. vt ep. 50. l. 9.

De

De pugna damarum. XXXV.

FRontibus aduersis [a] molles concurrere damas
Vidimus,[b] & fati sorte iacére pari.
[c] Spectauere canes prædam: stupuitque superbus
Venator, [d] cultro nil superesse suo.
Vnde [e] leues animi [f] tanto caluere furore?
Sic pugnant [g] tauri, [h] sic cecidere viri.

a Imbelles. infra 74. ep.
b Et concurrentem vtrumque concidisse.
c Ociosi spectatores solitæ prædæ.
d Neutrum superesse in quem exerceret cultrum suum venatorium.
e Timidi.
f Domitiani sc. numine impulsi. adulatoriè. g in arena commissi. h Sic corruunt sæpe mutuis vulneribus gladiatores.

Ad Olum. XXXVI.

CAna est barba tibi: nigra est coma: [a] tingere barbã
Non potes, hæc caussa est: sed potes Ole comã.

a An quòd minus commodè tegi posset artificium hoc in barba quàm coma? an quia rasus vel ad cutim tonsus? an quia morbo Charini laboraret, ep. 78 l. 1. et hinc statim dilueretur fucus?

Ad Afrum. XXXVII.

CEntum [a] Coracinus, & ducenta [a] Mancinus,
Trecenta debet [a] Titius, [b] hoc bis [a] Albinus,
Decies [a] Sabinus, alterumque [a] Serranus:
Ex [c] insulis, fundisque [d] tricies soldum,
Ex pecore redeunt ter ducena [e] Parmensi.
* Totis diebus Afer hoc mihi narras:
Et teneo melius ista, quam meum nomen.
[f] Numeres oportet aliquid, vt pati possim.
Quotidianam refice nauseam nummis.
Audire gratis, Afer, ista non possum.

* Inanis diuitiarum ostentator me vsque obtundis recitatione tuorum quos nominas debitorum, pensionum, & redituum, inquiens, *Centum Corac, &c.*
a Debitoris nomen.
b Sexcenta M. H S.
c Domus in ciuitate quæ solæ stant non aliis contiguæ, insulas appellabant. & sub Imperatoribus quasuis ædes locatitias.
d Tricies centena M. HS. integrè. plene. vt *plenum vicies* ep. 100. l. 1.
e Pecus & lana Parmæ multum laudabantur.
f Nolo mihi numeres debitores hos tuos & redditus, sed mihi numera pretium molestiæ & patientiæ in audiendis vanis tuis ostentationibus.

Ad Gallam XXXVIII.

GAlla nega: satiatur amor, nisi gaudia torquent,
Sed noli nimium, Galla, negare diu.

Lena Ouidiana; *Sæpe nega noctem &c. Mox recipe, vt nullis patiendi colligat vsum &c* el. 8. lib. Amorum 1. & ipse poëta 3 de arte. *Dulcia non ferimus: succo renouamur amaro, &c.* vide & ep. 82. infra, & 58 l. 1. & Ausonij ep. 38. & Anthol. l. 7 ep. Κιχλίζεις, &c.

Ad Charinum. XXXIX.

[a] ARgenti genus omne comparasti,
[b] Et solus veteres Myronis artes,

a Facti sc. i. vasorum argent.
b Gloriaris te habere vel diligenter & anxiè tibi comparâsti vasa archetypa cælata & elaborata ab his nobilibus artificibus, Myrone, Prax. &c. de quibus Plin. l. 34. c. 8.

Solus Praxitelis manus, Scopæque,
Solus [c] Phidiaci toreuma [d] cæli,
Solus Mentoreos habes labores.
Nec desunt tibi [e] vera [f] Glaniana,
Nec quæ [g] Callaico linuntur auro,
Nec mensis [h] anaglypta [i] de paternis.
Argentum tamen inter omne miror,
Quare non habeas Charine [k] purum.

c 3.l.ep.35.
d Stili sculptorij.
e Non adulterina. P. Pithœus c.16 l.1. Aduersar. legit *Bera*. alij hab. *Vasa*.
f Ex officina Glanij. alij legunt *Gratiana* ex Plinio 33. l.c.11.
g Hispanico deaurantur metallo. vt 95. ep. 14 l.
h In asperitatem excisa, aspera signis extuberantibus. i Laudantur quippe ab antiquitate ipsa.
k Hîc epigrammatis acumen & scopus. *purum* enim argentum dicebatur *non cœlatum*: sed ab ambiguo exprobrat Charino (ep.78.l.1.) oris impuritatem a quo vasa hæc omnia conspurcabantur, & vt ita dicam impurabantur.

Ad Postumum. XL.

* ATria [b] Pisonum [c] stabant cum * stemmate toto,
Et docti Senecæ [d] ter numeranda domus;
Prætulimus [e] tantis solum te, Postume, [e] regnis:
Pauper eras, & eques, [f] sed mihi consul eras.
Tecum ter denas numeraui, Postume, brumas:
Communis nobis lectus & vnus erat.
Iam donare potes, iam [g] perdere, plenus honorum,
Largus opum: exspecto, Postume, quid facias.
Nil facis: & serum est, alium mihi quærere [h] regem,
[i] Hoc fortuna placet? Postumus imposuit.

* Vide ep 90. l. 2. e.
b Clarissimæ familiæ Rom.
c Florebat illa domus patebatque mihi ad amicitiam & patrocinium.
d Propter Senecam patrem Rhetorem filium eius philosophum, atque Lucanum nepotem. *vel* propter 3. filios Rhetoris, Annæum, Gallionem ceu Nouatum, & Melam. alij dici volunt, quasi *valde numeranda* quam vim apud Græcos habet τρὶς. e Patrocinijs, & patronis illis ditioribus & nobilioribus.
f Te perinde ac consul ceu consularis esses, colui. g Diminuere tibi & erogare in amicum veterem. *vel* iam me donando potes seruare, vel non subueniendo perdere. h Patronum. i Itane O Fortuna? an in hoc ditasti Postumum? certè & me & te, credo, fefellit, ac veluti proles Postuma rupto testamento fratribus imminuit rem.

In malè recitantem. XLI.

QVid recitaturus circumdas vellera collo?
Conueniunt nostris auribus ista magis.

Focalibus è fascijs laneis muniebant fauces recitaturi aduersus rauim, quæ auditoribus magis conuenire iocatur poëta ad aures obstruendas, ne male recitantem audiant. allusum videtur ad id Xenocratis; *Pueris aduersum turpia dicta potius muniendæ aures follibus, quam athletas aduersum ictus aduersariorum.* Laertius. 4. vide ep.142.l. 14.

Ad Flaccum. XLII.

SI quis fortè mihi posset præstare [a] locanti:
Audi, quem puerum, Flacce, locare velim.
[b] Niliacis primùm puer hic nascatur in oris:
[c] Nequitias tellus scit dare nulla magis.
Sit niue candidior: [d] namque in Mareotide fusca
Pulchrior est, quanto rarior iste color.

a Al. *roganti*. sc pretio prostituturum. ep.7 & 9 l.9.
b In AEgypto Mareotis autem lacus est AEgypti.
c Lasciuiam & improbitatem Veneream. Iuu. Sat.15. v.45. vide ep.62.l.3.d.
d Namque inter AEgyptios, qui omnes fere fusci sunt, maiori in pretio est quo quis sit candidior.

Lumina

Lumina ſideribus certent, molleſque [e] flagellent
Colla comæ: tortas non amo, Flacce, comas.
[f] Frons breuis, atq; [g] modus breuiter ſit naribus vncis:
[h] Pæſtanis rubeant æmula labra roſis.
[i] Sæpeque nolentem cogat, nolitque volentem.
Liberior domino ſæpe ſit ille ſuo.
[k] Et timeat pueros, excludat ſæpe puellas.
[l] Vir reliquis, vni ſit puer ille mihi.
[m] Iam ſcio, nec fallis: nam me quoque iudice verũ eſt:
Talis erat, dices, noſter Amazonicus.

e Dimiſſæ & diffuſæ fluant per colla, non crobylis, annulis aut cirris calamiſtratæ.
f Frons tenuis veteribus in laude.
g Sit modus naribus breuiter. i. modicè vncis.
h In Pæſto Lucaniæ oppido bis in anno proueniebant roſæ.
i Gratâ petulantiâ & proteruitate. l. 5. ep. 47. & 84. & ſupra 38. k Zelotypiâ teſtetur amorem. l Alijs neget, mihi ſoli det. m Reſpondet voto ſuo poeta ex perſona Flacci, cuius puerum Amâzonicum talem fuiſſe dicit.

In Coracinum. XLIII.

NOn dixi, Coracine, te cinædum:
Non ſum tam temerarius, nec audax,
Nec mendacia qui loquar libenter.
Si dixi, Coracine, te cinædum,
[a] Iratam mihi [b] Pontiæ [c] lagenam,
Iratum [c] calicem mihi [d] Metelli.
Iuro per [e] Syrios tibi [e] tumores,
Iuro per [f] Berecynthios furores.
[g] Quod dixi tamen hoc leue, & puſillum eſt:
Quod notum eſt, quod & ipſe non negabis.
[h] Dixi te, Coracine cunnilingum.

a Supple *precor, habeam* aut *experiar*. Imprecationis formula.
b Veneficæ. ep. 34 l. 2. d.
c Vas quo miſcetur venenum ep. 69. infra. d. & 12. l. 93. ep.
d Venefici.
e Beroaldus annot. c. 25. intelligit tumores & vibices à cultris & flagris quibus ſacerdotes Cybeles (quam deam Syriam eſſe volunt) ſe sauciabant. Ego autem cenſeo magis dici tumores illos, vlcera & morbos quibus credebatur irata Iſis inflare peierantes, ex mente Perſij 5. Sat. 187 v. vt & —— f —— Furores quibus incitati Berecynthiæ matris Cybeles ſacerdotes cultris ſibi lacertos pectus & humeros ſecant. g Al. *Quid dixi tamen? hoc leue, &c.* h Negabat leuius, fatetur Sarcaſticè quod grauius eſt. ſic Iunius Baſſus, referente Quintiliano 6. l. 4. c. non dixi (inquit) te calceos veteres vendere; ſed emere ſolere dixi.

De Veſuuio monte. XLIV.

HIc eſt pampineis viridis modò [a] Veſuius vmbris:
Preſſerat hic madidos nobilis vua [b] lacus.
Hæc iuga, quàm [c] Nyſæ colles, plus Bacchus amauit:
Hoc nuper [d] Satyri monte dedere choros.
[e] Hæc Veneris ſedes, Lacedæmone gratior illi:
[e] Hic locus Herculeo nomine clarus erat:
[f] Cuncta iacent flammis, & triſti merſa fauilla:
[g] Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi.

a Mons Campaniæ vini optimi fertiliſſimus.
b Qui excipiunt vina prelo expreſſa. ep. 27. l. 7. g.
c Indiæ monti Bacchi natalibus & itineribus claro.
d Bacchi comites.
e In Veſuuio monte duo erant fana, Veneris & Herculis.
f De huius montis incendio, quo perijt Plinius Nat. hiſtoriæ autor. vide Plin. Iun. epiſt. 16. l. 6.
g Et ipſos Deos pœnituit huius incendij. Hyperb.

Ad Phœbum. XLV.

a Hoc tibi tua largè adolet pro salute filioli sui Parthenius, qui in Palatio seruit Imperatori Dom. à cubiculo. Suet. Domit. c. 16. & 17. b Vt Burrus filius suus quinquennis & nouum auspicatus lustrum, multa viuat lustra. vsurpatur autem Olympias pro spacio quinque annorum vt lustrum, quamuis quarto expleto anno, quinto ineunte, Olympici ludi fierent; vnde Græcis annorum ratio. c Daphne, quam amabas. d Intaminata, intentata. vel, quam colere statuit. e Flore iuuentæ vel ἰουλῳ. f Baccho, qui & intonsus fingitur. atque idem cum sole. vide quæ ad Senec. Hip. v. 751. & Oed. 405.

[a] HÆc tibi pro nato plena dat lætus acerra
Phœbe, Palatinus munera Parthenius.
[b] Vt qui prima nouo signat quinquennia lustro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadas.
Fac rata vota patris: sic te tua diligat [c] vxor,
Gaudeat & [d] certa virginitate soror.
Perpetuo sic [e] flore mices: sic denique non sint
Tam longæ [f] Bromio, quàm tibi, Phœbe, comæ.

De Sabello. XLVI.

a In Saturnalibus mittebantur amicis xenia ceu munera. deridet Sabellum rabulam, qui ex vilibus muneribus in tantum superbierit. b fractæ, pelliculâ nudatæ. à frendeo. c A tribus sc. missæ, vel etiam ab vno, vt τρία ἡμικαδόλια. Theophrast. charact. περὶ ἀπονοίας, & hist. 2. τρία ἡμιπώδια. d Farciminis genus Isicia item dicta quod milites à Lucanis didicerunt, vt à Faliscis ventrem porcinum condire ep. 35. l. 13. & Athenæ. l. 9. c. 5. e Vitrea nam vitrum in Syria inuentum. f Musti ad dimidias decocti. g Ficus sc. hybernæ vt de Mœsianis Plinius 15. l. 18. c. vel, quæ testâ condebantur. vel quæ rescido, quem pressæ exudant, humore instar gelu conteguntur. ep. 52. l. 7. h Quæ luxuriosis in delicijs. Athenæus l. 2. c. 22. Dioscor. c. 9. l. 2. i Et synthesis septem constans poculis, **a nest of seuen cuppes.** fictilibus ex argilla Saguntina, rudi Hispani figuli torno factis. *Cælum* autem & *toreuma* transfert per Ironiam à nobilioribus operibus. 39. ep. supra. d. k Mappæ item in Saturnalibus mitti solitæ. l. 5, 18. ep. b. ato; hæ ad limbum purpureis vel aureis clauis variabantur. l Annon ex his muneribus tantis iusta Sabello fastus causa? *Scopticè.*

[a] SAturnalia diuitem Sabellum
Fecerunt. meritò tumet Sabellus:
Nec quemquam putat esse, prædicatque
Inter caussidicos beatiorem.
Hos fastus, animosque dat Sabello
Farris semodius, fabæque [b] fressæ,
Et turis, piperisque tres [c] selibræ,
Et [d] Lucanica [d] ventre cum Falisco,
Et nigri [e] Syra [f] defruti lagena,
Et [g] ficus Libyca gelata testa,
Cum [h] bulbis, cochleisque, caseoque.
Piceno quoque venit a cliente
Parcæ cistula non capax oliuæ,
[i] Et crasso figuli polita cælo
Septenaria synthesis Sagunti,
Hispanæ luteum rotæ toreuma,
Et [k] lato variata mappa clauo.
[l] Saturnalia fructuosiora
Annis non habuit decem Sabellus.

De Phaëthonte. XLVII.

ENcaustus Phaëthon tabula depictus in hac est,
Quid tibi vis, dipyron qui Phaëthonta facis?

Encaustice ars est pingendi sculpendique in cera vel ebore stylo ignito ab ἐγκαίω Plin. 35 l. 11. c. Quum itaque pictor Phaëthontis fulmine flagrantis effigiem expresserit in cerâ eb ignito cœlo ceu stylo liquefactâ, per iocum dicit poëta Phaëthonta fieri δίπυρον, bis ignitum.

In Papilum. XLVIII.

a PRæcidi gaudes: præcisus, Papile, ploras.
b Cur, quæ vis fieri, Papile, facta doles?
Pœnitet obscœnæ pruriginis? an magis illud
Fles: quòd præcidi, Papile, desieris?

a Vide ep. 72. lib. 2.
b Si enim pœniteat facti, cur vltra pateris? immo a desiderio lacrymæ tuæ.

Ad Flaccum. XLIX.

NEscis, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce:
Qui tantùm lusus illa, iocosque putas.
Ille magis ludit, a qui scribit * prandia sæui
Tereos: aut cœnam, *crude Thyesta, tuam:
Aut b puero c liquidas aptantem Dædalon alas,
Pascentem Siculas aut Polyphemon oues.
A nostris procul est omnis d vesica libellis:
Musa nec insano e syrmate nostra tumet.
Illa tamen f laudant omnes, mirantur, adorant.
Confiteor: laudant illa, sed g ista legunt.

a Qui tragica aut Epica scribit, argumenti fabulosi, de Tereo, & Thyeste * liberos suos edentibus, de Dædali fuga, atque Polyphemi immanitate.
b Icaro.
c Cera aptatas & à sole liquefactas.
d Argumentum cothurnatum & verba ventosa, turgida, ampullosa, nugæ bullatæ.
e Stylo tragico. est enim Syrma ea vestis pars quæ oblonga solum verrit, qualem in tragœdijs induti reges & heroes trahebant per theatra.
f Tanquam iucunda, sublimia & grandia.
g Hæc epigr. quæ breuia, acuta, & in vsum vitæ salsa. ep. 3. l. 8. o.

In Thaidem. L.

QVid me, Thai, senem subinde dicis?
b Nemo est, Thai, senex ad irrumandum.

b Namque hic non tanta vi opus est, & ad hoc genus libidinis pronior est senectus, vt de Tiberio Sueton. 44 c. & Iuuen. Sat. 10. vers. 208. & ipsam Thaidem arguit magis gaudere vitio sell.

Ad Cæcilianum. LI.

a CVm tibi non essent sex b millia, Cæciliane,
Ingenti latè vectus es c hexaphoro.
Postquam d bis decies tribuit e dea cæca, sinumque
Ruperunt nummi: factus es, ecce, pedes.

a Vide ep. 103. & 104. l. 1. quæ eiusdem cum hoc sunt argumenti.
b Sestertium.
c Ep. 81. l. 2.
d Vicies centena M. HS.
e Fortuna, quæ, ac si cœca esset, iniquè distribuit munera.

f Sic.ep.dicta 104.l.1.

f Quid tibi pro meritis, & tantis laudibus optem?
Di reddant sellam, Cæciliane, tibi.

In Aedilum. LII.

a De gestationibus vide 13.ep.1.lib.h.
b Fortè capris ad essedum iunctis, vt ep.105.1.l.de pardis, ceruis, &c. & de Heliogabalo canibus iunctis vecto refert Lampridius, sunt tamen qui has capras fuisse meretrices autument. c Ficosus, fici morbo laborans.
d Sæpe iocum petit poeta ab huiusmodi compositione & (vt dicam) a diuisis ad coniuncta. vt illud de ἀργο-nautis. 66. ep. l. 3. hic autem vocum aptâ iuncturâ, non eâdem sensus argutiâ. nisi fortè ominetur illum hinc futurum valde ficosum ex compositione intensiua τῷ capri vt Græcis in vsu βȣ & ἱππο. vel qui modo fertilis eras, mox eris sterilis.

a Gestari iunctis nisi desinis, Ædile, b capris:
Qui modò c ficus eras, iam d caprificus eris.

g Ad Cosmum. LIII.

a In porticibus templi.
b Templũ Mineruæ Flauianæ à Domitiano conditũ.
c quæ Cynicorum tota supellex. ep.81.l.14.
d Horret. vel, est putris πώγων μυσόβȣς.
e 1.l.93.ep.d.
f Al nudi. i. grabati aliàs inuestis, relicti sc. nudi & sine stragulâ, vbi Cynicus sumpsisset pallium suum. g Pallium quod illi vxoris loco est, quocum cubabat, sic. 14.l.119. ep.d. h Non profitetur disciplinam Cynicam, sed mere in canem degenerauit. 93.ep. 11.l. κύων γδ ἐστι ϗ εὔχεται καλεῖσθαι. Vlpianus apud Athenæum l. 3. c. 7. & c.28. vide & Luciani βίων πρᾶσιν. & Ανθολογ. ιβ. κεφ. β. vbi πρωτοκύων dicitur Cynicus. & Arriani Epictet. περὶ κυνισμȣ.

Hunc, quem sæpe vides a inter b penetralia nostræ
Pallados, & templi limina, Cosme, noui.
Cum c baculo, c peraque senem: cui cana, putrisque
d Stat coma, & in pectus sordida barba cadit:
e Cerea quem f nudum tegit vxor g abolla grabati,
Cuique datis latrat obuia turba cibis.
Esse putas Cynicum, deceptus imagine falsa.
h Non est hic Cynicus, Cosme: quid ergo? canis.

g Ad Colinum. LIV.

a Coronam quernam in quinquennali certamine triplici, musico, equestri, gymnico, instituto à Domitiano in honorem Iouis Capitolini. supra ep.1.h. sed & quernâ coronabantur vates magni, heroici sc.
b Nobilissimâ, Ioui sacrâ, ab Imperatore datâ.
c Ad voluptates, & vitæ huius gaudia sic ep.16.l.1. d.& e. Anthol.2.l.c.47.
d Parcas, quibus fili vitæ ducendi & absoluendi modus & cura. e Neronis vitrico, cuius opibus Nero ditatus est. f 9.ep.1.l.a. g Splendido & lauto Meliore, nobili ex epiced. 2. syluæ Papinij, & epitaphio Glauciæ. h Atropos.

O Cui a Tarpeias licuit contingere a quercus,
Et meritas b prima cingere fronde comas:
Si sapis, c vtaris totis, Coline, diebus,
Extremumque tibi semper adesse putes.
d Lanificas nulli tres exorare d puellas
Contigit: obseruant, quem statuere diem.
Diuitior e Crispo, f Thrasea constantior ipso,
Lautior & g nitido sis Meliore licet:
Nil adicit penso Lachesis, fusosque sororum
Explicat, & semper de tribus h vna necat.

Ad

Ad Lucium. LV.

[a] LVci, gloria temporum tuorum,
Qui [b] Gaurum veterem, Tagumque nostrum
[c] Arpis cedere non sinis disertis,
[d] Argiuas generatus inter vrbes
[e] Thebas carmine cantet, aut Mycenas,
Aut claram Rhodon, aut [f] libidinosæ
[g] Ledæas Lacedæmonis [g] palæstras.
[h] Nos Celtis genitos, & ex Iberis,
Nostræ * nomina * duriora terræ
[i] Grato non pudeat referre versu:
[k] Sæuo Bilbilin optimam [k] metallo,
Quæ vincit [l] Chalybasque, [m] Noricosque,
Et ferro * Plateam suo [n] sonantem,
Quam fluctu tenui, sed inquieto
[o] Armorum Salo temperator ambit,
* Tutelamque, [p] chorosque * Rixamarum,
Et [q] conuiuia festa * Carduarum,
Et textis * Peteron rosis rubentem,
Atque antiqua patrum theatra [r] * Rigas;
Et certos iaculo leui * Silaos,
Turgentisque lacus, * Petusiæque:
Et paruæ vada pura [s] * Veronissæ,
Et sanctum * Baradonis ilicetum:
Per quæ vel piger ambulat viator;
Et quæ fortibus excolit iuuencis
Curuæ Manlius arua * Matinessæ.
[t] Hæc tam rustica, delicate lector,
Rides nomina? rideas licebit.
Hæc tam rustica malo, quàm Britannos.

a O Luci, nobilis poeta Hispane, qui non cedis Horatio Venusino lyræ gloriâ, qui æquè celebras lyrico carmine Hispaniæ flumina, ac Horatius suam Apuliam.
b Legend. *Grauium*. qui fl. Hisp. Plin. 4. l. 20. c. & Silio Ital.
c Ciuitati Apuliæ,
d Celebrent Græci vates vrbes suas, nos Hispani nostras.
e Imitatio Horatiana, *Laudabunt alij claram Rhodon &c.* Ode 7. l. 1.
f Quia Veneri consecratæ vel propter gymnicam puellarum luctam. vel propter Helenam.
g Luctas Lacenarum. *vel*, propter Castorem & Pollucem athletas filios Ledæ.
h Nos Celtiberos ex Celtis Gallis & Iberis mistos.
* Aspera Flu. & oppidorum Celtib. nomina quæ mox sequentur sub hac nota *.
i Gratiam patriæ referente.
k Ferro. ep. 50. l. 1. c. & 18. ep. 12. l.
l Pop. ad Pontum fere Euxinum.
m Pop. Germaniæ AEni fl. & Danubij accolas. n In fodinis & secturis *vel* officinis ferrarijs *Dum tonat adflictâ semper domus ignea massâ.* o Ep. 50 l. 1. l. p Choreis gaudentes Rixamoros. q Lautiores Carduarum ciues. r Alij legunt *ripas*. quod prisci iuxta ripas ederent spectacula & aurigationes. s Al. *Vetonissæ*. alijs *Touenissæ*. t Et tamen hæc nomina Celtib. minus dura sunt & horrida quàm Britannica. alij leg. *Bituntum*. q. d. cur tibi Romanæ lector delicate displiceat vel asperitas nominum vel inculta prouincia Celtib. cum & nominis barbarie æque offendat, fertilitate sane & dignitate his longè cedat, Bitontum vilissimum Apuliæ oppidum.

¶ In Gargilianum LVI.

MVnera quòd senibus, viduisque ingentia mittis,
Vis te munificum, Gargiliane, vocem?
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius vno,
[a] Qui potes insidias dona vocare tuas.

a Qui munificentiæ titulo insignis hamos quibus orborum tenuium ac diuitum viduarum inescas hereditates. Senec. 8. epist. *Munera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt.*

b Ep.18.b.5.1.

b Sic auidis fallax indulget piscibus hamus:
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri, quid sit donare, docebo;
Si nescis: c dona, Gargiliane, mihi.

c Munificus verè & liberalis eris si mihi meique ordinis viris largitus fueris, qui vicem reddere non possumus.

Ad Faustinum. LVII.

DVm nos blanda tenent a lasciui stagna Lucrini,
Et quæ b pumiceis fontibus antra calent:
c Tu colis Argiui regnum Faustine coloni,
d Quo te bis decimus ducit ab vrbe lapis.
e Horrida sed feruent f Nemeæi g pectora monstri:
h Nec satis est, Baias igne calere suo.
Ergo i sacri fontes & litora k sacra valete,
Nympharum pariter, Nereïdumque domus.
l Herculeos colles gelida vos vincite bruma,
Nunc Tiburtinis cedite frigoribus.

a Ob delicias & amœnitatem loci, atque lasciuientium ibi hominum frequentiam. ep.63.l.1.b.
b E pumice vel topho scaturientibus.
c Tu degis Tibure à Catillo Argiuo condito, cui fratres Tiburtus & Corax, *Tibur Argeo positum colono* Horat.6.ode l.2.
d Quod ab vrbe distat 20. M.passuum.
e Sed feruet æstus, vbi iam Sol Leonis signum subierit. f Qui fingitur ex leone illo ab Hercule in sylua Nemeæa cæso in cœlum relatus. g In pectore enim Leonis est fulgentissima stella primæ magnitudinis, quam cor leonis appellant. h Fontium enim feruori additur calor cœlestis. i Baiani, nymphis sacri.ep 3.l.3.c. k Nereidibus, vt seq.versu. l Vos O Baiæ calore vestro melius soluetis brumæ frigus quàm Tibur.1.l.13.ep.a. iam autem per æstatis feruorem magis placet Tibur frigori & ventis expositum.

In Gallam. LVIII

IN tenebris luges amissum, Galla, maritum.
m Num plorare pudet te, puto, Galla virum?

m Alius legit. *Non*, alius, *Nam*. hac mente, adeo infamem ob impudicitiam fuisse Gallam viuente marito, vt turpe sit illum iam deflere. Ego autem retinendam puto vulg.lectionem, & argutiam latere in facie synonymorum *maritum* & *virum* nec non *lugere* & *plorare*, cum tamen in τῷ *viro*. captet ambiguitatem, hoc sensu; maritum defunctum, vt par est, luges, sed clam: turpe enim existimas virum tam fortiter cadentem flebiliter & apertè plorare. vide etiam an huc faciat quod narrat Eumolpus de matronâ illâ Ephesiâ apud Petronium.

De vipera electro inclusa. LIX.

a FLentibus Heliadum ramis dum vipera serpit,
b Fluxit in obstantem succina gemma feram,
Quæ dum miratur c pingui se c rore teneri,
c Concreto riguit vincta repentè c gelu.
d Ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulcro.
Vipera si tumulo nobiliore iacet.

a Ramis populi electriferæ vt supra ep.25 b.vide 32. ep.sup.a.& l.6 ep.15.
b Artificium refert Poeticè ad casum.
c Succino.
d E prœlio Actiaco fugiens Cleopatra in AEgyptum, se inclusit sepulchro quod ipsa splendidum exstruxerat, vnde extracta aspidis morsu periisse putabatur. quod poeta respicere videtur, cum viperæ tumulū conferat tumulo illius quæ aspidis morsu periit.

De Curiatio. LX.

[a] ARdea [b] solstitio, Pæstanaque rura petantur,
 * Quique Cleonæo sidere feruet ager:
Cum Tiburtinas [c] damnet Curiatius auras,
 Inter [d] laudatas ad Styga missus [d] aquas.
Nullo fata loco possis excludere: [e] cùm mors
 Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

a Petamus medio æstiuo feruore loca vel calidissima & pestilentia, Ardeam, Pæstum ——
* —— Baias supra ep. 57.
e. & l. postquam in saluberrimo Tiburis cœlo perijt Curiatius.
b AEstiuo, sic enim simpliciter positum significat. c Morte sua reddat infames. d Aquam Martiam, quæ se in Tiburtinam aperit. Plin. 13. l. 3. c. e Vbi fatalis hora venerit, saluberrimus locus, qualis est Tibur, vitam non magis conseruat, quam Sardinia insula, cœli intemperie & grauitate, pestilentissima, ob salinas, graues Austros, Solpugas venenatæ formicæ genus, ceu Bathtachium.

In Mancinum. LXI.

DOnasse amicum tibi [a] ducenta, Mancine,
Nuper superbo lætus ore iactasti.
Quartus dies est, [b] in schola poëtarum
Dum fabulamur, milibus decem dixti
Emptas [c] lacernas munus esse Pompillæ:
[d] Sardon chas auro [e] lineisque ter cinctum,
Duasque [f] similes fluctibus maris gemmas
Dedisse [g] Bassam, Cæliamque iurasti.
[h] Here, de theatro [i] Pollione cantante,
Cum subitò abires, dum fugis, loquebaris
[k] Hereditatis tibi trecenta venisse:
Et mâne centum, & post meridiem centum.
[l] Quid tibi sodales, fecimus mali tantum?
Miserere iam crudelis, & sile tandem.
Aut, si tacere lingua non potest ista,
Aliquando narra, [m] quod, Mancine, velimus.

a M. HS.
b Vbi expectauimus recitationes.
c A Pompillâ tibi donatas lacernas.
d Al. *sardonycha verum.* sic ep 60. l. 9. qui *auro* retinent, aureo inclusos annulo intelligunt, atque *vinctos* legunt.
e Fortè nigrâ, candidâ, miniatâ vide Plin. l. 37. c. 12.
f Smaragdos, Cyaneos, Beryllos, vel Caristos, quæ laudem habent, si mari concolores.
g Mulieres, ficta fortè nomina.
h Heri. *antiquè.*
i Citharœdo nobili. Iuuen. 6. Sat. v. 388.
k Iure hereditario.
l Vt mendacissimis ac vanissimis narrationibus nos indies enecare velis. m Te iacturam fecisse aliquam, quod nobis auditu magis gratum, vel aliud quippiam vnde nobis lucrum.

De Lycori. LXII.

[a] TIbur in [b] Herculeum migrauit nigra Lycoris,
 Omnia dum fieri candida credit ibi.

a Nigra Lycoris non magno in pretio Romæ secesserat Tibur. Iocatur poëta illam eo migrasse motam famâ de regionis illius frigiditate, quæ candorem vel seruaret vel redderet. quod de ebore testantur Plinius, Silius, & Propertius. sic ep. 12. l. 7. b ep. 13. l. 1. a.

De Cærelia. LXIII.

DVm petit à Baulis mater Cærelia Baias,
 Occidit insani crimine mersa freti.

Cærelia quædam, & ipsa mater, à Baulis Baias vecta perierat. arguit poëta aquas criminis & iacturæ gloriæ, quæ monstro hoc simile imperium Neronis in matre suâ Agrippinâ (vide Sueton. Neron. c. 34. Tacit. Annal. 14 & Dionis Neron.) detrectassent illique vel iussæ pepercissent: hanc autem immeritam iniussæ mersissent.

Gloria quanta perit vobis: hæc monstra Neroni
Nec quondam iussæ præstiteratis aquæ.

De hortis Martialis. LXIV.

[a] TVlli iugera pauca Martialis
[b] Hortis Hesperidum beatiora
[c] Longo Ianiculi iugo recumbunt:
Lati collibus imminent recessus:
[d] Et planus modico tumore vertex
Cœlo perfruitur sereniore:
Et curuas nebula tegente valles
Solus luce nitet peculiari:
Puris leniter admouentur astris
Celsæ culmina delicata villæ.
Hinc [e] septem [f] dominos videre montes,
Et totam licet [g] æstimare Romam,
Albanos quoque, Tusculosque colles,
[h] Et quodcumque iacet sub vrbe frigus,
Fidenas [i] veteres, [k] breuesque Rubras,
Et [l] quod virgineo cruore gaudet,
Annæ pomiferum nemus Perannæ.
[m] Illic Flaminiæ, Salariæque
Gestator patet, essedo tacente,
Ne blando rota sit molesta somno,
Quem nec rumpere nauticum [n] celeuma,
Nec clamor valet [o] helciariorum.
Cùm sit tam propè [p] Muluius, [q] sacrumque
Lapsæ per Tiberim volent carinæ.
[r] Hoc rus, seu potius domus vocanda est,
Commendat dominus; tuam putabis:
Tam non inuida, tamque liberalis,
Tam comi patet hospitalitate.
Credas [s] Alcinoï pios Penates,
Aut * facti modò diuitis [t] Molorchi.
[u] Vos nunc omnia parua qui putatis,
Centeno [x] gelidum ligone Tibur,

a Legend. *Iuli.* ad quem ep. 1. & 82. 6. l. ep. 16 & 71. l. 7. & alias.
b ep. 21. lib. Spectac. c.
c Porrigebatur enim ad pontem Miluium. vide Baronium Cardin.
d In vertice Ianiculi planities est quæ colles superat, serena & suda, non nebulis, vt valles, tecta. hic Iulij Mart. villa.
e Septem colles, Palatinũ Capitolinum, Quirinalem, Cœliũ, Esquilinũ, Viminalẽ, Auentinum, quibus imposita Roma rerum domina.
f Al. *Domino*. i. Iulio Mart.
g Lustrare oculis.
h Et quæcunque loca frigida suburbana.
i Româ enim antiquiores.
k Oppid. paruum.
l Nemus Dianæ Aricinæ, in quo fecerant sacra non mitiora quàm Tauricæ Dianæ Strabo. l. 5. cruor itaque vel virginum cæsarum; vel Annæ Peranæ, quæ Didonis soror (vt habent fabulæ) Lauiniæ insidias fugiens se in Numicium fl. dedit præcipitem, ceu (vt tradunt melioris fidei historici) anus Bouillis oriundæ quæ populo per seditionem in montem digresso cibum tulerit, seque postea ex altâ fenestrâ præcipitauit. vide Ouid. 3. Fast. Macrob. 12. Saturn. c. 2. & Tiraquell. ad 3. lib. Alexand.
m Ex hac villa prospiciuntur esseda & currus in via Flam. & Salariâ: non tamen audiuntur, aut somnum interpellant. n Ep. 67. l. 3. e. o Qui nauem aduerso flumine, vel qui nauis anchoram ceu graue aliud pondus vno connixu & mutuo hortatu moliuntur. p Pons Miluius, qui in via Flaminia vltra primum lapidem. q Pro deo cultum. Virg. 8. AEneid. & epigr. 3. l. 3. c. r Honestior, gratior, laudatior fit domus ista à domino Iulio Mart. viro hospitali. s Regis Phæacum, qui Vlyssem enatantem benigno hospitio excepit Hom. odyss. ζ. t Pauperis pastoris qui Herculem ad leonem Nemeæum occidendum venientem hospitio excepit. * quem *modo diuitem factum* appellat poëta quod iuxta Herculis fanum splendido luxu à Domitiano extructum, Molorcho sacellum condiderat & ipsum donarijs ditatum. u *Epiphonem.* Ite iam auari Vectidij quibus non sufficiunt latifundia quæ miluus oberret ego vel toti Tiburi, Prænesti, & Setiæ pauca hæc Martialis iugera antefero. x Supra ep. 52.

Vel Præneste domate, [y] pendulamque
Vni dedite Setiam colono:
[z] Dum, me iudice, præferantur istis
Tullî iugera pauca Martialis.

y In decliuitate montis sitam.
z Malo iugerum paucorum Iulij Mart. quam totius Setini agri dominus esse.

De Philæni. LXV.

OCulo Philænis semper altero plorat.
Quo fiat istud quæritis modo? * lusca est.

* ἀπροσδοκήτως *resp.* neque enim alterum habet.

¶ *Ad Linum.* LXVI.

EGisti vitam semper, Line, [a] municipalem:
Qua nihil omnino [b] dulcius esse potest.
[c] Idibus, & raris togula est [d] excussa Kalendis:
Duxit & æstates [e] synthesis vna decem.
Saltus aprum, campus leporem tibi misit [f] inemptum,
Sylua grauis turdos exagitata dedit.
Raptus flumineo venit de gurgite piscis:
Vina [g] rubens fudit [h] non peregrina cadus.
[i] Nec tener Argolica missus de gente minister,
[k] Sed stetit inculti rustica turba foci.
Villica vel duri compressa est nupta coloni:
Incaluit quoties [l] saucia [m] vena mero.
Nec nocuit tectis ignis, [n] nec Sirius agris:
Nec mersa est pelago, nec fluit [o] vlla ratis.
[p] Supposita est blando numquam tibi tessera talo?
[q] Alea sed parcæ sola fuere nuces.
[r] Dic vbi sit decies, mater quod auara reliquit?
Nusquam est: [s] fecisti rem, Line, difficilem.

a Frugalem vtpote rusticam, quam degunt in municipijs, quæ oppida sunt certâ lege donata ciuitate, munerisque partem cum pop. Romano capiunt.
b Alij, *vilius.* alij *durius* leg.
c Calendis & Idibus conueniebat ad publica sacra populus togatus. in municipijs tamen rarior togæ vsus, Iuuen. 3. Sat 171. v. & Plin. 7 l. epist 8.
d Explicata, vbi depromitur è vestiario. ceu prelo. al. *tibi sumpta.*
e Ep 45. l. 2. c.
f Labore venationis tantùm, non pretio quæsitum. *dapibus mensas onerabat inemptis.* Virg. 4. Geor.
g Figlinus ex argilla rubra. h Domi nata, in agris tuis. i Non tibi mensæ minister magno pretio emptus ex Græcia. k Sed villici pueri & vernæ. ep. 50. l. 1. x. l Ep. 67 l. 3. b. m Libidinis instrumentum. ep. 46 l. 6. n Nec æstus per dies caniculares agros & segetes exussit. o Tua. p Non tesseris aut aleis rem decoxisti, à talis vero tanquam à minore lusu incipiebant, mox incalescentibus lusoribus proferebantur tesseræ. q Sed aleæ tuæ pignora fuere nuces, de quibus vel pueri ludunt. r Cùm itaque frugaliter vixeris vestitu, victu, ministerio & Venere; cùm nec igni nec cœli inclementiâ nec naufragio neque aleâ iacturam feceris, demiror vnde ad paupertatem sis redactus. s Cuius ratio non facile apparet. & tamen apparet te *rem familiarem* fecisse tenuem & decoxisse.

In prætorem. LXVII.

PRætorem pauper centum sestertia Gaurus
Orabat * cara notus amicitia.
[a] Dicebatque suis hæc tantùm deesse trecentis,
Vt posset domino plaudere [b] iustus eques.

* *Cana.* alij. vt 16. ep. l. 1.
a Dicebatque hanc summam sibi deesse ad censum equestrem sc. quadringenta Sestertia. nostræ monetæ 3125 l. vt intra 14. Ordines sedens Domitiano Imp. aduenienti plauderet. ep. 34. l. 6. Solere autem dari ad implendas equestres facultates testatur. Plin. 19. epist. 1. lib.
b Integro censu Equest. ex lege Roscia.

Prætor ait: ſcis me [c] Scorpo, [c] Thalioque daturum,
Atque vtinam centum millia ſola darem.
Ah pudet ingratæ, pudet ah [d] malè diuitis arcæ.
Quod non das equiti, vis dare, Prætor, [e] equo?

c Nobili agitatori. ep. 50. 53. & 74. l. 10. & Lipſ. 1. l. epiſtolic. quæſt. 5. epiſt.
d Quæ vſum diuitiarum neſcit.
e Scorpo vnde equeſtrem ſibi ponat ſtatuam, namque & hæc quadrigarijs permittebantur præmia, *vel*, an homini qui nihil aliud nouit quam equos agitare plus dabis quam honeſto equiti? vide ep. 26. l. 5.

Ad Sextum. LXVIII.

INuitas centum quadrantibus, & bene cœnas.
Vt cœnem inuitor, Sexte, an vt inuideam?

Vide ep. 7. l. 3. vnde huic lux.

Ad Pamphilum. LXIX.

TV [a] Setina quidem ſemper, vel [a] Maſſica ponis
Pamphile: [b] ſed rumor tam bona vina negat.
Diceris hac factus [c] cœlebs quater eſſe [d] lagena.
Nec puto, nec credo Pamphile, [e] nec ſitio.

a Vina nobilia è Setia & Maſsico in Campania.
b Immò veneno miſta eſſe fama eſt.
c Viduus 4. vxoribus veneno ſublatis. de voce *cœlebs* vide quæ ad Senec. Hippoly. 233. v. d Supra ep. 45. c. e Nolo tamen bibere, malo non famæ quam experientiæ fidem habere.

De Ammiano. LXX.

NIhil Ammiano, præter aridam [a] veſtem
Moriens reliquit [b] vltimis pater [b] ceris.
Fieri putet potuiſſe quis, Maronille,
Vt Ammianus [c] mortuum patrem nollet?

a Lipſius 1. Elect. 18. c. reponit, *reſtem*. qua ſe perditæ uxuriæ filius ſuſpenderet.
b Vltimo teſtamento vel ima cerâ teſtamenti, cùm in prioribus nominaſſet alios heredes. c Cuius morte nihil præter reſtim ad eum deuenit, cuius mortem expectabat, & fortè ne expectarat quidem. vide 2. ep. 10. l. 3.

Ad Sophronium. LXXI.

QVæro diu totam Sophroni Ruſe, per vrbem
Si qua puella neget: nulla puella negat.
Tamquam [a] fas non ſit, tamquam ſit turpe negare,
Tamquam non [b] liceat, nulla puella negat.
Caſta igitur nulla eſt? caſtæ ſunt mille. quid ergo
Caſta facit? [c] non dat; non tamen illa negat.

a Naturâ ſuâ.
b Facultate alienâ.
c Mercedem. *vel*, non vltro dat, ſed rogata non negat. vnde apparet verum eſſe illud Ouidij, *caſta eſt quam nemo rogauit.*

Ad Quinctum. LXXII.

EXigis, vt donem noſtros tibi Quincte libellos.
Non habeo, ſed habet [a] bibliopola Tryphon.
Æs dabo pro nugis, & emam tua carmina ſanus?
Non, inquis, faciam [b] tam fatuè: [c] nec ego.

a Clarus præfatione Quintiliani. & 3. ep. l. 13. b.
b Qui emam nugas.
c Qui donem fatuo, ep. 118. l. 1. l.

De Veſtino. LXXIII.

CVm [a] grauis extremas [b] Veſtinus duceret horas,
Et iam per Stygias eſſet iturus aquas,
Vltima voluentes orabat penſa ſorores,
Vt traherent parua ſtamina [c] pulla mora;
[d] Iam ſibi defunctus, caris dum viuit amicis.
Mouerunt tetricas tam pia vota deas.
Tum largas partitus opes, à luce receſſit:
Seque [e] mori poſthac credidit ille [e] ſenem.

a Graui morbo affectus. b Filius Veſtini qui in conſulatu præter culpam a Nerone mori iuſſus eſt. c Nigra, quæ mortem minentur. ep 58 l 6. vt contra *alba*, vbi vitam Parcæ protrahunt. Iuuen. 12. ſat. 65. verſ. d Non vitæ deſiderio moram hanc orabat, ſed vt bona ſua amicis diuideret. e Morti maturum. ſic ep. 53. l. 10.

De Damis. LXXIV.

[a] ADſpicis, imbelles tentent quàm fortia damæ
Prœlia? tam timidis quanta ſit ira feris?
In mortem paruis concurrere frontibus audent.
Vis, Cæſar, damis parcere? [b] mitte canes.

a Supra ep. 35. b A paradoxo canibus, qui aliàs damis exitio ſunt, immiſsis, dirimetur prœlium damarum ad perniciem inter ſe furentium. ſic ep. 49. l. 1.

De Nigrina. LXXV.

O Felix [a] animo, felix Nigrina [b] marito,
Atque inter Latias gloria prima nurus.
[b] Te patrios miſcere iuuat cum coniuge cenſus,
Gaudentem ſocio, participique viro.
Arſerit [c] Euadne flammis iniecta mariti,
Nec minor [d] Alceſtim fama ſub aſtra ferat,
Tu melius [e] certè meruiſti pignore vitæ,
[f] Vt tibi non eſſet morte probandus amor.

a Tuo. i. vitæ tuæ, quæ vel ſine animæ tuæ iacturâ plus marito profuiſti, quam Euadne & Alceſtis pro & cum ſuis morientes. namque— b—Tu marito tuo, cui lege non licuit patrimonium vxoris caducum participare è qua liberos non procreaſſet, liberaliter imperti tibi à patre tibi relictos cenſus. ſic enim malo legere quam *ſenſus* vt vulgo. c Quæ ſe in rogum Capanei coniugis iniecit. Ouid. 3. de Arte & Papin. 12. l. d Quæ coniugis Admeti mortem ſuâ redemit *fab. nota*. e Alij *certæ*, alij *certo*. f Vt ep 9 l. 1. & 57 ep. 11. l.

In auarum amicum. LXXVI.

MIllia miſiſti mihi ſex, bis ſena petenti:
Vt bis ſena feram, bis duodena petam.

Quoniam tu tibi caues, dimidiato quod petebam (vide ep. 76 l 1.) ego neceſſitati meæ conſulam in poſterum petendo geminum eius ſummæ qua mihi opus fuerit.

In Zoilum inuidum. LXXVII.

NVmquam diuitias deos rogaui,
Contentus modicis, meoque lætus.

Paupertati, quæ mihi hactenus cordi & in votis erat, iam renuncio. mutato conſilio & voto, diteſcere volo. nec aliâ de cauſâ, quàm vt ij qui rebus meis modicè lætis inuident, lætiſsimas vbi viderint, inuidiâ rumpantur aut ad laqueum fugiant.

Paupertas, veniam dabis, recede.
Caussa est tam subiti, nouique voti;
Pendentem volo Zoilum videre.

In Varum. LXXVIII.

Eiusdem argumenti vide ep.44.l.1.ep.59.l.3.& 68.l.4. *Abiudicant nonnulli hoc ep. Martiali. in Iuniana editione deest.*

Αργυρέη λιμῷ τις, ἐιλαπίνην με καλέσας
Ἔκτανε. Anthol. 2.l.50.c.

AD cœnam nuper Varus me fortè vocauit,
Ornatus diues, paruula cœna fuit.
Auro, non dapibus oneratur mensa: ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego, non oculos, sed ventrem pascere veni:
Aut appone dapes Vare, vel aufer opes.

In Afrum. LXXIX.

COndita cùm tibi sit iam sexagesima messis,
Et facies multo splendeat alba pilo;
[a] Discurris tota vagus vrbe, nec vlla cathedra est,
Cui non mâne feras irrequietus, aue,
[b] Et sine te nulli fas est prodire tribuno,
Nec caret officio consul vterque tuo;
Et [c] sacro decies repetis Pallatia cliuo,
[d] Sigeriosque [e] modos, Partheniosque sonas.
Hæc faciant sanè iuuenes, deformius, Afer,
Omnino nihil est [f] ardelione sene.

a Ambitiosa indagine officiosus per omnia diuitum atria quos vel in ipsis atrijs, egredientes vel in cathedris sedentes adnissus salutas, discurris portans ineptum *Aue*, cui iam sexagenario & cano dicendum potius fuetat *vale*. vide ep.67 l.5.
b Ep.99.l.11.
c Multoties per viam Sacram repetis Cæsaris domum.
d Iactas vbique familiaritatem tuam cum aulicis, crepas vsque Sigerium & Parthenium Cæsaris cubicularios.
e Ramiresi. legit *meros*. Mulambertius, *modò*.
f Vide ep.7.l.2.

Ad Mathonem. LXXX.

HOspes eras nostri semper, [a] Matho, Tiburtini.
Hoc emis: [b] imposui, rus tibi vendo tuum.

a Vide epigr. quod sequitur.
b Decepi ego te, immo tu teipsum, dum mancipio tuum pretio vis esse prædium Tib. quod prius quidem gratis erat vsu tuum assidui hospitis, quandiu meum fuit possessione.

In Mathonem. LXXXI.

DEclamas in febre, [a] Mathon: hanc esse phrenesim
[b] Si nescis, non es sanus amice Mathon.
Declamas æger, declamas [c] hemitritæus.
[d] Si sudare aliter non potes, est ratio.
[e] Magna tamen res est: [f] errans cùm viscera febris
Exurit, res est magna [g] tacere, Mathon.

a Caussidicus. Iuuen. 1. Sat. 32.
b Si nescis hanc esse insaniam, quòd febricitans declamas, perditâ sane & deploratâ laboras insaniâ, cuius sensum non habes. est autem Phrenesis insania ex inflammatione cerebri orta. Celsus.
c Semitertianâ laborans.
d Si hoc facias quò elicias sudorem & hinc febrim leues, habes sane cur declames.
e Posse in febre declamare, inquit poeta ex persona Mathonis.
f Resp. obiectioni poëta. cùm errans, i. incertas habens accessiones & decessiones semitertiana exurit visc. alii leg. *erras*.
g Non clamare, non ingemiscere. arguit autem Mathonem vel improbæ & effrenis loquendi libidinis, vel pronunciationis querulæ & quasi in febre quiritantis.

De Fabulla. LXXXII.

[a] EPigramma nostrum cùm Fabulla legisset,
Negare nullam quo queror puellarum:
Semel rogata bis terque neglexit
Preces amantis: [b] iam Fabulla promitte.
[c] Negare iussi, [c] pernegare non iussi.

a 71. supra.
b Vt nolo nimis facilem, ita nec difficilem nimis. 1. l. 58. ep. & 38. supra.
c Sic ep. 70. l. 9. *Nam vigilare leue est, peruigilare graue.*

Ad Rufum. LXXXIII.

[a] HOs quoque commenda Venuleio Rufe libellos,
Imputet & nobis otia parua, roga:
Immemor & paullùm curarum, operumq; suorum,
[b] Non tetrica nugas exigat aure meas.
Sed [c] nec post primũ legat hæc, [d] summúmue [e] trientẽ.
[f] Sed sua cùm medius prœlia Bacchus amat.
Si nimis est legisse [g] duos, tibi charta plicetur
Altera: [h] diuisum sic breue fiet opus.

a Duos tertium & quartum hunc. infra g.
b Non rigidâ censurâ ad amussim & perpendiculum examinet carmina hæc nugatoria.
c Inter magis seria, & priusquàm mero incaluerit. ep. 8. supra. h.
d Nec tamen post vltimum, vbi nimius feruor. vel vbi friguit deferbuitque alacritas.
e Ep. 107. l. 1. d.
f Sed inter scyphos. cùm in mediâ cœnâ poscunt maiora pocula.
g Supra, nota a.
h Vide ep. 29. supra.

❡ *In Næuolum.* LXXXIV.

[a] SEcuro nihil est te, Næuole, peius, eodem
Solicito nihil est, Næuole, te melius.
Securus nullos resalutas, despicis omnes;
Nec quisquam liber, nec tibi gratus homo est.
Solicitus donas, dominum, regemque salutas;
Inuitas. esto, Næuole, [b] solicitus.

a Te curis vacuo & prosperè agente nihil arrogantius & insolentius, curis presso modestior nemo aut summissior. & quod de Caligula Passienus; *Nemo fuit seruus melior, nemo dominus deterior.*
b Vt fies vsque modestus.

—— *In Thaidem.* LXXXV.

NOn est in populo, nec vrbe tota,
A se Thaida qui probet fututam;
Cum multi cupiant, rogentque multi.
Tam casta est, rogo, Thais? immo [a] fellat.

a Supra ep. 50.

In Ponticum. LXXXVI.

[a] NOs bibimus vitro, tu [b] myrrha, Pontice. quare?
[c] Prodat perspicuus ne duo vina calix.

a Coniux tui.
b Poculo myrrhino.
c Ne si tu vitreis, vt nos, biberes, appareret te non idem vinum bibere quod nos, sed generosius. ep. 49. lib. 10.

❡ *Ad librum suum.* LXXXVII.

SI vis auribus [a] Atticis probari,
Exhortor, moneoque te libelle,

a Politis, delicatis, eleganter teretibus.

Vt docto placeas [b] Apollinari.
[c] Nil exactius, eruditiusque est,
Sed nec candidius, benigniusque:
[d] Si te pectore, si tenebit ore,
Nec [e] ronchos metues malignorum,
Nec [f] scombris tunicas dabis [g] molestas.
[h] Si damnauerit, ad [i] salariorum
Curras scrinia protinus licebit,
[k] Inuersa pueris arande charta.

b Ep.25.l.7.
c Qui vt apprime exacti est iudici & eruditionis ad examinandum: ita miri candoris & benigni ingenij ad approbandum.
d Ille si te approbarit basio & amplexu dignatus. ep.4.1.l.1. abunde tutus eris, & extra plebei iudicij aleam contemptumque positus.
e Ep.4.l.1.e. f Ep.2.l.3.c. g Hinc conijcio non tam inuolutos ineptis hisce chartis pisciculos illos venales quàm in iis frixos fuisse, cùm Metaphoram sumat à tunicâ illâ molestâ pice & bitumine illitâ, qua miselli ardebant damnati. ep 25.l.10. alij intelligunt chartas illas, quibus inuoluti afferebantur scombri, à coquo in ignem iniectas. vide ep. 2 l. 3. e. h Ille si improbarit, despera te placere aliis posse. i Puerorum salsamenta vendentium. k In tergo à pueris scribenda, olim autem vnâ tantum chartæ facie scribebatur. Iuuen.1. Sat. 5. vers. vide ep. 62. l. 8.

——De Bassa. LXXXVIII.

INfantem secum semper tua Bassa, Fabulle,
Collocat, & lusus, deliciasque vocat.
Et quod mireris magis, [a] infantaria non est.
Ergo quid in caussa est? [b] pedere Bassa solet.

a Nec tamen ea est quæ infantes amet. *nouatum verbum.*
b Et in infantem quem gestabat fabam cudere, culpam reijcere.

In dissimulatorem LXXXIX.

NVlla remisisti paruo pro [a] munere dona;
Et iam Saturni [b] quinque fuere dies.
Ergo nec argenti sex [c] scrupula [d] Septitiane
Missa, nec à [e] querulo mappa cliente fuit.
[g] Antipolitani nec quæ de sanguine thynni
Testa rubet, nec quæ [h] coctana parua gerit.
[i] Nec rugosarum vimen breue Picenarum:
[k] Dicere te posses vt meminisse mei.
Decipies alios verbis vultuque benigno:
Nam mihi iam notus [l] dissimulator eris.

a Libro fortè, vel alio munere in Saturnalibus misso.
b Saturnalia ad quintum diem protraxit Caligula.
c alijs *Scriptula*, Græcis γράμματα à numero literarum, vncia enim 24. continebat scrupula.
d O Sept. ad quem ep.1-8. l.11 alij legunt *Septitiani*, & referunt ad *argenti*. alij, *Septitianæ*, & intelligunt *libræ* de qua ep.71 l 8. argentum Septit. aiunt esse improbioris notæ, non probant. alij caliculum intelligunt ab artifice Septitiano nescio quo factum, minutulum sane ex 6 scrup. e Ep.50.l.1 dd. f Supra 46.K. g Nec muria, quæ è sanguine thynni confecta mittebatur Romam ab Antipoli Asiæ *a iis Galliæ Narbonensis* vrbe. h Ficus paruas ex Syria.13.l.28 ep. i Nec fiscella oliuarum Picenarum.13.l.36.ep. k μνημόσυνον sc.& argumentum amoris. l Ingratus. Est enim ingratus qui beneficium accepisse se negat, & qui dissimulat. Sen. Benef.3.l.1.c. vel qui dissimulas te non intelligere quid velim. vide ep.16.1.& ep.26.l.5.b.

¶ De rusticatione. XC.

RVre morans quid agam, respondeo pauca, rogatus,
Luce deos oro, famulos, post arua reuiso;

[a] Partibus atque meis iustos indico labores.
Inde lego, [b] Phœbumque cio, Musamque lacesso.
Hinc [c] oleo corpusque frico, mollique palæstra
Stringo libens, animo gaudens, ac fœnore liber.
[d] Pondero, poto, cano, ludo, lauo, cœno, quiesco.
Dum paruus [e] lychnus modicum consumat oliui.
[f] Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis.

a Meis famulis opus distribuo sic Dido Virgiliana. *operumque laborem Partibus æquabat iustis aut sorte trahebat.*
b Pango carmina:
c Ep. 57. l. 3. nota 4.
d Omnes vno ore emendant, *Prandeo* neque enim prandium omnino Latio exulabat.
e Ellychninm, lucerna.
f Nox lucubrata dat hæc carm. &c. *vel* nox dat hæc carmina lucubrata Musis nocturnis.

Ad librum. XCI.

[a] OHe iam satis est, ohe libelle.
Iam peruenimus vsque ad [b] vmbilicos:
[c] Tu procedere adhuc, & ire quæris;
Nec summa potes in scheda teneri.
Sic tamquam tibi res peracta non sit,
Quæ prima quoque pagina peracta est.
Iam lector queriturque, deficitque:
Iam [d] librarius hoc & ipse dicit.
[a] Ohe iam satis est, ohe libelle.

a Imitatio Horatiana 5. sat. 1. l. & 5. sat. 2. l.
b Vide ep. 67. l. 1. l.
c Tu tamen O libelle vis ire vlterius, nec contentus es paginæ extremam etiam partem implere, tanquam nondum perfeceris rem quam vel in prima paginæ parte fecisti, hoc est, satiasti lectorem & tædio enecasti. de scheda vide Vitellium c. 3.
d Qui libros transcribit.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER. V.

Ad Cæsarem. I.

[a] HOc [*] tibi, [b] Palladiæ seu collibus vteris Albæ,
Cæsar, & hinc [c] Triuiā prospicis, [d] inde Thetin:
[e] Seu tua veridicæ discunt responsa sorores,
[f] Plana suburbani qua cubat vnda freti:
[g] Seu placet Æneæ nutrix, [h] seu filia Solis,
Siue [i] salutiferis [k] candidus Anxur aquis;
[*] Mittimus ô rerum felix tutela, salusque,
Sospite quo [l] gratum credimus esse Iouem,

a Hoc quicquid id est libri, hunc qualemcunque librum * mittimus tibi O Cæsar.
b Seu degis in monte Albanô. Quem locum tanquam arcem elegerat, & vbi quinquatria in honorem Mineruæ quotannis celebrauit. 4. l. 1. ep. f
c Artemisium templum in nemore Dianæ Triuiæ prope Aricinam.
d Ab alterâ parte prospicis mare.
e Seu degis Anti, vbi Fortuna colitur sub imagine geminatum sororum. Per adulationem autem Domitiano numen maius & oraculum certius attribuit, dictanti sc. his tanquam minoribus Diis responsa.
f Quam vrbem mare alluit cuius suburbia occupat mare.
g Seu recessisti in Caietam vrbem Campaniæ, ab AEneæ nutrice dictam, vt vult Virg. 7. AEneid. vt alii, à *καίειν* quod ibi classis Troiana incensa. vt alij, a sinuosa cauitate, quam Lacones *Caiatam* dixerunt.
h Ceu verias *Circeis* promontorio Italiæ, a Circe filia Solis & Perses quondam habitato.
i Propter Pontinam, vel alias paludes, in quas pronum est Anxur ab Vfenti fl. non parua aquarum salubritate. sic ep. 51. l. 10. f.
k *Impositum late saxis candentibus Anxur* Horat. 5. sat. 1. l.
l Non immemorem Capitolij a Domitiano puero defensi, ep. 104. l. 9. vel restituti cum iterum arsisset. Suet. 5. c. Dom. vide ep. 59. l. 7.

Tu tantùm accipies: ego te legisse putabo,
Et tumidus [m] Galla credulitate fruar.

m Facili. Galli enim tunc simplices & creduli. Strabo 4. l.

Ad Lectores. II.

[a] MAtronæ, puerique, virginesque,
Vobis pagina nostra dedicatur.
Tu, quem nequitiæ procaciores
Delectant nimium, salesque nudi,
Lasciuos lege [b] quatuor libellos,
Quinctus cum [c] domino liber iocetur;
Quem [d] Germanicus ore non rubenti
Coràm [f] Cecropia legat puella.

a Vide ep. 67. l. 3. d.
b Præcedentes.
c Domitiano.
d Domitianus. Qui se tanquam à Germania deuictâ ita appellari voluit.
e Sine rubore.
f Ipsâ Mineruâ Athenarum præside, *vel* coram virgine Palladi sacra, quæ ritu Vestalium viuebat in templo Poliadis, vbi Palladium fuisse credebatur. Strabo. 9. l.

Ad Domitianum. III.

[a] ACcola iam nostræ Degis [b] Germanice ripæ,
A famulis Istri qui tibi venit aquis,
Lætus & attonitus, viso modò præside mundi,
Affatus comites dicitur esse suos:
Sors mea quàm fratris melior: cui tam prope fas est
Cernere, tam longè quem colit ille [c] deum.

a Diegis missus ad te in prouinciam Rom. cis Danubium à Decebalo Dacorum rege (qui vltra Danubium) legatus de pace & obsidibus tradendis, vbi te vidit beatiorem se fratre suo (forte, Decebalo) prædicabat, inquiens, *Sors mea, &c.*
b Ep. præced. d.
c Domitianum.

In Myrtalem. IV.

FOetere multo Myrtale solet vino
Sed [a] fallat vt nos, folia deuorat lauri,
Merumque [b] cauta fronde non aqua miscet.
[c] Hanc tu rubentem prominentibus venis
Quoties venire Paulle videris contrà:
Dicas licebit, Myrtale bibit laurum.

a Vt grauior lauri vis obruat vini odorem.
b Qua cauet graueolentiam à vino.
c Quoties itaque Myrtalen rubicundam & venas inflatam conspexeris, ne imputes Baccho sed Apollini, noli illam ebriam dicere sed vatem numine afflatam, epotâ lauro; non secus ac alii vates ἐνθουσιασμὸν procurant manducatâ lauro. Lycophr. Cass. δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

Ad Sextum. V.

[a] SExte, Palatinæ cultor facunde Mineruæ,
Ingenio frueris qui propiore dei.
Nam tibi nascentes domini cognoscere curas,
Et secreta ducis pectora nosse licet.
[b] Sit locus & nostris aliqua tibi parte libellis,

a Sexte, qui es Imperatori à sacræ religionis cultu, ab ingenii studiis, & à consiliis secretioribus.
b Dignare loco, repone libros meos in bibliotheca tuâ, vel Imperatoris inter cæteros epigrammatarios, Catullum, Pedonem, Marsum.

Qua

Qua Pedo, qua Marsus, quaque Catullus erit.
c Et Capitolini * cœlestia carmina belli,
Grande cothurnati pone Maronis opus.

c Sed carmina illa de bello Vitelliano ipsiusque Domitiani periculo, flagrante Capitolio, (* â Domitiano fortè condita *) repone iuxta AEneida sublimis Virgilii. Suet. 1. cap. Domit.

Ad Musas. VI.

SI non est graue, nec nimis molestum,
Musæ [a] Parthenium rogate [b] vestrum.
c Sic te serior & beata quondam
Saluo Cæsare finiat senectus:
Et sis inuidia fauente felix.
Sic [d] Burrus citò [e] sentiat parentem,
Admittas [f] timidam, breuemque chartam
g Intra limina sanctioris aulæ.
Nosti tempora tu [h] Iouis sereni,
Cùm fulget placidus, [i] suoque vultu,
Quo nil supplicibus solet negare.
k Non est, quòd metuas preces [k] iniquas.
Numquam grandia, nec molesta poscit,
Quæ [l] cedro decorata, [l] purpuraque
Nigris pagina creuit [l] vmbilicis.
Nec porrexeris ista: sed teneto.
Sic tamquam nihil offeras, agasque.
Si noui [m] dominum nouem sororum,
Vltro purpureum petet libellum.

a Qui Cæsari est â cubiculis.
b Vestri cultorem, O Musæ, ep. 28. l. 8. a. & ep. 1. l. 11.
c *Precationem hanc concipit musarum verbis.*
d Filius tuus, de quo, ep. 45. l. 4.
e Patris fortunas sapiat, indolis paternæ det specimen, vide & ep. 38. l. 6.
f Hunc verecundum nec longum epigr. libellum.
g In palatium vel in conclaue Cæsaris.
h Vbi placidus & lætus est Domitianus. *Metaph.*
i Vultus sane Domitiani venustus erat, & quo se commendari voluit. Suet. Dom. 18. c.
k Neq; enim poëta (inquiunt Musæ) oblato libello hoc ornato quicquam impudenter aut immodicè petit. l Vide ep. 67. l. 1. l. & 2. ep. 3. l. m Domitianum, musarum cultorem, imo dominum. *Adulatoriè.*

¶ Ad Volcanum. VII.

a QValiter Assyrios renouant incendia nidos,
b Vna c decem quoties secula vixit auis:
Taliter [d] exuta est veterem noua Roma senectam,
Et sumpsit [e] vultus præsidis ipsa sui.
f Iam precor oblitus nostræ, Volcane, querelæ
Parce: g sumus Martis turba, sed & Veneris.
Parce pater: sic [h] Lemniacis lasciua [i] catenis
k Ignoscat coniux, & [l] patienter amet.

a Vt Phœnix auis illa Assyria, vbi annos M vixerit, constructo rogo cremans sese renouare dicitur: ita Domitianus senio & incendio deformem vrbem restituit.
b Duo tamen visi aliquando, pater & filius. Pierius Hieroglyph. 20. l.
c De numero annorum variant autores. Lactantius Martiali astipulatur. vide Plin. 10 l. 2. c. d Eutropius. l. 7. & Suet. Domit. c. 5. e Ep. præced nota, i. f Noli vlterius in nos nepotes & genus Martis cui tu ob adulterium eius cum Venere tuâ infensus es, flamma vindice furibundus grassari. g Sumus quidem proles Martis adulteri tui, â Romulo; sed & Veneris vxoris tuæ, ab AEnea, &c. h Quas in Lemno fabricasti. i Quibus deprehensam cum Marte exposuisti ludibrio diis. k Tuæ illi iniuriæ & suam condonet Venus. l Etsi deformis sis, non coacta & obseruata, vel sine æmulo.

De Phaside. VIII.

[a] EDictum [b] domini, deique nostri,
Quo subsellia certiora fiunt,
Et [c] puros eques ordines recepit,
Dum laudat modò [d] Phasis in Theatro,
Phasis purpureis ruber lacernis:
Et iactat tumido superbus ore,
[e] Tandem commodius licet sedere,
Nunc est reddita dignitas equestris,
Turba non premimur, nec inquinamur.
Hæc, & talia dum refert supinus,
[f] Illas purpureas, & arrogantes
Iussit surgere Lectius lacernas.

a De renouandâ lege Rosciâ, qua nulli in 14. gradibus sedere licuit, nisi cui census equestris. Sueton. c. 8. Dom.
b *Dominum se ac Deum* appellari instituit Domitianus. Xiphilinus & Suetonius in Domit. c. 13.
c Plebi non admistos.
d Plebeius nescio quis, qui ex vestitu se equitem videri voluit.
e *Verba hæc Phasidis se ex lacernis purpureis equitem gloriantis.*
f Phasidem verbis & vestibus se pro equite iactantem gradibus equestribus eiecit adueniens designator Lectius qui illum probè nouerat. 3. l. ep. 95. g.

In Symmachum medicum. IX.

[a] LAnguebam: sed tu comitatus protinus ad me
[b] Venisti centum, Symmache, discipulis.
Centum me tetigere manus, [c] Aquilone gelatæ,
[d] Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

a Non planè ægrotabam; inclinabam tantùm in morbum.
b Venisti, O medice, comitatus multis tuis discipulis (pro more visendi illius temporis) qui singuli longo ordine venam meam tangebant, vel potius arteriam explorabant. felt my pulse. c Frigidissimæ, tanquam Boreâ gelatæ. d Et latenti in me febris causæ προηγȣμένῃ frigidus vester contactus adiecit extrinsecus προκαταρκτικὴν, ita planè accessit febris, in quam prius solùm disponebar.

Ad Regulum, de fama poëtarum. X.

ESse quid hoc dicam, viuis quod fama negatur;
Et sua quod rarus tempora lector amat?
Hi sunt inuidiæ nimirum, [a] Regule, mores,
Præferat antiquos semper vt illa nouis.
[b] Sic veterem ingrati Pompeij quærimus vmbram,
[c] Et laudant Catuli Iulia templa senes.
[d] Ennius est lectus saluo tibi Roma Marone;
Et sua riserunt secula Mæonidem.
Rara coronato plausere theatra Menandro;
[e] Norat Nasonem sola Corinna suum.
Vos tamen ô nostri ne festinate libelli:
[f] Si post fata venit gloria, non propero.

a De hoc Reg. v. 112. ep. 1. l.
b Sic nouis Domitiani ambulacris & porticibus pulcherrimis præferimus porticum Pompeij. de qua ep. 9. l. 2. l.
c Et senes, qui etiam sibi laudem ab ætate quærunt, templo Iouis magnificentissimè à Domitiano instaurato præponunt propter antiquitatem Capitolium a Luctatio Catulo dedicatum, cui eraso Catuli nomine Iulij Cæs. nomen inscriptum est. Dio. l. 43. vide & Tacit. Hist. 3. Lipsius. Schottus & Parrhasius legunt *vilia templa.* Flauius Coniectan. 63. intelligit de æde Veneris genitricis quam struxit Cæsar. d Neglectum erat opus Maronis, dum ipse erat in viuis, prælato Ennio. sed hoc poeticè amplificat vt de Homero & Ouidio. e Ouidij amica fallo hoc nomine celebrata, vide Gyraldum in vita Ouidij. f Mihi sufficiet gloria postuma.

De Stella. XI.

SArdonychas,[a] smaragdos, adamantas, iaspidas vno
Portat in [b] articulo [c] Stella, Seuere, meus.
Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Inuenies: [d] inde est hæc, puto, culta manus.

a Mediam hîc corripit exemplo Græcorum. Nonnij in Dionys. βιβλ. ε. Theocr. εἰδυλ 17. Hom. Batrach.
b Digito.
c Ep. 8. l. 1. a. d Gemmeis annulis ornatur, quòd elegantias & lumina in carmine ponere sciat.

De eodem. XII.

QVòd nutantia fronte pertinaci
Gestat pondera Masclion superbus,
Aut grandis Linus omnibus lacertis,
Septem quòd pueros leuat, vel octo:
Res non difficilis mihi videtur;
Vno cum digito, vel hoc, vel illo
Portet Stella meus decem puellas.

Quòd Masclion & Linus (quos Calderinus putat poni pro Athanato & Fusio, de quibus Plin. 7. l. 20. c.) grauia ceruicibus vel brachijs gesserit pondera non vsque adeo mirum est, cùm Stella vno digitulo portet 10. annulos totidem puellarum pignora, vel ora ceu effigies 10. puellarum (fortè 9. Musarum & Hianthidis suæ, atque allulum ad Pyrrhi gemmam qua effingebatur Apollo cum 9. Musis) in vnius annuli ceu plurium gemmis insculptas portet.

In Callistratum. XIII.

SVm, fateor, semperque fui, Callistrate, pauper,
Sed [a] non obscurus, nec malè notus eques:
Sed toto legor orbe frequens: & [b] dicitur, hic est.
[c] Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit:
At tua centenis incumbunt tecta columnis,
Et [d] libertinas arca [e] flagellat opes:
[f] Magnaque Niliacæ seruit tibi gleba Syenes:
Tondet & innumeros [g] Gallica Parma greges.
[h] Hoc ego, tuq; sumus: sed [i] quod sum, nō potes esse;
Tu [k] quod es, è populo quilibet esse potest.

a Ingenio clarus, honore equitis & titulo donatus. l. 2. ep. 91. & 92. non censu eques.
b Digito monstror.
c Ep. 1. l. 1. c.
d Ingentes, quales possederunt liberti ditissimi, Chrysogonus, Narcissus, Pallas, Callistus &c. quos enumerat Plinius l. 36. c. 18.
e l. 2. ep. 30. c. & 42. ep. l. 4. e. f Sunt tibi latifundia in fertili AEgypto, cuius ciuitas *vmbram nusquam flexura Syene.* g Galliæ cisalpinæ ciuitas lanâ nobilis. ep. 43. l. 2. b. & l. 14. ep. 155. h Quod supra dixi, ego sc. — i — pauper doctus: tu — k — Diues indoctus.

De Manneio. XIV.

SEdere [a] primo solitus in gradu semper,
[b] Tunc cùm liceret [c] occupare, Manneius,
[d] Bis excitatus, terque transtulit castra,
Et inter ipsas pene tertius sellas
Post Caiumque Luciumque consedit.
Illinc cucullo prospicit caput tectus,

a Proximo Orchestræ.
b Ante Domitiani edictum, de quo supra ep. 8. a.
c Præripere equitibus.
d Bis terque excitatus à designatoribus & coactus migrare in remotiorem locum cum sellâ suâ (& hoc lepidè dicit *castra transferre*) quam in ipsis gradibus posuit inter duos equites Ca. & Lu. etiam inde extractus est in viam. sellas autem inferre moris erat.

[e] Oculoque ludos ſpectat indecens [e] vno.
Et hinc miſer deiectus in [f] viam tranſit,
Subſellioque [g] ſemifultus extremo,
Et [g] malè receptus altero genu, [h] iactat
Equiti, ſedere ſe: [i] Lectioque, ſe ſtare.

e An quia luſcus? an credo quod altero tantum oculo proſpiceret cucullo obuolutus? f Interſtitia in ſpectaculis inter ordines erant, inter cuneos & circa balthea quæ theatrum cingebant. g Semi-ſedens & ſemi-ſtans. h Velut ipſe eques. i Deſignatori, metuens ne & inde eijceretur.

Ad Cæſ. Domitianum. XV.

QVinctus noſtrorum liber eſt Auguſte iocorum,
[a] Et queritur læſus carmine nemo meo.
Gaudet honorato, ſed multus nomine lector,
Cui victura meo munere fama datur.
Quid tamẽ hæc proſunt, quamuis venerantia multos?
[b] Non proſunt ſanè: me tamen iſta iuuant.

a Nemo queritur ſe læſum eſſe. *Hellenism.*

b Mihi non vtilia: iucunda quidem. ſeq. ep. & infra 19. & 20.

Ad lectorem. XVI.

[a] SEria cùm poſſim, quòd delectantia malim
Scribere, tu cauſſa es lector amice mihi.
Qui legis, & tota cantas mea carmina Roma,
Sed neſcis, [b] quanti ſtet mihi talis amor.
Nam [c] ſi falciferi defendere templa tonantis,
Solicitiſque velim [d] vendere verba reis:
[e] Plurimus Hiſpanas mittet mihi nauta metretas,
Et fiet vario ſordidus ære ſinus.
[f] At nunc conuiua eſt, commiſſatorque libellus,
Et tantum gratis pagina noſtra placet.
Sed non hac veteres contenti laude fuerunt,
Cùm [g] minimum vati munus Alexis erat.
[h] Bellè, inquis, dixti: ſatis eſt: laudabimur vſque.
[i] Diſſimulas? [k] facies me, puto, cauſſidicum.

a Res graues & ſerij argumenti. b Inopiâ ſc. & rerum indigentiâ. dum enim amorem capto ex his nugis, mercedem amitto quam ex aliis ſtudiis capere poſſem. Ita dum aliis placeo, mihi pereo. c Si velim patronus cauſas defendere in foro, vbi Saturni falcem ferentis ædes. Macrob. 1.l.8 c. d Locare linguam. & *voces proſtituiſſe foro*.. ep 63.l. 7. g. e Mittentur mihi à clientibus quos defendi cadi vini Hiſpani, nummo æreo implebitur ſinus &c. f Nunc tantùm ad conuiuia admittitur, & inter compotationes lectitatur lib. meus. atque ipſe ego adeò g Virgilio donatus a Pollione Alexis puer formoſus. 2 eclog. Virg. nec tamen pro magno munere. h Acclamas mihi *Bellè*, & laudas, quaſi hoc ſatis ſit. ſed *Gloria quantalibet quid erit, ſi gloria tantùm eſt?* vide Iuuen. 7. Sat. 80. v. & Dialog. Quintiliani ceu Taciti. i Non vis intelligere, me aliud poſcere præter laudem? infra ep. 26. k Certè nihil largiendo coges me mutare ſtudium & foro ſeruire, vbi ſeges ampla ep. 77. l. 1.

In Gelliam. XVII.

DVm proauos, atauoſque refers, & nomina magna
[a] Dum tibi noſter eques ſordida conditio eſt:
Dum te poſſe negas [b] niſi lato Gellia clauo
Nubere: nupſiſti Gellia [c] ciſtifero.

a Dum ſordet tibi maritus ex ordine equeſtri. b Niſi ſenatori, cuius inſigne erat latus clauus veſtis cui attexti claui aurei ceu coccinei. c Abiectiſsimo Cybeles ſacrificulo, qui ferebat ciſtulam, in qua religionis Iſiacæ erant arcana. Turnebus 3. l. 21. c. & Baptiſt. Pii Annot. Prior. Calderinus de Iudæo intelligit cui *cophinum fœnumque ſupellex*.

Ad Quinctianum. XVIII.

QVòd tibi [a]Decembri menſe,quo volant [b] mappæ,
Gracileſque [c] ligulæ,[d] cereique, [e] chartæque,
Et [f] acuta [g] ſenibus [f] teſta cum [g] damaſcenis,
Præter libellos [h] vernulas nihil miſi:
Fortaſſe auarus videar, aut inhumanus.
Odi doloſas munerum & malas artes.
[i] Imitantur hamos dona:namque quis neſcit,
Auidum vorata decipi ſcarum muſca?
Quoties amico diuiti nihil donat,
O Quinctiane, [k] liberalis eſt pauper.

a In Saturnalibus.ep.46.l.2.a.
b Dict.ep.K.
c Gladioli argentei ceu ſpathulæ.ep.120.l.14.
d L.14.ep.42.
e L.14.ep.10.&11.
f Vaſe teſtaceo metæ ceu turbinis formam habente, a Iarre. *turbine conditus rugenti Prunorum globus.* Papin.
g Prunis rugoſis(vt ep.29.l.13) à Damaſco Syriæ vrbe. h Domi meæ natos.vel procaces, dicaces,iocolos,æquè ac vernas.vide ep.42.l.1.a. i ep.56.l.4.b. k Dona non inefcat, non cauponatur. infra ep.6?.

Ad Cæſ. Domitianum. XIX.

SI qua fides [a] veri, præferri maxime Cæſar
Temporibus poſſunt ſecula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit ſpectare [b] triumphos?
[c] Quando Palatini plus meruere dei?
Pulchrior & maior quo ſub duce Martia Roma?
Sub quo libertas principe [d] tanta fuit?
Eſt tamen hoc vitium,ſed non leue, ſit licet vnum,
Quòd colit [e] ingratas pauper amicitias.
Quis largitur opes veteri, fidoque ſodali,
Aut quem proſequitur [f] non alienus eques?

a *Immò adulationis?*
b In ſpectaculis certè, non de hoſtibus,niſi falſos. vt de Dacis & Cattis victoribus magis quàm victis.vide Sueton c.5.& Dionem.
c Quando Palat.dei Iupiter,Iuno,Minerua beneficijs ſuis maiorem cultum & plures meruerunt honores, quàm hoc æuo?
d Immo,quando minor? cùm nemini de Rep.mutire quidem liceret.
e Donis,beneficijs, officijs? f Qui nobilitate & cenſu eques eſt: non autem equo ſtipendia faciens,aut titulo equitis ab Imperatore honoratus.

Ad eundem. XX.

[a] SAturnaliciæ [b] ligulam miſiſſe ſelibræ,
[c] Flammatæue togæ ſcripula tota decem,
[d] Luxuria eſt, [e] tumidique vocant hæc munera reges.
[f] Qui crepet aureolos, forſitan vnus erit.
Quatenus hi non ſunt,eſto tu Cæſar amicus.
Nulla ducis virtus [g] dulcior eſſe poteſt.
Iam dudum [h] tacito rides Germanice naſo:
[i] Vtile, quod non vis, do tibi conſilium.

a In Sàturnalibus mitti ſolitæ.ep.46.l.4.a.
b Supra,ep.18.c.
c Aut mittere togam purpurâ micantem & quaſi flammantem,quæ vix ſtetit 10.ſcrupulis, ſed auri,neque.n.10.ſcrupulis argenti veſtis purpurea emi poterat.vide ep.89.l.4.c.
d Luxurioſæ & nimiæ largitionis videtur eſſe diuitibus noſtris. e Et diuites patroni vocant hæc magna munera. f Qui donet vltra vnum numum aureolum,& qui agitati ſonent. ep.36.l.12.c. g Quàm munificentia. h Suboluit me tibi hoc in rem meam conſuluiſſe,ideoque ſubrides. i Dum ſuadeo tibi munificentiam,quæ mihi vſui,tibi præſidio eſſe poſsit: ſed tibi non placet conſilium hoc impendioſum futurum.ſic infra ep.26.i.

Ad Martialem. XXI.

SI tecum mihi care [a] Martialis
Securis liceat frui diebus,
Si disponere tempus otiosum,
Et [b] veræ pariter vacare [b] vitæ:
[c] Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec lites tetricas, forumque triste
[c] Nossemus, nec [d] imagines superbas.
Sed [e] gestatio, fabulæ, libelli,
Campus, porticus, vmbra, [f] virgo, thermæ,
Hæc essent loca semper, hi labores.
Nunc viuit sibi neuter heu, bonosque
[g] Soles effugere, atque abire sentit,
[h] Qui nobis pereunt, & imputantur.
[i] Quisquam viuere cùm sciat, moratur?

a Vide ep. 64. l. 42.
b Ep. 16. l. 1. d & 90. ep. 2. l. c.
c Non curaremus nosse.
d Vide ep. 90. l. 2. e.
e Ep. 13. l. 1. h.
f Virgo aqua, quam adduxit Agrippa viâ Prænestinâ. Plin. 31. l. 3. c. Marlian. 6. l. 15. c. nost. 6. l. 42. φ.
g Dies, quibus benè vti ad vitæ hilaritatem licuit.
h Quòd eos inutiles abire passi sumus, non aliis nobis redditis pro eis quibus non viximus genialiter.
i Sic ep. 16. l. 1.

De Apollonio. XXII.

QVinctum pro Decimo, pro Crasso Regule [a] Marcũ
Ante salutabat rhetor Apollonius.
Nunc vtrumque suo resalutat nomine: [b] quantum
Cura, laborque potest! scripsit, & edidicit.

a Aoutiùs legas *Macrum*. nam & hinc inepti rhetoris infelicem arguit memoriam qui *Decimum* salutaret dimidiato nomine, *Quinctum*: *Crassum*, contrario nomine, *Macrum*.

b *Ironicè & Scepticè.*

In Paullum. XXIII.

[a] MAne domi si te merui, voluique videre,
Sint mihi, Paulle, tuæ longius Exquiliæ.
[b] Sed Tiburtinæ sum proximus accola pylæ;
[c] Qua videt antiquum rustica Flora Iouem.
[d] Alta suburbani vincenda est semita cliui,
Et [e] numquam sicco sordida saxa gradu:
Vixque datur longas mulorum [f] vincere [g] mandras,
Quæque trahi multo marmora [h] fune vides.
Illud adhuc grauius, quod te post mille labores
Paulle [i] negat lasso ianitor esse domi.
Exitus hic operis vani, togulæque [k] madentis.
[l] Vix tanti Paullum mane videre fuit.
Semper inhumanos habet officiosus amicos:
[m] Rex, nisi dormieris, non potes esse meus.

a Si tanti sit tibi officium meum vt te videre mereatur, amor quidem meus is est vt ad te ire velim, etiamsi longius forent Exquiliæ vbi tu habitas.
b Sed ego habito ad pyrum in viâ Tiburtinâ. L. 1. ep. 118. b.
c Prope Floræ deæ rusticæ & florum præsidis templum atque vetus Capitolium Iouis.
d Qua per suburram ascenditur ad montem Exquilinum.
e Perpetuo cœnosa saxa.
f Superare, præterire.
to passe by.
g Propriè caulas, stabula. hîc vt apud Iuuenalem 3. Sat. v. 237. series mulorum onera portantium.
h Machinis, vel plaustris. vt Iuuenal. 3. Sat. 255. v.
i L. 2. ep. 5.
k Nimbo, luto, sudore.
l Vix suscipiendus sit labor tantus, etiam si certum esset te domi tuæ repertum iri.
m Aut domi manè sis, aut ego non subibo tantas itineris molestias tui salutandi gratia. innuit autem Paulum exire & ipsum alios salutatum. vt ep. 18. l. 2. a.

Ad

Ad Baſſum. XXIV.

[a] Herbarum fueras indutus, Baſſe, colores,
[b] Iura theatralis dum ſilüere loci.
[c] Quæ poſtquam placidi cenſoris cura renaſci
Iuſſit, & [d] Oceanum [e] certior audit eques.
Non niſi vel [f] cocco madida, vel [f] murice tincta
Veſte nites, [g] & te ſic dare verba putas.
[h] Quadringentorum nullæ ſunt, Baſſe, lacernæ:
Aut meus ante omnes Cordus haberet equum.

a Lacernas virides ceu galbaneas.
b Lex Roſcia. ſupra ep. 8. a. & 14.
c At poſtquam Domitianus Imp. aſſumptâ cenſurâ reuocauit legem Roſciam. ibid 8. ſupra.
d Deſignatorem theatralem.
e Non plebi immiſtus, vt antè.
f Purpurea, piſcis muricis ſanguine, ceu flore quem ore habet morienſque expuit, tincta; vel cocco. cochineale. grano ſcapis aquifoliæ ilicis deraſo. Plin. 16. l. 8. c.
g Et veſte equitem mentiri atque deſignatorem fallere credis.
h Non qui habet lacernam purpuream, habet etiam cenſum equeſtrem. ep. 67. l. 4. a. hac ratione Codrus pauper foret eques, nam & illi purpurea veſtis.

De Hermete. XXV.

Hermes [a] Martia ſeculi voluptas,
Hermes omnibus eruditus armis.
Hermes [b] & gladiator, & magiſter,
Hermes [c] turba ſui tremorque ludi,
Hermes, [d] quem timet Ælius, ſed vnum,
Hermes, [e] cui cadit Aduolans, ſed vni,
Hermes vincere [f] ſed ferire doctus,
Hermes [g] ſuppoſititius ſibi ipſi,
Hermes [h] diuitiæ locariorum,
Hermes [i] cura, laborque ludiarum,
Hermes [k] belligera ſuperbus haſta,
Hermes [l] æquoreo minax tridente,
Hermes [m] caſſide languida timendus,
Hermes [n] gloria Martis vniuerſi,
Hermes [o] omnia ſolus, & ter vnus.

a AEui huius & Romæ Martiæ deliciæ & gloria propter eruditionem in omni genere armorum, vt mox.
b Et ipſe gladiator & gladiatorum magiſter .i. laniſta.
c Quo arma tractante tota familia gladiatorum turbatur & timet.
d Quem ſolum nobilis gladiator AElius timet.
e A quo ſolo vincitur Adu. nobilis glad.
f Quia ferire doctus. alij. leg. *nec ferire.* i. premendo & inuoluendo vincere ſine ictu, vel aduerſario parcere, vbi poſſet ferire.
g Pugnando non defatigatus ſed perinde ac recens gladiatoribus nouis congreditur, nec indiget vt ſibi alius ſufficiatur, vide Lipſ. Saturnal.
h Cuius pugnæ adeo ſpectatoribus gratæ, vt magnum faciant quæſtum pauperes qui loca à ſe occupata diuitibus tardè venientibus vendunt.
i Quem ludiæ omnes (i. gladiatorum vxores amicæue, vel etiam aliæ quæ gladiatoribus fauent) certatim amant.
k Gladiatoris Samnitis more validè vibrat haſtam.
l Retiarij more mouet fuſcinam directam in Mirmillonem. vide quæ ad verſ. 143. ſat. 2. Iuuen & Lipſ. Saturn. l. 2. c. 8.
m Andabatarum more pugnat. hi autem ex equis galeâ frontē oculoſq; tecti pugnabant. Lipſ. Sat. 2. l. 12. c.
n Vt ſupra, a.
o Colligit quæ dixerat de Hermete, notis, a d. e. g. k. l. m. & poteſt alluſiſſe ad Hermetem Triſmegiſtum, cuius ſummam ſcientiam in philoſophia æquat huius in arena.

De Chæreſtrato. XXVI.

[*] Qvadringenta tibi non ſunt, Chæreſtrate, ſurge,
[a] Lectius ecce venit: [b] ſta, fuge, curre, late.

* Ep. 67. l. 4. 2. & 8. ep. ſupra.
a Deſignator.
b Verba deſignatoris excitantis Chæreſtratum ex 14 gradibus, *vel*, amici monentis. *vel* poetæ.

[c] Ecquis, iô reuocat? discedentemque reducit?
Ecquis iô largas pandit amicus opes?
Quem chartis famæq; damus populisq; loquendum,
Qui Stygios non vult totus adire lacus.
Hoc rogo, non melius, quàm [d] rubro pulpita nimbo
Spargere, & effuso permaduisse croco?
Quàm [e] non sensuro dare quadringenta caballo,
[f] Aureus vt Scorpi nasus vbique micet?
[g] O frustra locuples ô [h] dissimulator amice:
[i] Hæc legis & laudas: quæ tibi fama perit?

c Ecquis *inquit poëta* tam honoris & immortalis nominis amans, vt bonum virum Chæresstratum liberalitate suá donatum in equitis honore seruatum malit, quàm maiores sumptus effundere in res inanes? —— d —— Aspersiones odoratas croceas e tubis eiaculatas in Amphitheatro. ep. 3. lib. Spect. K. & —— e —— Statuas equorum atque aurigarum? ep. 67 l. 4. e. f Bulengerus emendat *AEreus*. AErea sc. Scorpi statua. *Synecd.* g O qui nescis vsum diuitiarum h Ep. 89. l. 4 l. & supra ep. 20. h. i Probè hæc & verè à me moneri fateris, & tamen famæ huius & immortalitatis rationem inire non vis. supra ep. 20. i.

Ad Codrum. XXVII.

QVòd alpha dixi, Codre, pænulatorum
Te nuper, [a] aliqua cùm iocarer in charta:
Si fortè bilem mouit hic tibi versus,
Dicas licebit [b] beta me togatorum.

a Ep. 57. l. 2. f.

b Secundum vel non primum inter pauperes quorum toga est, & sic me vltum iueris. & iocus quæsitus est à ratione numerandi per literas.

In fictum equitem. XXVIII.

INgenium, studiumque tibi, moresque, genusque
Sunt equitis, fateor; [a] cetera plebis habes,
[b] Bis septena tibi non sunt subsellia tanti,
Vt sedeas viso pallidus Oceano.

a Censum non habes equestrem.
b Cur autem adeo delectaris sede equestri intra 14. gradus, vt opus habeas timere designatorem? supra ep. 8. & 14. ep.

¶ *In Mamercum.* XXIX.

VT bene loquatur, sentiatque Mamercus,
Efficere [a] nullis, Aule, moribus possis:
Pietate fratres [b] Curios licet vincas,
Quiete [c] Neruas, comitate [d] Rusones,
Probitate Marcos, æquitate [e] Mauricos,
Oratione [f] Regulos, iocis [g] Paullos.
[h] Rubiginosis cuncta dentibus rodit.
Hominem malignum forsan esse tu credas:
Ego esse [i] miserum credo, cui placet nemo.

a Vel integerrimis.
b Alij leg. *Curtios*.
c Intelligi credo de Nerua, qui successit Domitiano. namque is à Xiphilino quietus & mitis.
d Al. *Dusones*.
e Iunium Mauricum ab æquitate laudat Plin. Sec. 4. l. 22. epist. & l. 1. epist 5.
f Regulum insinuat ad quem sæpe supra vide ep. 112. l. 1. & 4. l. 16. ep. d. g Forte, ad quē, ep. 71. l. 7. & 87. 9. l. & supra ep. 23. h Theoninis & liuidis i. maledicentiâ. i Sic, l. 1. ep. 41. & infra 61. ep. c.

Ad Gelliam. XXX.

SI quando leporem mittis mihi, Gellia, dicis,
[a] Formoſus ſeptem Marce diebus eris.
Si non derides, ſi verum, [b] lux mea, narras:
[c] Ediſti numquam, Gellia, tu leporem.

a Ex opinione vulgi, cui perſuaſum pulchros eos in 7 dies ſequentes fore, qui leporinam ediſſent carnem. Plin. l. 28. c. 19. & Lamprid. in Alex. Seuero.

b Amica, deliciæ, ſuauium meum, φίλον ceu ἱερὸν φῶς. Hom. Il. π. γλυκερὸν φάος. c Tu enim nunquam formoſa videris.

¶ *Ad Varronem.* XXXI.

[a] VArro [b] Sophocleo non inficiande [b] cothurno,
Nec minus in [c] Calabra ſuſpiciende lyra,
Differ [d] opus: nec te facundi [e] ſcena Catulli
Detineat, cultis aut elegia comis.
Sed lege [f] fumoſo [g] non aſpernanda * Decembri
[g] Carmina, mittuntur quæ tibi menſe * ſuo.
[h] Commodius niſi fortè tibi, potiuſque videtur
Saturnalicias perdere, Varro, nuces.

a Nec Menippæus, nec Atacinus hic Varro.
b Ep. 20. l. 3. e.
c Mire artifex carminis lyrici Græci & Latini, vterque enim ſermo Calabris familiaris. *vel* non minus cedens Horatio (qui Lucanus an Appulus anceps, Venuſinus ſc. Calabriæ vicinus ſat. 1. l. 2.) in carmine lyrico, quàm Sophocli in tragico. d Seria tua & ſeueriora ſtudia. e Catulli epigrammatωn elegantia & venuſtas, quæ ſcenæ omnis voluptatem ſuperat. forte, mimos intelligit à Catullo mimographo ſcriptos, de cuius Phaſinate, Iuuenal. 8. ſat. v. 186 vtriuſque poteſt meminiſſe cum addat *elegiam.* f Calet enim hic menſis foco, hinc fumus. g Mea hæc. * Læto Saturnalibus & libertate Decembri. proinde iocis his meis apto. h Niſi forte malis his Saturnalibus ludere talis & perdere nuces, quàm mea hæc legere, quæ ipſorum eſt ineptia. *modeſte hoc de ſuis.*

De ludo puerorum cum iuuencis. XXXII.

ADſpice, quàm [a] placidis inſultet [b] turba iuuencis,
Et ſua quàm facilis [b] pondera taurus amet.
Cornibus hic pendet ſummis: vagus ille per armos
Currit, & [c] in toto ventilat arma boue.
* Ah [d] feritas immota riget. non eſſet arena
Tutior, & poſſent fallere plana magis.
[e] Nec trepidant greſſus: ſed de diſcrimine palmæ
Securus puer eſt, ſolicitumque pecus.

a Fatigatis, *vel*, cicuratis. manſueſcere tauros quamlibet feroces ſcribit Plinius 23. l. c 7. collis eorum appenſa caprifico. Spectaculum huiuſmodi inter Theſſalos & tauros exhibuit Claudius. Suet. 21. c.
b Puerorum inſidentium.
c Tela vibrat, batuit, prælud it, ab omni parte taurorum. * Al. *At feritas.* d Tauri dudum feroces ſtant immoti, & pueris vbi veſtigia ſiſtant, vnde batuant, præbent terga ſua pauimentum æque firmum ac ſolidum atque planam arenam. e Ne interturbent puerorum ludos, impediantue victoriam.

De Criſpo. XXXIII.

QVadrantem Criſpus [a] tabulis, Fauſtine, [a] ſupremis
Non dedit vxori, cui dedit ergo? [b] ſibi.

a Teſtamenti codicillis.
b Ventri ſuo. ipſe enim viuus omnia decoxerat, nec quicquam moriens habuit, quod vxori relinqueret. De Hermocrate qui moriens ſe ſibi heredem teſtamento ſcripſit, vide ep. Lucilij. 2. l. Anthol. c. 50.

In Caussidicum. XXXIV.

CArpere caussidicus fertur mea carmina: quis sit,
Nescio: si sciero, væ tibi caussidice.

De Erotio. XXXV.

[a] HAnc tibi Fronto pater genitrix Flaccilla puellã,
Oscula commendo: deliciasque meas.
Pallida ne nigras horrescat Erotion vmbras,
Oraque [b] Tartarei prodigiosa [b] canis.
[c] Impletura fuit sextæ modò frigora brumæ,
Vixisset totidem ni minus illa dies.
Inter [d] tam veteres ludat lascina [d] patronos,
Et nomen [e] blæso garriat ore meum.
[f] Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi
Terra grauis fueris: [g] non fuit illa tibi.

a Erotion puellam sexennem immaturo extinctam fato, filiam vestram O Fronto & Flaccilla serui dum viueretis mei, vernulam & delicias meas vobis commendo, vt excipiatis animulam eius, deductamque defendatis à laruis illis, monstris, terroribusque Stygijs.
b Cerberi trifaucis.
c Quo minus sextum ætatis annum expleret, defuere illi sex dies. d Vos parentes. e Quod in tenellis & infantibus gratum est. f Fausta & solennis benè precandi mortuis (quos amabant) formula, *Sit tibi terra leuis*, tumulisque inscripta S. T. T. L. vt sc. facilis pateret animæ reditio & iter ad sepulchrum in parentalibus. sepultos autem diris & incantationibus vrgeri a terra grauiori credebant, quibus itaque male volebant, terram grauem imprecabantur. vide quæ ad vltim. vers. Hippolyti Senecæ adnotauimus. g Illa enim fuit patula, nec tibi oneri. ep. 53. l. 6. c.

De Euclide. XXXVI.

CVm sibi [a] redire de patruelibus fundis
Ducenta clamat [b] coccinatus Euclides,
[c] Corinthioque plura de suburbano:
[d] Longumque pulchra [e] stemma repetit à Leda,
Et suscitanti [f] Lectio reluctatur,
[g] Equiti superbo, nobili, locupleti,
Cecidit repentè magna de sinu clauis.
Numquam, Fabulle, [h] nequior fuit clauis.

a Reditum esse annuum ex fundis sibi à patruelibus legatis. alij leg. *Patrœensibus*. Patræ autem non procul à Corintho.
b Supra ep. 24 f.
c Græcus enim Euclides è Corintho.
d Iactatque se ducere genus ab equitibus Castore & Polluce filijs Ledæ è Ioue.
e l. 2. ep. 90. e.
f Designatori eum ex equestri loco excitanti reluctatur. g *Ironicè*. huic Euclidi. h Quæ prodidit fortunas domini sui, ostenditque Eucliden *vel* ipsum esse seruum, cui curæ aliena clauis, *vel* pauperem saltem, cui nemo famulus, qui ipse suam gestaret clauem.

Ad Faustinum. XXXVII.

LAudatus nostro quidam, Faustine, libello
Dissimulat, quasi nil debeat: imposuit.

Carmine meo dedi illi nominis immortalitatem, neque (dissimulante illo te nescire me hinc munus captare, ep. 89. l. 4. l.) præmium accepi, adeóque spem meam falsam habuit.

De

De Erotio puella. XXXVIII.

[a] Puella senibus dulcior mihi [b] cycnis,
[c] Agnâ Galesi mollior Phalanini,
[d] Conchâ Lucrini delicatior stagni:
Cui nec lapillos præferas [e] Erythræos,
Nec modò politum [f] pecudis Indicæ dentem.
Niuesque primas, liliumque non tactum:
Quæ [g] crine vincit [h] Bætici gregis vellus,
[i] Rhenique nodos, [k] aureamque nitellam,
Fragrauit ore, quod rosarium [l] Pæsti:
Quod [m] Atticarum prima mella cerarum:
Quod [n] succinorum rapta de manu [o] gleba:
Cui comparatus indecens erat pauo,
Inamabilis sciurus, & frequens [p] Phœnix:
Adhuc [q] recenti tepet Erotion busto,
Quàm pessimorum lex auara fatorum
[r] Sexta peregit hieme, [r] nec tamen tota,
Nostros amores, gaudiumque, lususque.
Et esse tristem me meus vetat Pætus:
[s] Pectusque pulsans, pariter & comam vellens:
[t] Deflere non te vernulæ pudet mortem?
Ego coniugem, inquit, extuli, & tamen viuo,
Notam, superbam, nobilem, locupletem,
[u] Quid esse nostro fortius potest Pæto?
Ducenties accepit, [x] & tamen viuit.

a Erotion de qua supra, ep. 35.
b Qui candore sunt eximio, & morituri dulce canunt. vt placet nonnullis, licet id negent sanioris iudicij autores.
c Agnâ Tarentinâ mollior. Tarentum alluit fl. Galesus, condidit Phalantus Lacon. 43. ep. l. 2. b.
d Non quòd ostrea Lucrina gulonibus expetebantur, vt exponit Raderus, sed quia, *Lenior assiduo detritis æquore conchis*. vt pinguia rudi fistulâ canentem facit Polyphemum Ouidius 13. Met. vnde petitas has hyperbolicas laudes maiori arte adumbrauit noster.
e Lapillos pretiosos, gemmas, margaritas &c. natas in mari Erythræo, quod vulgo dicitur *Rubrum mare*, sed perperam. vt ostendi ad Thyesten Senecæ v. 370.
f Elephantis dentem. i. ebur.
g Crinis colore.
h Oues Bæticæ natiuo colore rutilabant. l. 14 ep. 133 & 2. l. 43. ep. h.
i Germanorum, qui Rheni accolæ, flauos crines ceu ruffos obliquabant & in nodum coegerunt. ep. 2. l. spect. l.
k Micas pulueris auri repertas in arenis, scobem & ramenta aurea, quibus conspersam comam illuminarunt.
l Oppidi Lucaniæ rosas bis in anno proferentis, Maio & Septembri. ep. 31. l. 12.
m Ep. 104. l. 13.
n Electrum manu tritum suaue olet. ep 64. l 3. d. Dioscorid. l. 1 93.
o Succinum esse fossile, & in duobus locis Scythiæ erui dixit Philemon.
p Quæ rara auis, &, vt quidam volunt, vnica, hac tamen Erotion in genere suo rarior.
q Recens elata est & cremata. ep. 35. supra.
r Ep. 35. supra c.
s Qui afflictis lugendi mos erat, in funeribus præcipuè.
t *Verba Pæti Martiali luctus modum suadentis, suo exemplo.*
u Resp. poëta Ironicè collaudans Pæti fortitudinem, imò exprobrans illi fictum dolorem ceu potius gaudium, cui è coniugis morte obtigerit dos tam ampla.
x Regerit Ironicè in Pætum hæc sua verba.

In Calliodorum. XXXIX.

Calliodorus habet censum, (quis nescit?) equestrē,
Sexte: sed & fratrem Calliodorus habet.
[a] Quadringenta secat, qui dicit συκα μεριζε,
[*] Vno credis equo posse sedere duos?

a Et frater ille tuus qui hereditatem ad assem vsque & minima quæque vt & ficos diuidi ex æquo poscit, aufert tibi medium censum.
* Neque potestis ex vno censu esse duo equites & vno sedere equo aut vno subsellio.

Quid cum fratre tibi, quid cum [b] Polluce molesto?
[c] Non esset Pollux si tibi, Castor eras.
* Vnus cùm sitis: duo, Calliodore, sedetis.
Surge: [d] solœcismum, Calliodore, facis.
Aut imitare [e] genus Ledæ: aut cum fratre sedere
Non potes, alternis Calliodore sede.

b Fratre (vt ille Castoris) qui officit tuo honori, dimidiatus eques.
c Elegans lusus in nominibus Pollux enim pugil; Castor, eques. frater ille tuus quasi pugil tibi reluctatur ne possis esse eques.
d Nec enim fas dicere, *vnus sedetis.* e E quibus Castor immortalitatem suam cum fratre partitus est, vt alternis vicibus morerentur & reuiuiscerent. ita vos per vices estote equites. nisi alterum dicat oportere mori & ad inferos descendere vt superstes sit eques.

In Carinum. XL.

[a] SVpremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas Carine, [b] misi
[c] Hyblæis madidas thymis placentas.
[d] Defeci: miserere iam Carine.
[e] Signa rariùs, aut semel fac illud,
Mentitur tua quod subinde tussis.
Excussi loculosque, sacculumque.
[f] Crœso diuitior licet fuissem,
[g] Iro pauperior forem Carine,
[h] Si conchem toties meam comesses.

a Sæpius mutanti tabulas testamenti vt illicias captatores quos captes. Luciani dialog. Petron, &c.
b Poeta se captatorem fingit quo cautius improbas hæredipetarum artes carpat.
c Melle opt. Hybla mons Siciliæ mellificijs clarus, thymo quippe abundat qui apibus gratus.
d Exhaustus sum. non suppetit quod vltrà mittam.
e Vel noli spem nostram eludere toties mutando testamentum; vel semel morere & præsta fidem tussi tuæ mendaci. vide ep. 56. l. 12. f Lydiæ illo rege ditissimo. Herodot. 1. g Arnæo mendico. Hom. Odyss. 17.
h Si (non mellitâ placentâ, sed) vili cibo fabarum in siliquis coctarum te pascerem quoties signas, vel tussiendo mihi spem mortis tuæ facis.—

In Artemidorum. XLI.

PInxisti Venerem: colis Artemidore Mineruam:
Et miraris, opus displicuisse tuum?

Austerioris Philosophiæ cliens & seuerioris disciplinæ studiosus, non bellè, non cum gratia & Venere aggrederis Veneris iocos & Musas hasce leuiores. quin Gratijs sacra facis o Xenocrates? vide ep. 103. l. 1.

In Didymum. XLII.

[a] SPadone cùm sis euiratior [b] fluxo,
Et [c] concubino mollior [c] Celæneo,
Quem [d] sectus [e] vlulat [f] matris entheæ [d] Gallus,
Theatra [g] loqueris, & [h] gradus, & [h] edicta,
[i] Trabeasque, & [i] Idus, [k] fibulasque, [l] censusque:

a Gallum Cybeles sacerdotem credo intelligi, propter Atyn in versu seq.
b Mollis euiratis fluxæ sunt carnes.
c Aty puero Cybele adamato. a qua offensa in furorem actus sibi testes execuit. Celænæ autem Phrygiæ, vnde & Cybele, vrbs, & tumulus Asiæ iuxta quem Gallus fluuius. Ouid. 4. Fast. d Castratus Cybeles sacerdos. e In sacris vlulatu requirit. f Cybeles numine suo afflantis & sacerdotes in furorem vertentis. g Quasi ad te spectent illa Equestria insignia, sedes & honores. h Supra ep. 8. a. i Equites Rom. induti vestes trabibus pannorum albis & purpureis intertextas transuehebantur Idibus Iulijs. k Non astrigmenta illa & custodias pudoris, de quibus ep. 81. l. 7. & 215. ep. 14. l. sed fibulas illas in nobilitatis insigne equitibus indultas, & Tribunis aureas in trabea vel chlamyde gestatas. Liu. Plutarch. Panciroll & alij. l Equestres. 4. l. 67. ep, a.

Et [m] pumicata pauperes manu [n] monstras.
[o] Sedere in equitum liceat an tibi scamnis,
Videbo Didyme: [p] non licet maritorum.

m Pumice leuigatâ, quæ delicatorum erat mollities. Plin. l. 36 & 2. l. 11. c. Iuuen. Sat. 6. & 8. Sidon. Apol. 7. epist. 1. l. &c. n Per contemptum. o Vtrum permiserint te sedere designatores ordinum equestr. p Quia spado es. Maritis autem in spectaculis proprij & honestiores loci assignati ab Augusto. Suet. c. 44. & Tacit. 3. Annal. A. Gell. l. 2. c. 15.

Amicis esse donandum. XLIII.

CAllidus effracta nummos fur auferet arca:
Prosternet patrios impia flamma Lares.
Debitor vsuram pariter, [a] sortemque negabit.
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorem fallax spoliabit amica.
Mercibus exstructas obruet vnda rates.
[b] Extra fortunam est, quidquid donatur amicis.
Quas dederis, solas semper habebis opes.

a The principall.

b Extra fortunæ aleam, nullatenus fortunæ obnoxia. M. Antonius apud Rabirium poëtam, *Hoc habeo quodcunque dedi, &c.* Senec. 6. l. de Benef. c. 3. Notum & illud Alexandri, interrogati vbi suos reconderet thesauros: *Apud amicos*, inquit. Plut.

De Thaide & Lecania. XLIV.

THais habet nigros, niueos Lecania, dentes.
Quæ ratio est? emptos hæc habet, illa suos.

Vide ep. 73. l. 1. b. & 23. ep. l. 12. & l. 2. Antholog. c. 13.

Ἠγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μέλι, κηρόν, ὀδόντας, &c.

In Dentonem. XLV.

QVid factum est rogo, quid repentè factum?
Ad cœnam mihi [a] Dento, quòd vocanti,
Quis credat, quater ausus es negare.
Sed nec respicis, & fugis [b] sequentem:
Quem [c] thermis modò quærere, & [c] theatris,
Et [d] conclauibus omnibus solebas.
Sic est: captus es vnctiore cœna,
Et maior rapuit [e] canem culina
Iam te: [f] sed citò cognitum & relictum
Cùm fastidierit popina diues,
Antiquæ venies ad ossa cœnæ.

a Nomen ex re natum. dente sc. strenuus.
b Me sequentem vt inuitem te.
c Vide 14. ep l. 2.
d Cœnationibus, cellis.
e Cœnipetam Dentonem instar canis odorantem lautiorem culinam.
f Sed agnitus fastiditusque diuitibus redibis ad tenuem mensam meam.

In Bassam. XLVI.

DIcis formosam, dicis te, Bassa, puellam,
Istud quod non est, dicere Bassa solet.

a Negare soles & contrarium dicere (vt Galla. ep. 25. l. 2) hîc sane præter mentem tuam non es quod dicis, formosa & puella, sed anicula & τρίβὰς vide ep. 91 l. 1.

Ad Diadumenum. XLVII.

BAsia dum nolo, nisi quæ luctantia carpsi:
Et placet ira mihi plus tua, quàm facies:
Vt te sæpe rogem, cedo, Diadumene, sæpe;
Consequor hoc, vt me [a] nec timeas, [b] nec ames.

a Quia habes me tibi cedentem, & supplicem.
b Quia gratior mihi proteruitas tua & sæuitia quàm facilis amor.

De Philone. XLVIII.

NVmquam se cœnasse domi Philo iurat; & hoc est:
Non cœnat, quoties nemo vocauit eum.

d Nec peierat; ieiunat enim quoties non alio inuitatur.

De Encolpo. XLIX.

[a] QVid non cogit amor? secuit nolente capillos
Encolpus domino, [b] nec prohibente tamen.
Permisit, fleuitque Pudens. [c] sic cessit habenis
Audaci questus de Phaëthonte pater.
[d] Talis raptus Hylas, [e] talis deprensus Achilles
Deposuit gaudens, matre dolente, comas.
Sed [f] tu nec propera, breuibus nec [g] crede [h] capillis,
[i] Tardaque pro tanto munere, barba veni.

a Imitatio Virgiliana. *Quid non mortalia pectora cogis &c.*
b Quia ex voto, propter dominum primipilarem assecutum dignitatem. vide ep. 32. l. 1. vnde huic lux.
c Sic. i. animo volente nolente Phœbus dedit Phaëthonti currus sui moderamen.
d Sic Theodamas arma aduersus Herculem mouens filium Hylam domi manere voluit, sed petenti puero concessit vt vnà proficisceretur, atque ita ab Hercule raptus est. *vel*, Sic Hylas Herculi offensus ob patrem occisum, amore tamen Herculis victus se illi comitem cessit. *vel*, Sic impetratâ & extortâ inuito Herculi veniâ eundi aquatum periit Hylas à Nymphis raptus. e Sic Ach. vbi virgineo habitu apud Lycomedem latuit matris suasu, deprensus ab Vlysse depositis comis ex ephebis excessit & lætus, nolente licet matre, Troiam profectus est. f O barba. g Non crede Encolpum propterea grandem esse & virum factum quòd absciderit crines primos, quos alere solebant delicati pueri ad annum 17. h Detonsæ comæ in honorem domini sui. i Ita ep. 32. l. 1. d.

Ad Labienum. L.

VIdissem modò fortè cùm sedentem
Solum te Labiene: treis putaui.
[a] Caluæ me numerus tuæ fefellit.
Sunt illinc tibi, sunt & hinc [b] capilli,
Quales nec puerum decere possint.
Nudum est in medio caput, nec vllus
In longa pilus [c] area notatur.
Hic error tibi profuit Decembri,
[d] Tunc, cum prandia misit Imperator:
Cum panariolis tribus redisti.
[e] Talem Geryonem fuisse credo.

a Quæ à fronte & vtroque tempore capillata, & medio capite glabra, visa est mihi terna. vide ep. 83. l. 10.
b Promissi fortè & curati, quales alunt pueri.
c Summâ caluâ. sic Petron. *Areaque attritis ridet adusta pilis.*
d Vbi ex numero caluæ tuæ pro tribus numeratus accepisti tria panaria (siue panes illi, siue corbes vinarii pane referti fuerint) quæ in Saturnalitiis vel vt refert Suetonius. c. 4. in Septimontiali sacro Domitianus Senatui equitique distribuit. e Tricipitem, namque illum tricorporem fingunt poetæ.

Vires censeo [f] porticum Philippi,
Si te viderit Hercules, perîsti.

f Porticum & ædes Herculis atque Musarum Martius Philippus Augusti vitricus restaurauit, & in ijs imaginem Herculis. g Ex calua te tricorporem Geryonem creditum inuadet. Geryon autem ab Hesiodo τρικέφαλος dictus, ab aliis τρικάρηνος.

In Charopinum LI.

Cœno domi quoties, nisi te, Charopine, vocaui:
Protinus ingentes sunt inimicitiæ:
Meque petis [a] stricto medium transfigere ferro,
Si nostrum sine te scis calüisse focum.
Nec semel ergo mihi [b] furtum fecisse licebit?
Improbius nihil est hac, Charopine, gula.
Desine iam nostram, precor, obseruare culinam,
Atque aliquando meus det tibi verba [c] coquus.

a Gulæ eius iratæ rabiem amplificat poeta.
b Celare tuam gulam, & resupinantem nasum qui cœnam meam vsque odorœ.
c Lateat, fallat te.
d Al focus.

Ad Rufum. LII.

Hic qui [a] libellis prægrauem gerit læuam,
[b] Notariorum quem premit chorus leuis,
Qui [c] codicillis hinc, & inde prolatis,
Epistolisque commodat grauem vultum,
Similis [d] Catoni, [e] Tullioque, [f] Brutoque,
[g] Exprimere, Rufe, fidiculæ licet cogant,
Aue Latinum, χαῖρε non potest Græcum.
Si fingere me istud putas, [h] salutemus.

a Supplicibus, accusatoriis, seu iudiciariis libellis onustam, captans hinc existimationem apud populum periti causidici, vt cui multitudo negociorum.
b Puerorum amanuensium clerkes qui eius tanquam pluribus districti negotijs dictata scribant.
c Quibus testamentorum perfectiones, vel publicæ autoritatis mandata continentur. d Viro grauissimo & max. autoritatis. e Patrono attentissimo. f Literis assiduè affixo, percussorem Cæsaris intelligo. g Ita tamen inhumanus est; adeo indoctus & insciens, vt adhibitis tormentis illi extorquere non possis *Aue Lat.* multo minus χαῖρε Græcum. h Specimen facturi & periculum hominis.

In Postumum. LIII.

Quæ mihi præstiteris memini, semperque tenebo,
Cur igitur taceo, Postume, tu loqueris?
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinus exclamat, dixerat [a] ipse mihi.
Non bellè quædam faciunt duo: [b] sufficit vnus
Huic operi: si vis, vt loquar, ipse tace.
Crede mihi, quamuis ingentia, Postume, dones,
Auctoris [c] pereunt garrulitate sui.

a Postumus.
b Vide Senec. de Benef. l. 2. c. 10. & 11. & lib. 7 c. 22.
c Amittunt gratiam.

Ad

Ad Bassum. LIV.

[a] COlchida quid scribis, quid scribis amice Thyesten?
[b] Quid tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache?
Materia est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion: vel, si non placet hic, Phaëthon.

a Cur sumis tibi tragœdiarum argumenta ominis tuis carminibus negati? sc. Medeæ per æthera volantis, Thyestæ contumacis, Niobes in saxum versæ. Andromaches Troiæ flammis superstiti hæc fata non manent tuas chartas quin potius sumis materiam tuis scriptis dignam, Deucaliona aut Phaëthonta, quorum hic flammis periit, ille aquis, qui exitus tuis chartis conuenit. Sic Leonidas, Antholog. 2. Γοάψας Δευκαλίωνα μετέσραπε καὶ φαέθοντα &c. sic aliàs de suis iocatur noster. ep. 6. l. 1 & 99. l. 3. b Quid tibi materia est Niobe vel Andromache? alii leg. *Nioben* & *Andromachen* atque subintelligunt *Scriptio est* vt Plautus. *Quid tibi meam tactio est?*

De rhetore. LV.

[a] EXtemporalis factus est meus rhetor:
Calpurnium non scripsit, & salutauit.

a Apollonius qui modò (ep. 22. supra) scripsit & edidicit, nunc tantum profecit vt vnum aliquem etiam duri nominis posit salutare nec tamen scripserit. *Iron.*

De Aquila. LVI.

[a] DIc mihi, quẽ portes, volucrum regina? tonantẽ.
Nulla manu quare fulmina gestat? amat.
Quo calet igne deus? [b] pueri. cur mitis aperto
Respicis ore Iouem? de [b] Ganymede loquor.

a Vide Alciati emblema de Aquila Iouem gestante & ibidem Minoem.
b Ganymed. quem in Iouis gratiam rapui.

¶ *Ad Lupum.* LVII.

CVi tradas Lupe, filium magistro,
Quæris solicitus, diuque tentas;
[a] Omnes grammaticosque rhetorasque
Deuites, moneo: nihil sit illi
Cum libris Ciceronis, aut Maronis.
Famæ [b] Rutilium suæ relinquat.
[c] Si versus facit, abdices poëtam,
Artes discere vult pecuniosas?
Fac, [d] discat [e] citharœdus, aut [f] choraules.
Si duri puer ingenî videtur,
[g] Præconem facias, vel [h] architectum.

a *Quando artibus honestis Nullus in vrbe locus.* &c. Iuuen. 3. Sat.

b Videtur is esse quem laudat Cicero 1. de oratore, & in Bruto. de quo Val. Max. l. 2. c. 3. & Sueton in Augusto c. 89. alij leg. Lucilium. vide Baptist. Egnat. 9. c. Racemation.

c A sterili & inutili poetices studio illum omni ratione auerte. d Discat citharœdi artem, discat fieri citharœdus. *Hellenism.* vide Ios. Mercerum ad 19. epist. 1. l. Aristæneti. nec opus erit Iani Gulielmi limâ qui 3. l. verisimil. c. 19. legit *Fac biscat* &c. e Citharœdi hac tempestate in pretio. ep. 4. l. 3. f. f Qui in choro tibiâ canit. g Ep 8. l. 6. h Præter priuatorum enim in ædificijs hac tempestate luxum, & Domitianus templa & alia publica instaurauit. ep. 4. l. 9.

Ad

Ad Cinnam. LVIII.

CVm voco te[a] dominum, nolo tibi Cinna placere:
Sæpe etiam [b] seruum sic resaluto meum.

a Sir.
b Sed ironicè, nisi insanet Cinnam seruum fuisse.

Ad Postumum. LIX.

[a] CRas te victurum,[b] cras dicis, Postume, semper.
Dic mihi cras illud, Postume, quando venit?
Quam longè cras istud vbi est, aut vnde petendum?
Numquid apud Parthos, Armeniosque latet?
[c] Iam cras istud habet Priami, vel Nestoris annos.
[d] Cras istud quanti dic mihi possit emi?
Cras viues: [e] hodie iam viuere, Postume, serum est,
Ille sapit, quisquis, Postume, vixit heri.

a De præsentibus fruendis. ep.16.l.1.& 90.l.2.Anthol. 2.l.47 c.
b Et cras hoc comperendinat iuuenis ignauus, apud Pers. Sat.5 v 66.
c Ita protrusisti horam vt hora fere iam protruserit te, senem factum.
d Cras hoc tuum quod præterijt non potest redimi: futurum quantuli? facili sanè pretio immò nullo, quia sponte venit, si velis vti. sed vide Senec. epist.12.
e Ep.16.l.1.

Ad Stellam. LX.

QVòd non [a] argentum, quod nõ tibi [b] misimus [a] aurũ,
Hoc facimus [c] caussa, Stella diserte, [c] tua.
Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti:
Fictilibus nostris [d] exoneratus eris.

a Vasa argentea & aurea
b In Saturnalibus. ep.46.l.2.a.
c Vt tibi parcam, ne maiora ex more remittas, vt seq. verũ vide & ep.18. supra.
d Liberatus onere remittendi munera, quibus respondeas leuibus & fictilibus his meis.

Ad detractorem. LXI.

ALlatres licet vsque nos, & vsque,
Et [a] gannitibus improbis lacessas:
[b] Certum est hanc tibi pernegare famam,
Olim quam petis in meis libellis,
Qualiscumque legaris vt per orbem.
Nam te cur aliquis sciat fuisse?
Ignotus pereas, [c] miser necesse est.
Non deerunt tamen hac in vrbe forsan
Vnus, vel duo, tres-ve, quatuorue,
[d] Pellem rodere qui velint caninam.
[e] Nos hac à scabie tenemus vngues.

a Conuiciis tuis & maledictis, gannire canum est, vt alii, vulpium.
b Non viuet, non notum erit posteritati nomen tuum in carminibus meis vel infami notâ inustum.
c Quia inuidus. ep.41.l.1. & supra.29.i.
d Qui maledicos velint maledictis insectari. Allusum vult Erasmus ad prouerb. *Canis caninam non est.* Varro lib.6.LL. vide ep. 2.l.15.e. Horat. epod.6.
e Ego ab hac libidine & contagio maledicendi me contineo, scabie eius nolo me contaminare, nolo pruritum eius scabendo leuare.

In Marianum. LXII.

[a] CRispulus iste quis est, vxori semper adhæret
Qui Mariane tuæ? crispulus iste quis est?

a Crispatus crines & delicatus.

Nescio

Nescio quid dominæ teneram qui garrit in aurem:
  Et [b] sellam cubito dexteriore premit?
Per cuius digitos currit leuis anulus omnes:
  [c] Crura gerit nullo qui violata pilo?
Nil mihi respondes? [d] vxoris res agit, inquis,
  Iste meæ: [e] sanè certus, & asper homo est,
Procuratorem vultu qui præferat ipso;
  Acrior hoc Chius non erat Aufidius.
[f] O quàm dignus eras alapis Mariane Latini:
  Te successurum credo ego Panniculo.
[g] Res vxoris agit, [h] res nullas Crispulus iste,
  Res non vxoris, res agit iste tuas.

b Incumbit, innititur sellæ vxoris tuæ. c Cui crura depilata. ep. 29 l. 2. g. d Est procurator, qui vxoris negocia obit. e *Martialis resp.* Is tibi sanè propter diligentiam attentionem formam & vultum videtur esse procurator acer, ego autem perspicio illum esse mœchum, quo non Aufidius insignior. de quo Auf. Iuuen. 9. Sat. 25. v. possunt & hæc Mariano collaudanti crispulum hunc & præferenti eius diligentiam attentioni Aufidii Lusci, qui è decuria scribarum factus est prætor, continuari vsque ad, *O quàm dignus, &c.* f O digne qui in spectaculis theatralibus risum moueas alaparum contumeliis exceptus, non secus ac Panniculus mimus á Latino mœchi sui partes agente cæsus vide ep. 72. l. 2. b. g Cum indignatione repetit hoc poeta. h Nulla negocia, nullas in foro vxoris tuæ partes agit iste procurator crispulus, immò tuum locum & vices supplet in thalamis iste mœchus.

Ad hospites. LXIII.

IVre tuo nostris maneas licet, hospes, in hortis,
  Si potes in nudo ponere membra solo:
Aut si portatur tecum tibi magna supellex:
  [a] Nam mea iam digitum sustulit hospitibus.
Nulla tegit [b] fractos, nec inanis culcita lectos:
  [c] Putris & abrupta fascia reste iacet.
Sit tamen hospitium nobis commune duobus:
  Emi hortos, plus est: instrue tu, minus est.

a Meam enim supellectilem, lectos, sellas, &c. alij iam hospites attriuerunt, atque viu tanquàm suam factam & à domino alienatam consumpserunt. *Metaph. sumpta, vel,* ab arena in qua victi tollebant digitum in signum τῆς ἥττης 29. ep. l. spect. *vel,* à licitationibus, in quibus digito sublato se quis profitebatur emptorem ceu conductorem. Cic. 3. in Verrem. *Iunius patruus tollit digitum* &c. vide Brissonij form. 6. l. b Al. *fartos.* c Et fasciæ cancellatæ, quibus lectus tenditur, cadunt putres, ruptâ reste, the bedcord.

Ad Ponticum. LXIV.

QVid sentis, inquis, de nostris, Marce, libellis?
  Sic me solicitus, Pontice, sæpe rogas.
[a] Admiror, stupeo: nihil est perfectius illis:
  [b] Ipse tuo cedit Regulus ingenio,
Hoc sentis? inquis; faciat tibi [c] sic bene Cæsar,
  Sic Capitolinus Iupiter: d immò tibi.

a Respondet Martialis. b Sic. ep 16. l 4 d. vide ep. 13. & 112. l 1. c Vt vir bonus es, O Martialis, & candidus iudex. d Immo tibi, O Pontice, *respondet Martialis*, sic faciant Domitianus & Iupiter benè, vt ego bene sentio de tuis libellis. i. faciant malè, neque enim verè & ex animo probaui, sed vt tuæ subseruirem φιλαυτίᾳ, vt qui malè sanus palpum malis quàm iudicium rectum. vide 76. ep. l 8.

Ad suos ministros. LXV.

a SExtantes * Caliste a duos infunde Falerni;
Tu super b æstiuas * Alcime funde b niues.
c Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Lassenturque d rosis tempora d sutilibus.
Iam e vicina iubent nos f viuere g Mausolea:
Cùm doceant, ipsos posse perire h deos.

a Trientem 4 cyathos. sextans duos continet cyathos, & est sexta pars sextarij, ep.28 l.1.b. * Minister poëtæ. b Aquam niuatam ceu gelidam è niuibus expressam, quâ vina generosissima diluebant.ep.117.l.14. vel decoctam & vitris demissam in niues vt refrigeretur. Neronis inuentum. c Vnguentis delibuti, & floribus coronati conuiuabantur veteres. rationem vide annot. ad Thyesten Senecæ. vers.942. & 945.. d Coronas è rosarum folijs consuebant. vide quæ ad 557. v.Agamem. Senec. e In valle Martia erat sepulchrum Augusti. *vel*, propiora, quàm illud Cariæ Mausoleum. f Vitâ vti,genialiter viuere. 16. ep. l.1.d. g Sepulchra Augusti, Imperatorum atque cognatorum ab Augusto extructa ad similitudinem Mausolei Artemisiæ. 1.ep.l.spect.m.vide ep.59.l.2.b. h Imperatores,qui se pro dijs haberi volebant.

Ad Cæsarem. LXVI.

a Astra,polumque dedit,quamuis obstante nouerca,
Alcidæ, b Nemeæ terror, & Arcas aper:
c Et castigatum Libycæ ceroma palæstræ:
Et d grauis in Siculo puluere fusus Eryx:
Syluarumque tremor,tacita qui fraude solebat
Ducere e nec rectas Cacus in antra boues.
Ista tuæ, Cæsar, quota pars spectatur arenæ?
Dat maiora f nouus prœlia mâne f dies.
Quot grauiora cadunt Nemeæo pondera monstro?
Quot tua Mænalios g collocat hasta sues?
Reddatur si pugna triplex h pastoris Iberi,
Est tibi, i qui possit vincere Geryonem,
Sæpe licet Graiæ k numeretur bellua Lernæ,
l Improba Niliacis quid facit Hydra feris?
Pro meritis cœlum tantis Auguste dederunt
Alcidæ citò Dî,sed tibi m serò dabunt.

a Cœlo donauere Herculem gesta sua etiam ingratijs Iunonis. b Leo in sylua Nemeæa interfectus ab Herc. ep.27. lib. spect.c. c Et Antæi Libyci insolentia in prouocandis ad palæstram hospitibus, ab Hercule castigata morte. de ceromate vide ep. 57. l.3. nota 4. d Veneris filius ab Herc. cæstuum certamine deuictus. Virg.5.AEneid. e Auersas per caudam tractas. Virg.8.AEneid. f Matutinum spectaculum, quo bestiarij cum bestijs depugnabant: post meridiem,qui supererant, inter se. g Interficit. *Metaph.* ab antiquo collocandi cadauerum more. h Geryonis tricorporis, Hispanorum regis. vide Mythologos. i Carpophorus, ceu quis alius.lib.spect. ep.27 k Hydra, numerosum (repullulantibus quæ excidebantur capitibus) malum.ep.27. l. spect. l Non tamen conferenda est cum Crocodilis Niligenis, qui in theatro interfecti sunt. m Vt diu præesse & prodesse Reip. possis.sic ep.39.l.8.

In Pontilianum LXVII.

SÆpe salutatus, numquam prior ipse salutas:
Sic erit æternum, Pontiliane, vale.

Cùm adeo sis inhumanus, vt nec salutes nec resalutes (vt ep. 51. supra,) quoniam tibi non placet *salue* illud vel *Aue* in congressu solenne: tibi inhumano & quasi mortuo dicemus vsque *Vale*, vel *æternum vale*. qui mos veteribus fuit salutandi mortuos (Virg. AEn. 11. *Salue mi maxime Palla, Æternumque vale.*) qui resalutare non poterant. vide ep 8.l.9.& Lucian. ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος.

De hirundine. LXVIII.

a Hibernos peterent solito cùm more recessus
b Atthides, c in nidis vna remansit auis.
Deprendere d nefas ad tempora verna reuersæ,
Et profugam volucres diripuere suæ.
e Serò dedit pœnas, discerpi noxia mater
Debuerat: sed tunc, cùm lacerauit Itym.

a Cum hirundines, appetente iam hyeme, à nobis auolarent Africam (teste Plinio.) vnde verni nos visunt. b Hirundines, i. Progne Pandionis Atticæ regis filia in hirundinem conuersâ. c Hoc fortè sub tegulis, vbi scalis habitauit tribus, in contubernalibus suis hirundinibus animaduerterat Martialis. d Mansisse, contra morem & naturam, hanc hirundinem deprendêre cæteræ vere reuersæ. e Alludit ad fab. Procnes, quam dicit tum discerpendam fuisse vbi ipsa suum filium Itym discerpebat. simulque ludit in verbis *discerpi* & *lacerare* vide fab. 6. Met. Ouid. & apud Mythologos.

Ad Lesbiam. LXIX.

Arctoa de gente comam tibi Lesbia misi:
Vt scires quanto sit tua flaua magis.

a E Germania quæ ad Arctum. Germani autem flauâ cæsarie spectabiles. b Vt videas quàm impudenter fucum facias meretricium, cui placet caliendrum ceu coma empta & factitia quæ vel Germanos flauo colore superet. Matronæ autem nigrâ, lupæ flauâ gaudebant comâ. videtur huius ep. argumentum desumptum ex Ouid. 1. lib. Amo. eleg. 14. *Nunc tibi captiuos mittit Germania crines*, &c.

In M. Antonium. LXX.

Antoni a Phario b nil obiecture a Photino,
Et c leuius tabula quàm Cicerone nocens:
Quid gladium demens d Romana stringis in ora?
Hoc admisisset e nec Catilina nefas.
f Impius infando miles corrumpitur auro:
Et g tantis opibus vox tacet h vna tibi.
Quid prosunt sacræ pretiosa silentia h linguæ?
i Incipient omnes pro Cicerone loqui.

a Vide ep. 65. lib. 3. vnde huic fax. b Nihil habes quod illi exprobres c Minus totâ proscriptorum tabulâ nocens, quàm vno Cicerone. d In Ciceronis os. *Quod tibi Roma caput cum loquereris, erat.* ep 65. l. 3. f. e Si reuixisset, cui tamen maior odii caussa Ciceronis, quàm tibi. f Popilius Lenas percussor Ciceronis qui illum capitis reum defenderat. g 250000 drachmis Atticis. Appian. l. 4. h Ciceronis, qui te Philippicis exagitauit. i Omnes iam in crudele hoc tuum facinus inuehentur. sic. ep. 82. li. 2.

De Syrisco. LXXI.

a Infusum sibi nuper à patrono
b Plenum Maxime, centies, Syriscus
In c sellariolis vagus popinis
Circa balnea d quattuor e peregit.
O quanta est gula, centies f comesse!
g Quantò maior adhuc, nec accubare!

a Donatum. b Iustum, integrum centies. ep. 37. l. 4. d. c Ganeis & tabernis, vbi non honestè accumbebant, sed ventri indulgebant sedentes. de Sellaria item vide quæ Torrentius ad 43. cap. Sueton. Tib. d Neronis, Grilli, Titi, Agrippæ. e Consumpsit, decoxit. f Comessationibus absumpsisse. g Atqui id non iustis conuiuijs & cœnis, sed ientaculis, prandiolis, repotijs &c. in quibus non accubuit.

Ad Faustinum. LXXII.

HVmida qua gelidas summittit [a] Trebula valles,
Et viridis [b] Cancri mensibus alget ager,
* Rura Cleonæo numquam temerata leone,
Et [c] domus Æolio semper amica Noto,
* Te Faustine vocant: [d] longas his exige [d] messes
Collibus; [f] hibernum iam tibi Tibur erit.

a Oppidum ceu vicus in Sabinis.
b Iulio mense quo Cancer solem accendit, & Augusto quo Leonis feruent pectora. ep. 57. l.4. e.f.g.
c Villa Austro exposita. venti in AEoli ditione esse perhibentur: Notus autem propriè ab AEolia Italiam afflat.
* Rura Trebulæ te inuitant.
d AEstatem longam, dies æstiuos longos.
f Tibur frigidissimum habitum, si Trebulæ conferatur, videbitur hyeme feruere. 57.60.& 62.l.4.

De origine Bacchi. LXXIII.

QVi potuit Bacchi matrem dixisse tonantem,
Ille potest Semelen dicere, Ruse, patrem.

Qui in monstroso Bacchi διμήτορ@ ὴ διθύρε Iouis sc. femore perfecti & renati partu, monstroso ludit ingenio Iouem Bacchi matrem vocans, cur non æque ἀτόπως & Semelen appellat patrem Bacchi? verùm non tam rationem & analogiam hic vel ignorauit vel non examinauit Martialis, quàm iocum affectauit. vide Mureti var. lect. l.19.c.1.

Ad Theodorum. LXXIV.

NOn donem tibi cur meos libellos
Oranti toties, & exigenti,
Miraris, Theodore? magna caussa est:
Dones tu mihi ne tuos libellos.

Vide lib.7.ep.2. quod huic consonat.

¶ De Pompeio & filijs. LXXV.

[a] POmpeios iuuenes Asia, atque Europa [b] sed ipsum
Terra tegit Libyes: [c] si tamen vlla tegit.
Quid mirum [d] toto si spargitur orbe? iacere
Vno non poterat tanta ruina loco.

a Cneius Pompeij Magni filius interiit in Europa victus à Cæs. ad Mundam in Hispania: Sextus periit à militibus Antonianis interceptus Mileti in Asia.
b Pomp. Magnus occisus, vt ep.75.l.3.2. in Africa ad Pelusium Nili ostium sepultus est. Strabo. lib 16. in monte Casio sepultum refert.
c Neque enim constat an sepultus fuerit. *Iacet ingens litore truncus* dixit Virg. de Priamo sed respexit Pompeium.2.AEn. & illud, *Marmoreo in tumulo Licinus iacet, at Cato paruo, Pompeius nullo. Quis putat esse deos?*
d Per tres orbis partes qua tum notæ, nondum inuentâ Americâ. de his autem 3. partibus Pompeius triumpharat.

Ad Quinctum. LXXVI.

QVæ * legis caussa nupsit tibi Lælia Quincte,
Vxorem potes hanc dicere * legitimam?

* Quæ lege & iure nupsit. sed ludit poëta cùm à notatione *legis* & *legitimæ*, tum ab homonymia τῦ *legitimam*, quod adultera Lælia nupsit Quincto mœcho: idque metu legis Iuliæ in adulteros latæ & à Domitiano reuocatæ. vide ep.7.l.6. lege & ep.88. Ausonii.

Ad Cinnam. LXXVII.

[a] PRofecit poto Mithridates sæpe veneno,
Toxica ne possent sæua nocere sibi,
Tu quoque cauisti cœnando tam malè semper:
Ne posses vmquam, Cinna, perire fame.

a Vide Plin. nat. hist. 25. l. 2. c. & A. Gell. 17. l. 16. c.

Ad Marullum. LXXVIII.

NArratur bellè quidam dixisse Marulle,
Qui te [a] ferre oleum dixit in [b] auriculam.

a Assentationem & blanditias potentiorum auribus instillare. vide Adag. *ferre ore oleum.* b Al. *auriculâ*. i. te esse aure supinâ, qui alios audire auerseris. inuerso adagio, *Oleum ore gestare.* quod de eo dicitur qui loqui cauet. vide ep. 42. l. 6.

❡ *Ad Turanium.* LXXIX.

[a] SI tristi domicœnio laboras
Turani; potes esurire mecum.
Non deerunt tibi, [b] si soles προπίνειν,
[c] Viles Cappadocæ, [d] grauesque porri,
Diuisis [e] cybium latebit ouis.
Ponetur digitis tenendus [f] vnctis
Nigra coliculus virens patella,
Algentem modò qui reliquit hortum:
Et [g] pultem niueam premens botellus,
Et pallens faba cum [h] rubente lardo.
Mensæ munera si voles secundæ,
[i] Marcentes tibi porrigentur vuæ,
Et [k] nomen pyra quæ ferunt Syrorum:
Et quas [l] docta Neapolis creauit,
Lento castaneæ vapore tostæ.
[m] Vinum tu facies bonum bibendo.
[n] Post hac omnia fortè si mouebit
Bacchus, quam solet, esuritionem,
Succurrent tibi nobiles oliuæ,

a Ne tristis & solus domi cœnes, poteris apud me cœnare frugali & parabili mensa contentus, ad eiusmodi cœnam inuitat Persicum Iuuenalis, Sat. 11. & Septitium Plinius. epist. 15. l. 1.
b Etsi *propinare* de cibo dici posse testetur Iul. Capitolinus in M. Antonino: expeditior tamen lectio. Ge. Merulæ, *sessiles propinquæ*. i. lactucæ. vt ep. 47. l. 3. ex hortis vrbanis, è propinquo. Horat. l. 2. serm. 4. *Caule suburbano.*
c Lactucæ Cappadocæ. Plin. 19. l. c. 7.
d Stomacho, capiti, oculis.
e Piscis è pelamidum genere concisi frusta ouis ruptis frixa & tecta. Plin. lib. 32. c. 11. & Athenæus l. 3. c. 32.
f Propter oleum cauliculis superfundi solitum. Lips. 5. epist. quæst. 1. lib. Gruterus retinet *vstis* propter ἀντίθεσιν τῶ *Algentis horti.* quod seq. g Pulti ex alicæ farinâ impositus botellus qui conficiebatur ex oui vitellis coctis, nucleis pineis concisis, cepa, porro, thure, pipere, liquamine & vino, quibus intestinum farciebatur. a pudding or sassage. Apic. l. 2. c. 5. erat & χορδὴ αἱματιτις Athenæus. l. 3. c. 35. h Fumoso, vel rancidulo. i Maturæ, vel duracinæ ep. 44. l. 1. k Pyra Syra, ex Syria allata. l Studijs literarum & gymnasijs celebris. Neapolitanæ autem castaneæ laudatæ. m Vinum qualecunque sapiet tibi non ante sitim bibenti. ita Socrati ποτὸν πᾶν ἡδὺ ἦν, διὰ τὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ διψῴη. Xenoph. Apomnem. α. n Quod si tenue vinum tibi mouerit vomitum. hoc autem ante vel in cœna factitabant veteres ad purgandum stomachum & prouocandum appetitum. Iuu. 6. v. 428. Athen. 15. l. 1. c.

Piceni

Piceni modò quas tulere rami,
Et o feruens cicer, & p tepens lupinus.
Parua est cœnula, quis potest negare?
q Sed finges nihil, audies-ve fictum.
Et vultu placidus q tuo recumbes,
r Nec crassum dominus leget volumen;
Nec de s Gadibus improbis puellæ
Vibrabunt sine fine prurientes
Lasciuos docili tremore lumbos:
Sed, quod non graue sit, nec infacetum,
t Parui tibia condyli sonabit.
Hæc est cœnula; u Claudiam sequeris,
x Quam nobis cupis esse y tu priorem.

o Ab igne coctum. *vel*, naturæ feruidæ. comburit n. vrinam mouet, &c. Athenæus l. 2. c. 14.
p Aqua maceratus tepenti.
q Sed cœnæ tenuitatem compensabit libertas & synceritas, vbi non erit opus simulatione & dissimulatione vt in mensis diuitum.
q Non ficto non ad alterius gratiam composito.
r Ep. 53. l. 11. c.
Οὐ μελοποιὸς ἐρεῖ κατακείμενος.

Antholog. 2. l. 47. c. s Vide ep. 42. l. 2. i. & Iuuen. sat. 11. vers. 162. t Parui foraminis, inflat condyli, qui pars est digiti eminens in commissura pugni. alij Condylum tibicinis nomen esse volunt. u Aderit & Claudia deliciæ tuæ, quam scio te libenter secuturum. immo cupies te priorem nobis esse propter eam. quam vel nobis magis adesse velis. *Et nisi cœna prior potiorque puella, &c.* Horat. epist. 5. l. 1. x Al. *Iam nobis.* forte *Qua* q. d. qua Claudii cœnâ nobis optes potiorem. y Al. *turpiorem.* non placet.

In Zoilum. LXXX.

VNdecies vna surrexti, Zoile, cœna;
Et mutata tibi est a synthesis vndecies:
Sudor inhæreret madida ne veste retentus,
Et b laxam tenuis læderet aura cutem.
Quare ego non sudo, qui tecum, Zoile, cœno?
c Frigus enim magnum synthesis vna facit.

a Vestis cœnatoria. vide ep. 46. l. 2. c.
b Ex sudore porosam.
c Quia mihi non ea vestium copia quæ tibi, qui sudare te fingis vt syntheses ostentes. sic ep. 16. l. 2. g.

Ad Seuerum. LXXXI.

NOn totam mihi, si vacabis, horam,
Dones, & licet a imputes Seuere,
Dum nostras legis, b exigisque nugas,
c Durum est perdere ferias: d rogamus,
Iacturam patiaris hanc, ferasque.
Quod si legeris ipse cum diserto,
(Sed numquid sumus e improbi?) f Secundo,
g Plus multo tibi debiturus hic est,
Quàm debet domino suo libellus,
Nam securus erit, h nec inquieta
Lassi marmora Sisyphi videbit:
Quem censoria cum meo Seuero
Docti i lima momorderit Secundi.

a Me tibi debitorem eius facias.
b Ad examen iudicii castigas.
c *Obiectio ex persona Seueri.* Non est æquum me ocia mea perdere nugis tuis impensa.
d *Resp. poeta.*
e Qui tibi adiungimus comitem æquè grauibus, ac tu, districtum negotiis.
f Libertus hic Lucensis ille? de quo l. 1. ep. 2. e. An Plinius Iunior qui nostro amicus (vt testatur ipse Plin. epist. vlt. l. 3. qui & Secundus cognominatus est, dilectumque eum vocat Martialis, ep. 19. l. 10. g Plus tibi castigatori quàm mihi autori. h Effugiet mortem, non interibit, ad inferos, vbi saxum ingens voluit Sisyphus, damnatus. sic ep. 2. l. 10.
i Castigatio. expolitio. Metaph. à fabris.

Ad Aemilianum. LXXXII.

a Al. *nullis.*

SEmper eris pauper, si pauper es Æmiliane.
Dantur opes [a] nulli nunc, nisi diuitibus.

In Gaurum. LXXXIII.

a In denegando quis pudor est paululum: Post vbi tempus est promissa iam perfici. Chatinus apud Terent.
b Mutuò, fœnore vel gratis. c Lips. interpungit, *An potes, & non vis rogo? non est turpius istud Si tibi; dispereas Gaure.p.h.es.* d Qui aurum tuum præferas immortalitati quam tibi possent dare mea carmina.

[a] QVid [b] promittebas mihi millia, Gaure, ducenta:
Si [b] dare non poteras millia, Gaure, decem?
[c] An potes, & non vis? rogo, non est turpius istud?
I, tibi dispereas, Gaure: [d] pusillus homo es.

Ad Dindymum. LXXXIV.

a Disparia nobis studia, voluntates diuersæ. sic ep. 47.l.12. vide & 47. ep. supra.

INsequeris, fugio; fugis, insequor: hæc mihi mens est.
Velle tuum nolo Dindyme, nolle volo,

Ad Gallam. LXXXV.

a Pueris nucum lusus indultus fuit in Saturnalibus, viris alea. finitis verò Saturnalibus, reuocabantur in scholam pueri à magistris. *Plin. epist.* 7.l.8. alea viris inhibita, cuius animaduertendæ cura ad AEdiles spectabat.
b A rotati concussique fritilli sono proditus AEdili ganeas perquirenti.
c Ep.14.l.4.i.
d Palam ludere post Saturnalia nefas erat.
e Vt sibi parcat, nec in ius trahat. f Vino madens. g Ep.89.l.4 b. h Nihil mihi misisti nostris Saturnalibus Decembr. nihil tibi mittam Calendis Martijs. Quæ vobis tanquam Saturnalia sunt, & in quibus celebratus erat natalis Veneris, missaque mulieribus munera à maritis & amatoribus. vide tit. Apophoreton. l.14. *

IAm tristis, [a] nucibus puer relictis,
Clamoso reuocatur à magistro:
Et blando malè [b] proditus [c] fritillo
[d] Arcana modò raptus è popina,
Ædilem [e] rogat [f] vdus aleator.
[g] Saturnalia transiere tota,
Nec munuscula parua, nec minora
Misisti mihi, Galla, quæ solebas,
[h] Sanè sic abeat meus December.
Scis certè puto vestra iam venire
Saturnalia, Martias Kalendas,
Tunc reddam tibi Galla, quod dedisti.

M. VAL.



M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON. LIBER VI.

I.

SEXTVS mittitur hic tibi libellus,
In primis mihi care [a] Martialis:
Quem [b] si terseris aure diligenti,
Audebit, minùs anxius tremensque,
[c] Magnas Cæsaris in manus venire.

a Ad quem, lib. 5 ep. 21.
b Si acri digiti, auris, iudicii censurâ castigâris.
c Cæsareas, sic ep. 8. l. 4. K.

Adulatorium. II

[a] LVsus erat sacræ connubia fallere tedæ:
Lusus & immeritos [b] execuisse mares.
Vtraque tu [c] prohibes Cæsar, populisque futuris,
Succurris, nasci quos [d] sine fraude iubes.
Nec spado iam, nec mœchus erit, te præside, quisquam.
At priùs, ô mores, [e] & spado mœchus erat.

a Pro ludo habebantur adulteria.
b Castrare.
c Edictis Suet. Domit. 7. c. Xiphilin. Dom. Dio Amm. Marcellin. 18. l. Papin. 4. Sylu.
d Legitimè, non ex adulterio.
e *Eleganter vtrunque coniungit poëta.* vide Iuuen. Sat. I. v. 22. & Sat. 6. v. 367. & epigr. 67. l. 6. vnde huic lux.

¶ *De * filio Domitiani.* III.

[a] NAscere Dardanio promissum nomen Iulo,
[b] Vera deûm soboles: nascere magne puer.
Cui pater æternas post secula tradat [c] habenas,
[d] Quique regas orbem cum seniore senex.
[e] Ipsa tibi niueo trahet aurea pollice fila,
Et totam [f] Phryxi Iulia nebit [f] ouem.

* Ex Domitia vxore, cuius meminit Sueton. 3. c. Neque enim placet hoc de conceptu Iuliæ, quem ipse pater & patruus abortiuum esse voluit, intelligi: vt vult Calderinus.
a Imitatio Virgiliana. *Iulius a magno demissum nomen Iulo.* 1. AEn. & — b — *Chara deûm soboles,* &c. hæc a vera, Domitiani sc. Dei ac Domini. ep. 8. l. 5. b.
c Imperium Rom.
d Imit. Ouidiana. *Sospite sic te sit natus quoque sospes: & olim imperium regat hoc cum seniore senex.* 2. Trist. v. 165.
e Parcæ Deæ dabunt patrueli tuæ Iuliæ filiæ Titi, partes suas: atque Iulia pro amore suo tibi nebit pollice niueo (qui longæuitatem figurat) fila aurea, quæ summam portendunt felicitatem. namque ex disciplina Hetruscorum aries insolito colore indutus regi vel Imperatori omnium rerum largitionem portendebat. vide quæ ad v. 228. Thyest. Senecæ.
f Vellus aureum, quale erat arietis illius quo Phryxus vectus è Bœotia in Colchos transfretauit.

Adulatorium. IV.

a CEnsor maxime, b principumque princeps,
Cùm tot iam tibi debeat c triumphos,
d Tot nascentia templa, tot renata,
e Tot spectacula, f tot deos, tot vrbes:
Plus debet tibi Roma, quòd g pudica est.

a Censuram sibi assumpsit maximam. Suet. 8. perpetuam. Dio, b Imperator. c Ex Dacis sc. Cattis & Sarmatis. ep. 2. l. 2. c. & ep. 19. l. 5. b. d Suet. c. 5. Eutrop. l. 7. Cassiod. Chron. e Suet. 4. c. vide ep. 19. l. 5. b. f Nouos Deos, seipsum, patrem, fratrem & Iulium, cum antiquis Ioue custode, Hercule, Fortuna reduce, Iano, &c. Xiphilin. & Sueton. vide ep. 19. l. 5. c. g Vide quæ ad ep. 2. supra.

Ad Cæcilianum. V.

RVstica mercatus nummis sum prædia multis.
Mutua des centum, Cæciliane, rogo.
Nil mihi respondes, a tacitum te dicere, credo:
Non reddes: b ideo, Cæciliane, rogo.

a Tacendo videris dicere me non redditurum. b Vt non reddam, rogo gratis & dono, non mutuò.

Ad Lupercum. VI.

COmœdi tres sunt: sed amat tua Paulla Luperce
Quatuor: & κωφὸν Paulla προσωπον amat.

Scopticè excusat Paullam quod amet quatuor comœdos, inquiens eam non facere præter legem Dramatis. quamuis enim in scena plures tribus simul loqui non conueniat, inducitur tamen sæpe persona quarta, quæ vel muta est vel loqui non laborat. i. parcè loquitur. vide Corn. Vitell. 6. cap. in Georg. Merulam.

De Thelesina. VII.

a IVlia lex populis ex quo Faustine renata est;
Atque intrare domos iussa Pudicitia est:
b Aut minus, aut certè non plus tricesima lux est,
Et nubit decimo iam Thelesina viro.
Quæ nubit toties, c non nubit: adultera lege est.
Offendor d mœcha simpliciore minus.

a Ex quo tempore Domitianus reuocauit legem Iuliam a C. Iulio Cæs. Octauiano contra adulteros latam. vide Suet. Domit. 7. & 8. c. & supra ep. 2. & 4. b Intra mensem vel 30. dies Thelesina nupsit decies. c Fraudem facit legi, coniugij nomine prætexit adulterium, vim legis eludit, neque iam vxor est sed adultera legitima. ep. 76. l. 5. vide & 22. ep. infra. d Quæ simpliciter mœcha est, neque legem ipsasque nuptias adulterat. ep. 88. l. 1. & 42. ep. 3. l.

Ad Seuerum. VIII.

PRætores duo, quatuor tribuni,
Septem caussidici, decem poetæ,
Cuiusdam modò nuptias petebant
A quodam sene, non moratus ille
Præconi dedit Eulogo puellam,
c Dignum quid fatuo, Seuere, fecit?

c Immò sapienter fecit, pro more hodierno locandi filiarum: qui tenuioris conditionis hominibus prælatum elegit generum artis pecuniosæ. ep. 57. l. 5.

Ad Læuinum. IX.

IN Pompeiano [f] dormis, Læuine, theatro.
Et quereris, si [g] te suscitat Oceanus?

f Vel, simulas somnum, ne eijciaris a designatore Oceano.

g Ludit in ambiguitate τοῦ *suscitat.* quod significat, excitare è somno & ex equestribus sedibus. ep. 94. l. 3. g. & 8. ep. l. 5.

Petit latenter à Domitiano pecuniam. X.

PAuca Iouem nuper cùm millia fortè rogarem:
[a] Ille dabit, dixit, qui mihi templa dedit.
[b] Templa quidem dedit ille Ioui, sed millia nobis
Nulla dedit: [c] pudeat pauca rogasse Iouem.
[d] At quàm non tetricus, quàm nulla nubilus ira,
Quàm placido nostras legerat ore preces:
Talis supplicibus tribuit diademata [e] Dacis:
Et [f] Capitolinas itque, reditque vias.
Dic precor ô nostri, dic [g] conscia virgo tonantis:
Si negat hoc vultu, quo solet ergo dare?
[h] Sic ego: sic breuiter [i] posita mihi Gorgone Pallas:
[k] Quæ nondum data sunt, stulte, negata putas?

a Domitianus.
b Suet. Domit. c. 5. vide & ep. 1. l. 3. l.
c Al. *Pudet heu, pauca r.*
d Carmen tamen vel libellum supplicem legit vultu non minus sereno, quàm quo iura victis dat, quàm quo triumphat.
e Ep. 3. l. 5.
f Capitolium ascendit triumphans per viam sacram.
g O Pallas, familiare Domitiani numen, quam eximiè colit, & cuius filium se esse vult. ep. 1. l. 4. f.
h Sic ego quærebam inquit Martialis, sic autem Pallas respondit.
i Personam sc. induta mitem. ita Silius, *Iam bellica virgo Ægide deposita, &c.* vel alludit ad statuam Palladis in Capitolio positam sine ægide, vt quam Domitianus habet. ep. 1. 79. l. 14.
k Expecta modo, dabit, neque enim negauit quia non statim dedit.

¶ *In Marcum.* XI.

[a] QVòd non sit Pylades hoc tẽpore, nõ sit Orestes,
Miraris? Pylades, Marce, bibebat idem.
[b] Nec melior panis, turdusue dabatur Oresti:
Sed par, atque eadem cœna duobus erat.
Tu [c] Lucrina voras: me pascit [d] aquosa [d] Peloris:
[e] Non minùs ingenua est & mihi, Marce, gula.
Te [g] Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit:
Vis te purpureum, Marce, sagatus amem?
Vt præstem Pyladen, aliquis mihi præstet Oresten.
Hoc non fit verbis: Marce, [h] vt ameris, ama.

a Quòd nullum hodie reperiatur amicorum par, non est mirum: cùm nulla inter eos, qui amici esse volunt, inueniatur conditionum paritas, rerum communio, aut studiorum similitudo. Orestis cum Pylade amicitia vel pueris audita.
b Vide ep. 43. l. 2. & 59. l. 3.
c Ostrea Lucrina, quæ in laude erant & pretio.
d Flaccida concha & sine callo, â Peloro Siciliæ promontorio dicta.
e Non mihi minus exacta est tenuis saporum ratio, nec minus deliciarum cupido quàm tibi.
f Ep. 43. l. 2. g.
g Sagum Gallicum crassioris villi. vide ep. 19. l. 4. a. & Iuuen. 9. Sat. 30. v.
h *Ego tibi demonstrabo* inquit Hecaton, referente Senecâ epist. 9. *amatorium sine medicamento, sine herba, sine vllius venefica carmine; Si vis amari, ama.*

De Fabulla. XII.

IVrat capillos esse, quos emit, suos
Fabulla: numquid, Paulle, peierat?

Mentali quidem restrictione ambigui *suos*, ad emptitios sc. non natiuos. sic. ep. 20. l. 2. & 30. ep. 1. l.

De

De statua Iuliæ. XIII.

a Quis statuam tuam finxit tanto artificio vt Phidiæ eximij toreutis superasse, ipsiusque Palladis artem æquare videatur.
* Stilo sculptorio.
b Filia Titi Imp. & Martiæ Futuillæ, cui impensius amatæ Domitianus patruus insignem statuam tenentem manu cestum, quo se percussum innueret, erexit.

a QVis te Phidiaco formatam, b Iulia, cælo:
Vt quis Palladiæ non putet artis opus?
Candida c non tacita respondet imagine d Lygdos,
Et placido fulget viuus in ore decor.
e Ludit f Acidalio, sed non manus aspera nodo,
Quem rapuit collo parue Cupido tuo.
g Vt Martis reuocetur amor summique tonantis:
A te Iuno petat h ceston & ipsa Venus.

c Ad viuum ita expressâ, vt loqui videatur. d Marmor Lygdinum, è Tauro & Arabia. ep. 42. infra. t. e Ludibundâ & velut tenerâ ac molli manu gerit cestum. i. baltheum amoris potentem, Cupidini ereptum, quo Martem Venus, Iouem Iuno tactum ad amorem accendere fertur. vide Gyraldi Syntag. 13. de Venere. f Venus Acidalia dicta est ab ἀκίδας. i. curas quas inijcit, vel ab Acidalio fonte in Orchomeno Bœotiæ quo se lauare Gratiæ ferebantur. in hoc autem cingulo omnes inesse Gratias & Veneres canit Hom. Il. ξ. g Iuno & Venus tanquam minores Deæ à te (vbi conciliatos volunt Iouem & Martem) petant cingulum hoc, quo tu incendis Domitianum Deum & Dom. nostrum. h Modò, not. e.

In Laberium. XIV.

a Alius hic à Laberio mimorum scriptore.
b Qui possit famam & gloriam contemnere, non ostentando artem suam ac scientiam.

VErsus scribere posse te disertos
Affirmas a Laberi; quid ergo non vis?
Versus scribere qui potest disertos,
Non scribat Laberi, b virum putabo.

De formica succino inclusa. XV.

a Populeâ, vide ep. 25. l. 4. b.
b Formicam.
c Simile de vipera, ep. 59. l. 4. d.

DVm a Phaëthontea formica vagatur in vmbra,
Implicuit tenuem succina gutta b feram.
Sic modò quæ fuerat vita contempta manente,
c Funeribus facta est nunc pretiosa suis.

Ad Priapum. XVI.

a Fortes, nec falcem quam manu geris, timentes; sed te custodem ἀνδρεγοῦ... auersatos. ep. 36. l. 1. h.
b Molles, sed falcem tuam veritos.

TV qui pene a viros terres, & falce b cinædos,
c Iugera sepositi pauca tuere loci.
Sed tua non intrent vetuli pomaria fures,
Sed d puer, aut longis pulcra d puella comis.

c Hortum. ep. 57. l. 3. nota. 20. d. d Qui talione luant pœnas si intrârint hortum.

In Cinnamum. XVII.

a Vt habearis nobilis & Cinna consulari quidem sed crudeli viro oriundus.
b Tonsor. de quo ep. 63. l. 7.
c Barbarâ hac Apocope.

a CInnam b Cinname te iubes vocari.
Non est hic, rogo, Cinna barbarismus?
Tu si Furius antè dictus esses,
Fur c ista ratione diceréris.

Ad

Ad Priscum, de Salonino. XVIII.

[a] SAncta Salonini [b] terris requiescit [b] Iberis,
[c] Qua melior Stygias non videt vmbra domos.
[d] Sed lugere nefas, nam qui te, Prisce, reliquit:
Viuit, qua voluit viuere parte magis.

a Manes enim sancti habiti.
b In Hispania.
c Qua vmbrâ non est alia apud inferos sanctior.
d *Absint inani funere neniæ, &c.* Hor. 20. ode 2. l. quia *multa pars mei Vitabit Libitinam. vsque ego posterâ Crescam laude recens:* inquit idem ode 30. l. 3. Magna quidem eius pars est superites, cui superest gloria ex claris factis & ex bene meritis nominis celebritas. sed alia hîc mens poëtæ nostri & ratio Pythagorica: φίλων σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία. viuit itaque melior Salonini pars in eo quod te superstitem reliquerit, quem vel animâ suâ chariorem habuit.

In Postumum. XIX.

[a] NOn de vi, neque cæde, nec veneno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abesse furto:
Hoc iudex sibi postulat probari.
[b] Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Sullas, Mariosque, Muciosque
Magna voce sonas, [c] manuque tota.
Iam dic Postume, de tribus capellis.

a Ineptos huiusmodi & vmbraticos caussidicos qui figurarum tumore & sententiarum vanissimo strepitu crepantes nihil ex ijs quæ in vsu sunt aut vident aut loquuntur, exagitat Petronius statim ab initio Sat. Ita hic Postumus vel ex alia oratione (vt ait Cicero pro Roscio Amerino) quam in alium reum fuerat commentatus hæc declamauit: vel arcessitos hos artis colores & purpureum, qui latè splendeat, pannum assuit caussæ leui quam actam oportuit de tribus capellis. vide Lucilli, epigr. lib. 2. c. 46. Anthol. vnde hoc expressum. vide & Lucianum in Ῥητόρων διδασκάλῳ. b Tu nescio quid grande sonas de clade Cannensi, bello cum Mithridate, Hannibale, Porsenna quem Mutius Scæuola adortus est, ep. 22. l. 1. & bellis ciuilibus Marij & Syllæ. extra chorum quidem, & mira de lente. c Omni gestu & actionis viribus. ita magno conatu magnas nugas agis.

In Phœbum. XX.

MVtua te centum sestertia Phœbe rogaui:
[a] Cum mihi dixisses, exigis ergo nihil?
[b] Inquiris, dubitas, cunctaris, meque diebus
Teque decem crucias: iam rogo, Phœbe, [c] nega.

a Cum ipse me sæpe hortatus fueris prius vt aliquid a te peterem. Iam tamen dubitas, cunctaris, &c.
b Al. *anquiris.*
c Amarum est diu pendere. æquius erat mihi spem præcidi, tibi metum; quam vtrunque sic trahi, sic cruciari. vide Senec. de Benef. l. c. 1. & epigr. 30. infra & l. 7. ep. 42.

De Hiantide & Stella. XXI.

[a] PErpetuam Stellæ dum iungit [b] Hiantida vati
Læta Venus, dixit plus dare non potui.
Hæc coram [c] domina: sed nequius illud in aurem,
Tu ne quid [d] pecces exitiose vide,

a Cùm Venus Violantillam duram diu & inexorabilem iungeret tandem connubio stabili Stellæ poëtæ, dixit; cape munus quo non potui dare maius. Papin. sylu. 1. b Diminutiu. ab ἴον vt Violantilla à viola. c Violantilla. d Amore furens & Zelotypiâ.

Sæpe ego laſciuum Martem furibunda [e] cecidi,
Legitimos eſſet cùm [f] vagus ante toros.
Sed poſtquam meus eſt, nulla me pellice læſit:
[g] Tam frugi Iuno vellet habere Iouem.
Dixit, & [h] arcano percuſſit pectora [h] loro.
[i] Plaga iuuat: [k] ſed tu iam dea cæde duos.

e Ceſto, illum mihi conciliatura. ep. 13. ſupra. e. f Adulterijs. g Tam continentem & thalamo ſuo fidelem. h Arcanæ virtutis baltheo. de quo ſupra, ep. 13. e. i Vt illam amem. k Illam æquè ac me, vt me mutuâ amoris fide amplectatur.

In Proculinam. XXII.

QVòd nubis, Proculina, concubino,
Et [a] mœchum modò, nunc facis maritum,
Ne [b] lex Iulia te notare poſſit:
[c] Non nubis, Proculina, [d] ſed fateris.

a Qui modò mœchus erat. Μοιχεύειν μὲν θέλουσι ὃν λανθάνουσι χρόνον, γαμεῖν δὲ ἃς ἐμοίχευσαν, ὅταν ἐπ' αὐταῖς ληφθῶσι. Apollonius apud Philoſtratum l. 8. b Supra ep. 7. a. & ep. 2. & 4. c Supra ep. 7. c. & ep. 76. l. 5. & ep. 75. l. 1. d Illum fuiſſe mœchum.

—*In Lesbiam.* XXIII.

STare iubes noſtrum ſemper tibi, Leſbia, penem,
Crede mihi non eſt mentula, quod digitus.
Tu licet & manibus blandis, & vocibus inſtes:
Contra te facies imperioſa tua eſt.

σύγχρονοι fuerunt Martialis & Iuuenalis. acumen ſæpe conuenit, & vel Philo Platoniſſat vel Plato Philoniſſat. vter vtri acceptum ferat vtriuſque interpres non dico. verùm hoc. ep. vide expreſſum Sat. 6. Iuuen. v. 196. ibidemque expoſitum.

De Cariſiano. XXIV.

NIl laſciuius eſt Cariſiano,
Saturnalibus ambulat togatus.

Laſciuiæ id eſſe in Chariſiano iocatur quod reuera paupertatis erat: vt cui non erat veſtis cœnatoria quam ſumeret in Saturnalibus; vbi Senatores & equites poſitis togis induebant ſyntheſes. vide ep. 141. l. 14 & Lipſ. 1. Sat. 1. æquè, inquit, laſciuum eſt grauitatem induere vbi cæteri pro ritu ciuitatis laſciuiunt, ac laſciuire vbi cæteri ciues grauia agunt.

Ad Marcellinum. XXV.

MArcelline boni ſoboles [a] ſincera parentis,
Horrida [b] Parrhaſio quem tegit vrſa iugo:
[c] Ille vetus pro te, patriuſque quod optet amicus
Accipe, & hæc memori pectore vota tene;
Cauta ſit vt virtus; ne te temerarius ardor
In medios enſes, ſæuaque tela ferat.
[d] Bella velint, Martemque ferum rationis egentes
[e] Tu potes & patriæ miles, & eſſe decus.

a Vera, ingenua, ingenio, moribus, pectore patrem referens. fortis forti create. purum aurum à puro auro. b Qui mereris tyro in Dacia quæ pectat ad Septentrionem. militaſſe eum in Dacis & Getis teſtantur ep. 46. l. 9. & 79. l. 7 de Parrhaſiâ vrsâ vide notam c. ep. 11. l. 4. c Ego. d Temere pugnent furioſi, tu cautè & vti fortem decet; qui *non timebit, cauebit tamen*. Sen epiſt. 85 & Ariſt Eth. 3. l. c. habes enim in te artium ornamenta quibus togatus non minus quam armatus patriam cohoneſtare poſsis. e Al. leg. *Tu potes & patris miles & eſſe decus*. Vide Turneb. 25. l. 27. c. non placet.

Ad

—De Sotade. XXVI.

PEriclitatur capite Sotades noster.
Reum putatis esse Sotadem, non est.
Arrigere desît posse Sotades: lingit.

In iudicio rei dicuntur *capite periclitari*. Sotaden λείχοντα capitis vel oris ministerio malè vsum *capite periclitari* ait. qui patitur, *ore morigerari*; qui agit, *capiti illudere* tectius & ambiguè dicitur.

Ad Nepotem. XXVII.

[a] BIs vicine Nepos (nam tu quoque [b] proxima Floræ
Incolis, & veteres tu quoque [c] Ficelias)
Est tibi, quæ [d] patrij signatur imagine vultus,
[d] Testis maternæ nata pudicitiæ.
[e] Tu tamen annoso nimium ne parce Falerno:
Et potius plenos ære relinque cados.
Sit pia, sit locuples, sed potet filia [f] mustum,
Amphora cum domina nunc noua fiat anus.
[g] Cæcuba non solos vindemia nutriat orbos:
Possunt & patres viuere, crede mihi.

a Mutatione ædium, cum forte migrarint simul ex alio in alium vicum, *vel*, vrbe & ruri.
b Ep. 23. l. 5. c.
c *Fregellas* alij, alij *Ficedulas* legend. obtrudunt, i. sed frigidè sanè & contra versum. hoc æque obscurè ac Ficelias, ruri illæne fuerint an vrbe. alij *Ficuleas* vide Brod. Misc. 10. l. 28. c.
d Sic Catullus in nuptijs Iuliæ & Torquati: *Sit suo similis patri &c.* mox; *Et pudicitiam suæ Matris indicet ore.* & Horat. *Laudantur simili prole puerperæ.*
e Ne parce veteri vino, verùm bibe vti ante natam filiam, nec reconde vina sed nummos illi relinquendos. 126. ep. l. 13.
f Non vinum a te reconditum, sed quod ipsa leuit, & quod cum ipsa simul consenescat.
g Non orbis tantum sed & ijs qui liberos habent liceat genialiter viuere & cæcubi culullos exhaurire.

Epitaphium Glauciæ, ad viatorem. XXVIII.

LIbertus [b] Melioris ille notus,
Tota qui cecidit dolente Roma,
Cari deliciæ [c] breues [d] patroni,
Hoc sub marmore Glaucias humatus
Iuncto [e] Flaminiæ iacet sepulcro:
Castus moribus, integer pudore,
Velox ingenio, decore felix.
Bis senis modò [f] messibus peractis
[g] Vix vnum puer applicabat annum.
[h] Qui fles talia, nil fleas viator.

a Lege epicedion Glauciæ Melioris lib. 2. sylu. Statij. quod huic concinit ac facem præfert.
b Mel Attedii.
c Puer enim extinctus.
d Melioris Attedii, qui Glauciam etiamnum infantem propter formam & ingenium manumiserat. epig. seq.
e Viæ Flam. in qua tumuli frequentes.
f Alii, *mensibus*. vitiosissimè.
g Propè erat tredecennis. vnde enim bimulo ingenium, mores casti, pudor, &c. prædicta?
h Qui Glauciæ fatum immaturum atque Melioris miseram orbitatem, defles, sis precor felix, neque habeas ex tuo quod fleas. Alii leg. *Ni fleas*. vide ep. 61. l. 10. g.

De eodem. XXIX.

[a] NOn de plebe domus, nec [b] auaræ [c] verna [d] catastæ,
Sed domini sancto dignus amore puer:
[e] Munera cùm posset non dum sentire patroni,
Glaucia libertus iam Melioris erat.
Moribus hoc formæque datum. quis blandior illo?
Aut quis [f] Apollineo pulchrior ore fuit?
[g] Immodicis breuis est ætas, & rara senectus.
Quidquid amas, cupias [h] non placuisse nimis.

a Non pars Niliacæ plebis aut Alexandrinæ. non è familia plebeia. vel, non è grege atque turbâ domesticorum seruorum sic l. 8. ep. 51.
b Auarorum mangonum quibus hinc quæstus.
c Ep. 42. l. 1. a.
d Pegmatis lignei, quo venales exponebantur serui. à καταστάσαι. e Ep. præced. nota d. f Formoso, instar Apollinis. g Pulcherrima quæque breuis æui sunt. præcox indoles immaturi plerunque fati. τὰ γὰρ περισσὰ σώματα πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις, ἔφασχ' ὁ μάντις. Calchas sc. referente nuncio Sophocleo in Aiace μαστιγοφ. ex opinione impiâ, Deos inuidere eximiæ & enormiori gloriæ. hinc & fascini adhibiti, sputum, salinæ aliæque res turpiculæ quibus gloriam temperari, acerique inuidiam credebant. h Ne cito pereat teque iacturâ cruciet.

In Pætum. XXX.

SEx sesterita si statim dedisses,
Cum dixti mihi: sume, tolle, dono:
Deberem tibi, Pæte, [a] pro ducentis.
At nunc cùm dederis diu moratus,
Post septem puto, vel nouem [b] Kalendas,
Vis dicam tibi veriora veris,
Sex sestertia, Pæte, [c] perdidisti.

a Acsi donasses mihi ducenta sestertia. nam quod exponunt, *sex ratione fœnoris ducentorum* non placet.
b Menses.
c *Bis dat, Qui cito dat. minimi gratia tarda preti est.* Alciat. embl. 162. vide 20. ep. supra.

In Charidemum. XXXI.

VXorem, Charideme, tuam scis ipse, finisque
A medico futui. [d] vis sine febre mori.

d Valetudinis fortè gratiâ vigilanti stertis naso, & medicum palpas hac, hoc volüi dicere munere.

De morte Othonis. XXXII.

CVm dubitaret adhuc belli ciuilis [a] Enyo
Forsitan, & [b] posset vincere [c] mollis Otho:
Damnauit multo [d] staturum sanguine Martem,
Et fodit certa pectora nuda manu.
Sic Cato, dum viuit, sanè [e] vel Cæsare maior:
Dum moritur, numquid [f] maior Othone fuit?

a Bellona, furor bellicus. 24. ep. lib. spect. c.
b Neque enim se Galbæ opposuisset, nisi sperasset sine bello ciuili rem geri potuisse, atque vbi iam à Vitellianis ad Bebriacum fraude superato satis superesset spei integræque fere copiæ, superuenientibus & alijs; odio tamen ciuilium armorum, & ne periret populus, se pugione transfodit. Sueton. Dio, & Tacit. 2. Hist. c De mollitie eius. Suet. c. 12. & Iuuen. Sat. 2. v. 102. d Alij, *saturum iam*, alij, *saturatum*. ego *staturum* probo, vt not. b. e Quo vel victore maiorem se & meliorem affirmauit Cato. f Minor certè. Cato enim rebus fractis & desperatis, Otho saluis iam & integris: ille tædio, hic odio belli ciuilis se interfecit. vitam mollem forti morte cohonestauit. *alij* (inquit Tacitus) *diutius imperium tenuerunt, nemo tam fortiter reliquit.*

In Sabellum. XXXIII.

NIl miserabilius, Matho, pædicone Sabello
Vidisti, quo nil lætius antè fuit,
Furta, fugæ, mortes seruorum, incendia, luctus
Affligunt hominem, * tam miser, & futuit.

* Et miseria miseriarum hæc est quod amissis fugâ & morte pueris, detrusus est ad mulieres. *Scoptice.*

Ad Diadumenum. XXXIV.

[a] BAsia da nobis, Diadumene, pressa. quot inquis?
Oceani fluctus me numerare iubes:
Et maris Ægæi sparsas per litora conchas,
Et quæ [b] Cecropio monte vagantur apes:
Quæque sonant pleno vocesque, manusque theatro,
[c] Cum populus subiti Cæsaris ora videt.
Nolo [d] quot arguto dedit exorata Catullo
Lesbia: [e] pauca cupit, qui numerare potest.

a Vide ep. 64. l. 3. & 47. l. 5. b Hymetto monte prope Athenas Cecropi regnatas, thymo, apibus & melle celebri. c Vbi plausu & faustis acclamationibus excipitur in spectaculis Cæsar. d *Mille, deinde centum, Dein mille altera, dein secunda centum, &c.* Catull. 5. ep. ad Lesbiam. e *Pauperis est numerare pecus.* & Horat. *numerabilis, vt pote paucus*, ep. ad Pisones.

Ad Cæcilianum. XXXV.

SEptem [a] clepsydras [b] magna tibi voce petenti
[c] Arbiter inuitus, Cæciliane, dedit.
At tu multa diu dicis: vitreisque [d] tepentem
Ampullis potas semisupinus aquam.
[e] Vt tandem saties vocemque, sitimque; rogamus,
Iam de clepsydra, Cæciliane, bibas.

a Horologia aquaria, phialas è vitro, cupro, argento, &c. è κλέπτω & ὕδωρ. per quæ guttatim defluit aqua ad temporum spatia dimetienda priscis in vsu, vt hodie horologia arenaria, howerglasses. clepsydra autem tertiam fere horæ partem continebat. vide Plin. l. 2. epist. 11. & 2. ep. l. 6. & Budæum in Pandect. pag. 372. Lucianus in Ἀλιεῦσι simpliciter ὕδωρ pro clepsydra ponit. b Tanquam gratum tibi faceret iudex longum dicendi spatium concedendo. c Iudex. d Moram egelidam, an à sole vel igne calidam? quam supino ore bibis ad vocem & vires reficiendas, simulque vt tempus protrahas. bibendi autem inter agendum morem hunc à suo oratore procul abesse vult Fabius, l. 11. c. ult. e Vt exhaustâ tandem clepsydrâ finias, tuæque voci ac nostris auribus parcas.

Ad Papilum. XXXVI.

MEntula tam magna est, tantus tibi Papile nasus:
Vt possis, quoties arrigis, olfacere.

Tricubitales & ad omne ministerium instrumentales nasos emungunt ali- quanto honestius epigrammatistæ Græci. Antholog. l. 2. c. 13.

In Carinum. XXXVII.

SEcti podicis vsque ad vmbilicum,
Nullas relliquias habet Carinus:
Et [a] prurit tamen vsque ad vmbilicum:
O quanta [a] scabie miser laborat!
Culum non habet, est tamen cinædus.

a Catamito tamen dississo & inutili sæuit circa iecur vlcerosum prurigo turpitudinis.

De

De filio Reguli. XXXVIII.

ADspicis vt [a] paruus, [b] nec adhuc trieteride plena
[a] Regulus auditum laudat & ipse patrem?
Maternosque sinus viso genitore relinquat,
Et patrias laudes sentiat esse suas?
Iam clamor [c] centumque viri, densumque [d] corona
Vulgus, & infanti [e] Iulia tecta placent.
Acris equi soboles magno sic puluere gaudet;
Sic vitulus molli prœlia fronte cupit.
Dî seruate, precor, matri sua vota, patrique,
Audiat vt [f] natum Regulus, illa [g] duos.

a Filiolus Reguli. de quo vide Plin. epist. 2. l. 4.
b Nondum trimulus. λοιπὸ τῦ τελείτυς trieteris, spatium 3. annorum & festum Baccho sacrum propter expeditionem ad Indos triennio exactam.
c Caussæ actæ coram Centum viris. qui tamen erant 105. cum ex 35. tribuum singulis terni eligerentur ad iudicandum de hereditatibus. vide Tacit. Dialog. de Oratorib. & Plin. epist. 14. l. 2. & mox notae c. vide & ep. 62. l. 7. e.
d Tribunalia circumstante.
e Iulia Basilica, Iulij Cæs. templum in foro. in quo cogebantur Cvirorum quatuor concilia ad caussas de testamentis audiendas. vide Plin. epist. 21. l. 5. & 6. l. epist. 33. vide & Iani Parrhasij epist. 57.
f Filium, paternæ eloquentiæ æmulum.
g Maritum & filium. Irritum autem hoc fecerunt Parcæ votum. vide 2. epist. 4. Plin.

In Cinnam. XXXIX.

PAter ex Marulla, Cinna, factus es septem,
Non liberorum, namque nec tuus quisquam,
Nec est amici, filiusue vicini:
[a] Sed in grabatis, tegetibusque concepti
Materna produnt capitibus suis [b] furta.
Hic qui retorto crine [c] Maurus incedit,
Sobolem fatetur esse se [d] Cogisantræ.
At ille sima nare, turgidis labris,
Ipsa est imago Pannici [e] palæstritæ.
Pistoris esse tertium, quis ignorat?
Quicumque [f] lippum nouit & videt Damam.
Quartus cinæda fronte, candido vultu,
Ex [g] concubino natus est tibi Lygdo:
[h] Præcide, si vis filium, [i] nefas non est.
Hunc verò acuto capite, & auribus longis,
Quæ sic mouentur, vt solent asellorum,
Quis morionis filium neget Gyrrhæ?
Duæ sorores, illa nigra, & hæc rufa,
Croti [k] choraulæ, villicique sunt Carpi.
Jamque [l] hybridarum [m] grex tibi foret [m] plenus,
Si [n] spado Corculus, Dindymusque non esset.

a Sed à seruis tibi geniti, vel in grabatis quæ humiliorum seruorum lecti sunt, vel super tegetibus quas lupæ, vt & serui, pro lectis habent. Iuuen. Sat. 6. v. 118.
b Adulteria.
c Maurum referens. vide ep. 3. lib. spect. m. Aristot. l. 5. generat. anim. 3. c.
d Serui Mauri.
e Qui familiam ad palæstram vngit atque exercet. ep. 57. l. 3. &. 82.
f Pistorem ab igne lippum.
g Catamito tuo.
h Ep. 72. l. 2.
i Est enim concubini tui filius.
k Ep. 57. l. 5. f.
l Serui-liberorum, ingenuâ matre & seruis hominibus natorum. quos ep. 85. l. 1. appellauit *equites vernas*. Hybrida est fœtus ex imparibus parentibus, vt canis ex venatico & gregario. a mungrell. vide ep. 22. l. 8.
m Vt musarum è numero nouenario, qui Pythagoreis numerus perfectissimus nempe ab impari vnitate primò quadratus, tribusque constans ternarijs.
n Qui testibus euulsis ad impraegnandum impotens est, coit tamen. I. C. Scal. Exerc. 175.

Ad

Ad Lycorim. XL.

FOemina præferri potuit [a] tibi nulla Lycori:
Præferri [b] Glyceræ fœmina nulla poteſt.
[c] Hęc erit hoc, quod tu: [d] tu nō potes eſſe, quod hęc eſt
Tempora quid faciunt? hanc volo, te volui.

a Quondam iuueni.
b Iam in flore ipſo.
c Gl. erit anus, vt Lycoris, viuat modò.
d Tu Ly. non potes eſſe puella vt Glycera.

In raucum poëtam colla lana tegentem. XLI.

[a] QVi recitat lana fauces, & colla reuinctus;
[b] Hic ſe poſſe loqui, noſſe tacere negat.

a Vide ep. 41. l. 4.
b Alludere videtur ad illud Epicharmi,

Οὐ λέγειν δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος. Citat A. Gell. 1. l. 15. c.

De Ethruſcis thermis. XLII.

[a] ETruſci niſi thermulis laueris,
[b] Illotus morieris Oppiane.
Nullæ ſic tibi blandientur vndæ,
Nec fontes [c] Aponi [d] rudes puellis,
Non [e] mollis Sinueſſa feruidique
Fluctus [f] Paſſeris aut [g] ſuperbus Anxur,
Non [h] Phœbi vada, [i] principeſque Baiæ.
Nuſquam tam nitidum micat ſerenum:
Lux ipſa eſt tibi longior, dieſque
Nullo tardius à loco recedit.
Siccos pinguis [k] onyx anhelat æſtus.
Illic [l] Taygeti virent [l] metalla,
Et [m] certant vario decore ſaxa
Quæ Phryx, & Libys [n] altius cecidit,
Et flamma tenui calent [o] Ophitæ.
[p] Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes aridò vapore,
[q] Cruda [r] virgine, [s] Martiaque mergi;
Quæ tam candida, tam ſerena lucet,
Vt nullas ibi ſuſpiceris vndas,

a Claudij Etruſci balneis, quas & Papinius laudat, 1. Sylu.
b Neque enim aliæ thermæ labes tuas & malum colorem (ep. 3. l. 7.) elüere valent. vel ludit in homonymia τῶ *illotus*, vt opponatur *Lauto*. i. ſordidus liberali. Herald.
c Fontis Patauio vicini, quem celebrat Claudianus epigr. 3.
d Intacti puellis. ſcribit enim Caſſiodorus, eſſe in aquis Aponi ſtupendam quandam continentiæ diſciplinam: nam in vndam qua viri reficiuntur ſi mulier deſcendat, inceenditur, & calore exuritur. vel ad verecundiam fortè Patauinarum reſpexit. vide 11. l. 17. ep. & Plin. epiſt. 14. l. 1.
e Mollitie cœli & ſalubritate aquarum laudata Sinueſſa Campaniæ vrbs. Tacit. Annal. 12.
f Loci Campaniæ ad inferum mare. g *Impoſitus ſaxis latè candentibus Anxur*. Horat. 5. ſat. 1. l. h Litus Cumanum thermis ſcatens, vbi celebre Phœbi templum. Virg. 6. AEn. alij Phœbi hominis priuati balneos Romæ intelligi cenſent. non placet. i Nobiliſsimæ aquæ Baianæ. k Onychium marmor (de quo Plin. l. 36. c. 7.) æſtu ſicco anhelat, ſudat tamen. l Marmor viride ex Taygeto monte Laconiæ. *Catachreſis metalli pro lapide*. m Marmor Sinadicum è Phrygiâ purpurei coloris certat marmori Nomadico è Libyâ flauo. n E terrâ, è lapicidinâ, vel propter moles marmorum maiores. o Marmor maculis diſtinctum inſtar ſerpentis. ab ὄφις. p Sudatione ſiccâ cellâ, frigidâ lauare &c. vt ſeq. vide Mercurial. c. 10. l. 1. & Plin. epiſt. 17. l. 2. & 6. ep. 5. l. q Frigidâ gelidâ. r Ep. 42. l. 5. f. s Aquâ, quæ olim Auſeia, ab Anco Martio rege, poſtea a Q. Martio prætore in vrbem inuecta & inſtaurata.

t Marmor candidissimum ex Lygdo in Tauro monte. *Meton.contin.* vel *Synecd.*
u Vide ep.78.l.5.b.
x Supra nota b.

Et credas vacuam nitere [t] Lygdon.
Non attendis, & [u] aure me supina,
Iam dudum quasi negligenter audis;
[x] Illotus morieris, Oppiane.

Ad Castricum. XLIII.

a Nobiles aquis, amœnæ, salubres.
b Quia sulphurea. vel ob reuerentiam numinis aquarum.
c Secessus in Nomentanam villam meam. de qua, ep.58.l.2.
d A morbo recreant.
e Villa non vltra modum & rationem agri exædificata.
f Non vltra Nomentanum agrum quæro balnea & delicias (* legerim itaque *deliciæ* pro *diuitiæ* in seq. versu) quas olim Baijs & in lacu Lucrino quærere solebam. g Baias, Lucrinum lacum, Tiburtinam Martiam, &c. ep. 60.l.4. h Me ætate prouectiorem, inualidum, & pigrum iuuant vicina. i Suburbani, & quasi ad manum.

DVm tibi [a] felices indulgent, Castrice, Baiæ:
[b] Canaque sulphureis nympha natatur aquis;
Me [c] Nomentani [d] confirmant [c] otia ruris,
Et [e] casa iugeribus non onerosa suis.
[f] Hîc mihi Baiani Soles, mollisque Lucrinus:
Hîc nostræ mihi sunt, Castrice, * diuitiæ.
Quondam [g] laudatas quocumque libebat ad vndas
Currere, nec longas pertimuisse vias.
[h] Nunc vrbi vicina iuuant, [i] facilesque recessus,
Et satis est, pigro si licet esse mihi.

In Calliodorum. XLIV.

a Leporum, iocorum.
b Et dicterijs instructus tanquam facetus scurra mensas alienas petis.
c At si ego non salsè sed verè dixero te esse impuri oris φοινικίζοντα nemo te ad poculum suum inuitabit. vide ep.15.l.2.

FEstiuè credis te, Calliodore, iocari,
Et solum multo permaduisse [a] sale.
Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes,
[b] Sic te conuiuam posse placere putas.
[c] At si ego non bellè, sed verè, dixero quiddam:
Nemo propinabit, Calliodore, tibi.

In Lectoriam. XLV.

a Concubine, & mœcha.
b *Verba hæc edicti legis Iuliæ.* supra 7.ep.a.
c Mœcha.
d Concubino. ep.39. supra. g.
e Nubendo enim fateris tuum cum catamito adulterium. vide ep.22. supra.

[a] LVsistis, satis est: lasciui nubite cunni.
[b] Permissa est vobis non nisi casta Venus.
Hæc est casta Venus? nubit [c] Lectoria [d] Lygdo:
[e] Turpior vxor erit, quàm modò mœcha fuit.

Ad Catianum. XLVI.

Ex quatuor aurigarum factionibus Veneta Domitiano erat inuisa. Aurigæ itaque Venetæ factionis insultat poeta, Ironicè collaudans eum quòd assiduo conamine moliretur, nec tamen metam contingeret victor. Lucillius 2.l.Anthol.c.23. pigrum cuiusdam equum comparat Durateo illi Troiano.

VApulat assiduo Veneti quadriga flagello,
Nec currit: magnam rem, Catiane, facit.

*Ad * Hiantida nympham.* XLVII.

[a] NYmpha, mei Stellæ quæ fonte [b] domestica puro
Laberis, & [c] domini [d] gemmea tecta subis:
[e] Siue Numæ coniux [f] Triuiæ te misit ab antro:
Siue Camœnarum de grege nona venis:
Exsoluit votis hac se [g] tibi virgine porca
Marcus [h] furtiuam quòd bibit æger aquam.
Tu contenta meo iam crimine,[i] gaudia fontis
Da secura tui: sit mihi sana sitis.

* Ita Nympham aquæ vocat ab vxore Stellæ.ep.21. supra.a.& b.
a Numen fontis, Lympha, aqua.
b Intra parietes.
c Stellæ.
d E vario marmore nitentia ac si gemmea forent.
e Siue è specu Nymphæ Egeriæ coniugis Numæ in valle Dianæ Aricinæ, siue ex fonte Musarum, quibus amica Egeria, vel (vt quidam volunt) vna è Musis. Ouid.3. Fast.
f Alij leg. *Triuia te misit ab Anna.* & intelligunt Dianam Ariciæ cultam, vide Lud. Carionis Antiqu. lect.1.com.1.c.& epig.64.l.4. de Triuia vide 65. ep.l.9.
g Dianæ *inquiunt* quæ & Proserpinæ. non probo. Nymphæ potius, quam clàm hauserat, furti piaculum porcam immolat Martialis, vt hœdum Blandusiæ fonti Horatius, ode 13. l.3.
h Cur furtiuam maluit quam ab amico donatam? an ex superstitione? an quia dulcior aqua furtiua?
i Vsum aquæ furtiuæ non insalubrem.

In Pomponium. XLVIII.

QVòd tam grande [a] sophos clamat tibi [b] turba togata
Non tu, Pomponi; [c] cœna diserta tua est.

a Ep.4.l.1.
b Laudicœnæ & σοφοκλεῖς qui in recitationibus solent ἐπισημήνασθαι Ὀρθῶς, Σοφῶς &c. Theophrast. Charact. περὶ κολακείας.
c Suffragia hæc & acclamationes à blandientibus & cœna vel tritâ veste corruptis exagitat Horat. sub fine epistolæ ad Pisones, & Pers.1. Sat. v. 54. & Plinius quem vide de huius rei origine, modo, fœditate, epist.14.l.1.

De Priapo. XLIX.

[a] NOn sum de fragili dolatus vlmo;
Nec quæ stat rigida supina [b] vena,
De ligno mihi quolibet columna est,
Sed [c] viua generata de cupresso;
Quæ nec secula centies peracta,
Nec longæ cariem timet senectæ.
Hanc, tu quisquis es ô [d] malus, timeto:
Nam si vel minimos manu rapaci
Hoc de palmite læseris racemos:
[e] Nascetur, licet hoc velis negare,
Inserta tibi ficus in cupresso.

a Ex persona Priapi hortorum custodis.ep.36.l.1.h. & l.3.ep.57.& 16.ep. supra.
b Σάθη.
c Vitalitatis cupressi rationem addit duobus vers. seq. vide ep.73.infra.e.
d Fur.
e Tibi ficoso inseretur vena mea cupressea. ep.16. supra.

De Thelesino L.

CVm coleret [a] puros pauper Thelesinus amicos,
Errabat gelida sordidus in togula.
Obscœnos postquam cœpit [b] curare cinædos,
Argentum, mensas, prædia, solus emit.

a Castos, probos, pudicos, quorum basia pura.
b Colere, θεραπεύειν.

Vis fieri diues Bithynice ? [c] conscius esto,
Nil tibi, vel minimum, basia pura dabunt.

c Scelerum alienorum & impuritatis. Iuuen. 3. Sat. 49. vers. *Quis nunc diligitur, nisi conscius &c.*

Ad Lupercum. LI.

QVòd conuiuaris sine me tam sæpe Luperce;
Inueni, noceam qua ratione tibi.
Irascar, licet vsque voces, mittasque, rogesque,
Quid facies ? inquis quid faciam ? [d] veniam.

d Expectarat ex præcedentibus Lupercus dicturum poëtam se vocatum non venturum. respondet autem ἀπροσδοκήτως se venturum. quod malè vexat auarum conuiuatorem.

Epitaphium Pantagathi. LII.

HOc iacet in tumulo raptus puerilibus annis
Pantagathus, [a] domini [b] cura, [b] dolorque sui,
[c] Vix tangente vagos ferro resecare capillos
Doctus, & hirsutas excoluisse genas.
Sis licet inde sibi tellus placata, leuisque,
Artificis leuior non potes esse manu.

a Fortè ipsius Martialis.
b Amor & deliciæ dum viueret, dolor ex morte.
c Propter facilem & leuem in tondendo radendoque manum, tu sis illi leuis ô terra. vide ep. 35. l. 5. f. Alij leg. *Sis licet, vt debes, tellus &c.*

De Andragora. LIII.

LOtus nobiscum est hilaris, cœnauit & idem:
Inuentus mâne est mortuus Andragoras.
Tam subitæ mortis caussam, Faustine, requiris ?
[a] In somnis medicum viderat Hermocratem.

a Perniciosum mehercule medicum! cuius imago vel per somnium visa faceret ad mortem. Quid ipse fecisset arte sua inerti? habes eiusdem ingenij epigr. Græc. l. 2. c. 21. Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν &c. Lucillij. & Nicarchi Οὐτ᾽ ἔκλυσεν, &c.

—*De Sextiliano.* LIV.

TAntos, & tantas si dicere Sextilianum
Aule vetes: iunget vix tria verba miser.
Quid sibi vult ? inquis dicam, quid suspicer esse:
[a] Tantos, & tantas Sextilianus amat.

a Prægrandes draucos, eorumque caudas.

In Coracinum. LV.

QVòd semper [a] casiaque, cinnamoque,
Et [b] nido niger [c] alitis superbæ
Fragras [d] plumbea Niceroniana,
Rides nos, Coracine, nil olentes:
[e] Malo, quam bene olere, nil olere.

a Synecdoch. pro quouis aromate. de casia vide quæ adnotarim ad 36. v. 6. Sat. Persij.
b Vnctus thure. quod æquè ac cinnamomum & casiam in nidum congerit Phœnix, atque inde discutitur. Plin. l. 10. c. 2. & 12. l. c. 19. refert, negatque.
c Phœnicis. ep. 7. l. 5. a.
d Vnguenta à Nicerote (ep. 38. l. 10. & 66. ep. 12. l.) aromatopolâ confecta, & in vasis plumbeis cocta in vmbra vt docet. Plin. 13. l. 2. c. alij referunt ad sagittas plumbeas, quibus cinnamomum ex Phœnicis nido decussum tradit Aristot. 6. l. de Nat. Animalium. c. 13. Papin. 2. sylu. *Phariæque exempta volucri Cinnama.*
e Vide ep. 12. l. 2.

In

In Charidemum. LVI.

[a] QVòd tibi crura rigent setis, & pectora villis:
Verba putas famæ te, Charideme, dare.
[b] Exstirpa, mihi crede, pilos de corpore toto,
Teque pilare tuas testificare nates.
Quæ ratio est? inquis. scis multos [c] dicere multa.
[d] Fac, pædicari te, Charideme, putent.

a Crura & pectus hispida setosaque præ te ferendo putas te contraiturum & decepturum famam quæ de tua mollitie increbuit. b Ep. 29. l. 2. f. c Loqui varia de tua turpitudine. d Hanc quasi levioris criminis suspicionem oppone illi graviori, quòd te suspicantur φοινικίζειν.

In Phœbum. LVII.

[a] MEntiris fictos vnguento, Phœbe, capillos,
Et tegitur pictis sordida calua comis.
Tonsorem capiti non est adhibere necessum:
Radere te melius [b] spongia, Phœbe, potest.

a Caluitiem dissimulare vis vnguento perfusis quod fila capillorum imitetur. vide Turneb. Aduers. l. 25. c. 27. & ep. 74. infra. b Quæ pictos crines abstergeat.

Ad Aulum Pudentem. LVIII.

[a] CErnere Parrhasios dum te iuuat, Aule, Triones
Comminus & * Scythici sidera ferre poli;
O [b] quam pænè tibi Stygias ego raptus ad vndas
Elysiæ vidi nubila fusca plagæ!
[c] Quamuis lassa tuos quærebant lumina vultus,
Atque erat in gelido plurimus ore Pudens.
[d] Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores
Stamina, [e] nec surdos vox habet ista deos;
Sospite me sospes Latias reuehêris ad vrbes,
Et [f] referes pili præmia clarus eques.

a Dum tu centurionis stipendia mereris apud Getas in Sarmatia, quæ ad Septentrionem. de Parrhasiis vrsis, vide quæ ad ep. 11. l. 4. c. & ep. 25 supra. b. * Al. *Getica sidera pigra poli.* b Quàm pene mortuus sum. sic Horat. 13. od. 2. l. *Quàm penè furuæ regna Proserpinæ* &c. c Oculi mei quasi in morte graues & natantes desiderabant tuum conspectum. d Si Parcæ vitam mihi diuturniorem indulserint. vide notam. ad ep. 73. l. 4. e Audientes. f Redibis primipili seu primi centurionis honore & ornamentis equestribus ornatus.

In Baccaram. LIX.

ET dolet, & queritur, [a] sibi non contingere frigus
Propter sexcentas Baccara gausapinas:
Optat & [b] obscuras luces, ventosque, niuesque:
Odit & hibernos, si tepuere, dies.
[c] Quid fecere mali nostræ tibi, [d] sæua, lacernæ,
[e] Tollere de scapulis quas leuis aura potest?
Quanto [f] simplicius, quanto est [f] humanius illud:
Mense vel Augusto sumere gausapinas?

a Vt detur illi occasio ferendi ostentandique gausapinas penulas crebras & villosas, mantles. vide ep. 16. l. 2. Zoilum pari morbo laborantem, propter stragula. b Vt cœlum sit nubilum, &c. c Sic ep. 9 l 1. *Quid tantum fecere boni* &c? d Al. *sæue.* vt Baccara sit nomen viri. e Leues nimium & tenues. f *Simplicius* ostentationis tuæ morbum confessa gausapinas vel per summum æstatis ardorem gestando; *humanius,* non imprecata frigus nobis quibus tenues ac tritæ lacernæ.

De Pompillo. LX.

[a] REm factam Pompillus habet, Faustine, legetur,
Et nomen toto sparget in orbe suum.
[b] Sic [c] leue flauorum valeat genus * Vsipiorum,
Quisquis & Ausonium non amat imperium.
[d] Ingeniosa tamen Pompilli scripta feruntur:
[e] Sed famæ non est hoc, mihi crede, satis.
Quàm multi [f] tineas pascunt, blattasque diserti!
Et redimunt soli [g] carmina docta coci!
Nescio quid plus est, quod donat secula chartis:
Victurus [i] Genium debet habere liber.

a Famam & nominis, quam desiderauit, celebritatem: eadem phrasis, ep. 28. l. 1. & 26. 2. l.
b Sic valeant Vsipij *Germaniæ pop. & quicunque nominis Romani hostes sunt, vt viuent Pompilli scripta. i. Vtinam sic pereant hostes P.R. vt peribunt Pompilli chartæ. Et hoc respondet poëta priori disticho è persona vulgi.
c Quòd à Romanis defecissent. Tacit. in vita Agricolæ. d *Instat Vulgus.* e *Resp. poëta.*
f Scribunt, quæ, nemine legente, tineis ac blattis relinquantur escæ. ep. 1. l. 13. g Quæ togæ sint cordyllis & piperis cuculli. ep. 2. l. 3. c. & ep. 87. l. 4 g. h AEternitatem. i Natiuam quandam vim & ingenuam facultatem: non ingenium coactum, quòd male respondet. *Vel* felicitatem quandam & quasi genij fauorem cuius patrocinio libris æquè opus est ac viris, vrbibus, &c. Henr. Steph. Schediosin. 1. l. 19. c. genium famæ. vt ep. 11. l. 7.

In Inuidum. LXI.

LAudat, amat, cantat nostros [a] mea Roma libellos:
Meque sinus omnis, me manus omnis habet.
Ecce rubet quidam, pallet, stupet, [b] oscitat, odit.
[c] Hoc volo: nunc nobis carmina nostra placent.

a Mihi fauens & amica.
b Fastidit. vide ep. 6. l. 2. c.
c Vt inuidis displiceant mea carmina. namque hoc felicitatis argumentum.

Ad Apianum. LXII.

AMisit pater vnicum Silanus:
[a] Cessas mittere munera Apiane?
Heu crudele nefas, malæque [b] Parcæ,
[c] Cuius vulturis hoc erit cadauer?

a An cessas captare hanc prædam, O heredipeta?
b Quæ vnicum Silani filium sustulistis.
c Cui heredipetæ continget hæc præda? *Qui vt heres scribatur, consolatur aut assidet: vultur est, cadauer expectat.* Senec. 95. epist. vide Pierij Hieroglyph. 18. l. de Vulture.

Ad Marianum. LXIII.

SCis te [a] captari: scis hunc. qui captat, auarum:
Et scis qui captat, [b] quid, Mariane, velit:
Tu tamen hunc tabulis heredem, stulte, supremis
Scribis, & [c] esse tuo vis, furiose, loco.
[d] Munera magna quidem misit, sed misit in hamo:
Et piscatorem piscis amare potest?
Hiccine deflebit vero [e] mea fata dolore?
Si cupis, vt ploret: [f] des, Mariane, nihil.

a Muneribus & officijs allici & oppugnari ab isto vt scribatur heres.
b Mortem tuam, quo citius fruatur bonis tuis. ep. 27. l. 8.
c In locum, ius, & bona tua succedere.
d Ep. 56. l. 4. a & ep. 18. l. 5. i.
e Al. *tua.*
f Deceptam sibi spem plorabit veris lacrymis. *Heredis autem fletus risus est.*

In

In detractorem. LXIV.

[a] CVm sis nec rigida Fabiorum gente creatus,
Nec qualem [c] Curio, dum prandia portat aranti,
Hirsuta peperit rubicunda sub ilice coniux:
Sed patris [d] ad speculum tonsi, matrisque [e] togatæ
Filius, & [f] sponsam possit te sponsa vocare:
Emendare meos, quos nouit fama, libellos,
Et tibi permittis [g] felices carpere nugas:
Has, inquam, nugas, quibus aurem aduertere totam
Non aspernantur proceres vrbisque, forique:
Quas & perpetui dignantur scrinia [h] Silî,
Et repetit toties facundo [i] Regulus ore,
[k] Quique videt propiùs magni certamina Circi
Laudat Auentinæ vicinus Sura Dianæ:
Ipse etiam tanto dominus sub pondere rerum
Non dedignatur bis, terque reuoluere Cæsar.
[l] Sed tibi plus mentis, [m] tibi cor limante Minerua
Acrius, & [n] tenues finxerunt pectus Athenæ.
[o] Ne valeam, si non multo sapit altius istud,
Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
Et [p] rubro pulmone vetus, nasisque timendum,
Omnia crudelis lanius per compita portat.
Audes præterea, [q] quos nullus nouerit, in me
Scribere versiculos, [q] miseras & perdere chartas:
[r] At si quid nostræ tibi bilis inusserit ardor,
Viuet, & hærebit, totoque legetur in orbe,
[s] Stigmata nec vafra delebit [t] Cinnamus arte:
Sed miserere tui, [t] rabido nec perditus ore
Fumantem nasum viui tentaueris vrsi.
Sit placidus licet, & lambat digitosque, manusque,
Si dolor, & bilis, si iusta coëgerit ira,
Vrsus erit: vacua dentes in pelle fatiges,
Et tacitus quæras, quam possis rodere carnem.

a Tu, quem neque maiores ornant neque propriæ virtutes: audens tu ô vilissime & mollissime tibi criticâ arreptâ virgâ mea carpere carmina, eaq[illegible]udatis laudata?
b Studijs bell[illegible] trimâ.
c M. Curio Dentato, agriculturæ studijs non minus quam victorijs & triumphis apud authores celebri.
d Mollis, effœminati, pathici. qualis erat Otho, cui *speculum ciuilis sarcina belli.* Iuuen. 2. Sat. 100. v. Vide Senec. de Breu. vitæ. c. 12.
e Famosæ adulteræ. adulterij enim conuictæ cogebantur togâ indutæ in publicum procedere.
f Vsque adeo effœminatus es & mollis.
g Doctorum calculo & præconio nobilia atque victura carmina.
h Silij Italici poëtæ, vide ep. 14. l. 4. a. & 62. l. 7.
i Ad quem sæpe supra. vide ep. 13. & 112. l. 1. &c.
k Quæ carmina laudet Clariss. orator Palsurius Sura, qui habitat in Auentino monte vbi Diana colitur, vnde despicere potest in Circum max. subiectum.
l *Ironicè.* tu tamen tibi arrogas plus iudicij, &c.
m Et tibi artium atque Athenarum (quæ sapientiæ magistra perhibetur) præses Minerua poliuit ingenium & exacuit iudicium. *Iron.* n Subtiles, acutæ. o Disperéam, si non cor pecudis iam putridum, quod cum intestinis, pedibus, iecore & pulmone lanius circumfert per compita venale, plus sapiat quam tuum. p Iam corrupto pulmone putre & fœtens q Carmina quæ nemo legat. ep. 9. l. 3. r At si ego in te scripsero carmen. s Inustam tibi ex meis epigrammatis infamiam. Metaph. à punctis corpori inustis, quæ lepidè Petronius *epigrammata* dixit. t Tonsor. l. 7. ep. 63. u Noli latratu tuo ad iram irritare me quem comperies vrsum viuum & in iras pronum, vbi dabitur occasio. quin potius ô timide ac imbecillis catule pellem vrsi fœno fartam mordicus lacessis, vnde tibi nihil impendet periculi? me viuum senties. caue canis, & quære aliam carnem quam tacitus rodas. vide ep. 61. l. 5. & Horat. epod. 6.

Ad Tuccam. LXV.

* HExametris epigramma facis, scio dicere Tuccâ
[a] Tucca solet fieri: denique Tucca licet.

* Propter superius fortè epigramma.
a Respondet pöeta.

Sed tamen hoc* longũ est, * solet hoc quoque Tucca (licere,
Si breuiora probas, disticha sola legas.
b Conueniat nobis : vt fas, epigrammata longa
Sit transire tibi ; scribere Tucca mihi.

b Ex pacto inter nos ita dispertiamus munia : vt mihi liceat longa ep. scribere, tibi transire.

De præcone puellam vendente. LXVI.

FAmæ non nimium bonæ puellam,
a Quales in media sedent Subura,
Vendebat modò præco Gellianus.
b Paruo cùm pretio diu liceret,
c Dum puram cupit approbare cunctis :
Attraxit prope se manu negantem ;
Et bis, terque, quaterque basiauit.
Quid profecerit osculo, requiris ?
Sexcentos modò qui dabat, negauit.

...leant ...pop. &

a Ep. 4 Re. 1. e. & 17. l. 2. b. lupæ sc.
b When a small price was bidden for her.
c Dum facilem sed negantis arte instructam puellam pro pudicâ & purâ approbare cupit, eoque vendibiliorem facere, reluctantem illam & negantem sæpius basiauit. quod vbi fecisset præco oris non magis puri quàm Sabidius, ep. 35. l. 1. & 17. ep. l. 3. vel Postumus, ep. 10. l. 2. adeo impuram reddidit quam puram approbare voluit ; vt qui modo sexcentos licitus est, iam se daturum neget.

Ad Pannicum. LXVII.

CVr tantùm eunuchos habeat tua Gellia, quæris
Pannice ? vult futui Gellia, non parere.

Vide supra, ep. 39 n. & Iuuen. 6. Sat. 367. v.

De morte Eutychi pueri. LXVIII.

FLete a nefas vestrum, sed b toto flete Lucrino
c Naiades, & luctus sentiat ipsa Thetis :
Inter Baianas raptus puer occidit vndas
Eutychus : ille tuum, Castrice, dulce d latus.
Hic tibi curarum socius, blandumque leuamen ?
Hic amor, hic nostri vatis e Alexis erat.
Numquid te vitreis nudum lasciua sub vndis
Vidit, f & Alcidæ nympha remisit Hylam ?
An g dea fœmineum iam negligit Hermaphroditum,
Amplexu teneri h solicitata i viri ?
Quidquid id est, subitæ quæcumq; est caussa rapinæ,
k Sit precor & tellus mitis, & vnda tibi.

a Quod sit hoc nefas, docebit tertius versus.
b Emisso quasi per lacrymas toto lacu Lucrino & in mare profluente, vt Thetis. i. mare luctum sentiat.
c Nymphæ aquarum.
d Latero, qui lateri tuo semper hærebat, qui latus tuum vt...ue tegebat sic ep. 46. l. 2. K. vide Iani Gulielmi Verisimil. 3 l. 17. c.
e Puer Castrico in delicijs, vt Virgilio Alexis. vel, alter Alexis.
f Et rapuit te Hylâ pulchriorem, restituitque Herculi Hylam vide ep. 49. l. 5. d.
g Nympha Salmacis. Ouid. Metam 4.
h Allecta.
i Eutychi.
k Ep. 35. l. 5. f.

De Bassa. LXIX.

NOn miror, quod potat aquam tua Bassa, Catulle :
Miror, quod Bassi filia potat aquam.

Non miror Bassam sumere aquam cui a patre opus est (ep. 50. l. 2.) cùm norim eam tuam esse cui ore morigeratur: Sed miror eam in tantum degenerasse à patre Basso, vtrum sanctus ille fuerit & filiâ tam dedecorosâ indignus, an temulentus & meracus ebrius ?

❡ *Ad Martianum.* LXX.

a SExagesima, Martiane, messis
Acta est, & puto iam secunda Cottæ,
Nec se tædia lectuli calentis
Expertum meminit die vel vno.
b Ostendit digitum, sed impudicum,
* Alconti, * Dasioque, * Symmachoque.
At nostri bene computentur anni,
c Et quantum tetricæ tulere febres,
Aut languor grauis, aut mali dolores,
A vita meliore separentur:
Infantes sumus, & senes videmur.
Ætatem Priamique, Nestorisque
Longam qui putat esse, Martiane,
Multum decipiturque, falliturque.
d Non est viuere, sed valere, vita.

a LXII annos natus est Cotta, neque vnquam lecto eum affixit vnius dieculæ febris ardens.
b Per contemptum & derisionem ostendit medicis medium vnguem, infamem & impudicum digitum. vide ep. 93. l. 1. b. & ep. 28. l. 2. a.
* Medico.
c Et a melioris vitæ statu subducatur quantum temporis sit impensum animi vel corporis morbis, facilè apparebit nos diu fuisse, parum vixisse.
d Immò, *Valere est philosophari*, inquit Seneca. *Sine hoc æger est animus*, &c. epist. 15

—*De Thelesina.* LXXI.

EDere lasciuos ad a Bætica crusmata gestus,
Et Gaditanis ludere docta b modis;
c Tendere quæ tremulum d Pelian, e Hecubæq; ma-
Posset f ad Hectoreos solicitare rogos; ritum
Vrit, & excruciat dominum Thelesina priorem,
g Vendidit ancillam, nunc redimit dominam.

a *κρούματα*, tympanorum & cymbalorum pulsus cum digitorum crepitu, cuiusmodi saltationes Hispanis in vsu esse docet I. C. Scal. c. 18. l. 1. poetic. & hodie videmus.
b Quos tres enumerat ibid. Scal. *Chironomiam, Halma, Lactisma.* vide ep. 42. l. 11. & 79. ep. l. 5. fideinque expressum à Iuuenale Sat. 11. v. 163. c Quibus ad libidinem incendi *iam frigidus æuo Laomedontiades & Nestoris hernia possit.* Iuu. Sat. 6. v. 326. d Patrem Iasonis, longæuum. e Priamum. f Vel in medio mœrore, in funere Hectoris. g Postquam desiderio eius excruciatur, quam ancillam vendiderat, redimit vt illi seruiat.

De Cilice fure. LXXII.

FVr notæ nimium rapacitatis
Compilare Cilix volebat hortum:
Ingenti sed erat, Fabulle, in horto
Præter marmoreum nihil Priapum.
Dum non vult vacua manu redire;
Ipsum surripuit Cilix Priapum.

Egregium sanè custodem, de quo Exclamare libet; *sed quis custodiet ipsum Custodem?* vt Iuuen. sat. 6. 348. v. de fœminarum custodibus. Statuis autem aureis & argenteis addebantur custodes; ligneæ & lapideæ incustoditæ erant, lepidè itaque cum Apollinis statuâ, quam surrepturus erat, iocatur Eutychidas. Anthol. l. 2. c. 25.

—*De Priapo.* LXXIII.

a NOn rudis indocta fecit me falce colonus:
b Dispensatoris nobile cernis opus.

a De Priapo. ep. 36. l. 1. h. & ep. 57. l. 3. & supra ep. 49.
b Artificisne, qui custodem effinxit? an fuit hic Hilarus dispensator & cultor agri Caretani?

Nam

Nam [c] Ceretani cultor notissimus agri
Hos Hilarus colles, & iuga læta tenet.
Adspice, [d] quàm certo videar non ligneus ore,
[e] Nec deuota focis inguinis arma geram :
Sed mihi perpetua numquam moritura cupresso
[f] Phidiaca rigeat mentula digna manu.
Vicini, moneo, [g] sanctum celebrate Priapum,
Et bis septenis parcite iugeribus.

c Ceretum, Vmbriæ opp.
d Quàm ad viuum effictus vultus non videatur esse è ligno.
e Non vrenda pro ligno arido & putri, namque è cupresso illis vitalitas. ep.49. supra c.
f Affabrè facta tanquam manu Phidiæ. ep.35 l.3. & 13. ep. supra. a.
g Vide ep. 67. l.3. notam e.

Ad Esculanum. LXXIV.

[a] MEdio recumbit imus ille qui lecto
Caluam [b] trifilem semitatus vnguento,
[c] Foditque tonsis ora laxa lentiscis :
[d] Mentitur Esculane ; non habet dentes.

a De more & ordine. Rom. discumbendi in lectis ad mensam vide Lips. 3. Antiqu. lect. Ciacon. de triclinio. & Stuk. conuiual. 2.
b Sulcis & quasi semitis vnguento ductis & pictis in caluâ tripili ceu trifili, tres sc. vel paucos admodū habenti capillos. sic Turnebus 27. c. l. 25. Gontius legit *tripalem*, caluamque huius calui comparatam vineæ vult. namq; & Vinea (Catoni 33. cap. de Re Rustica) *caluata* dicitur quæ ætate vel vitio raras habet vites: *tripalis*, cui tres tantum vites tribus palis alligata: *semitata* semitis inter paginas vitium distincta. vide ep. 57. supra. c Qui videtur dentes purgare lentisco, de quo ep. 22. l. 14. d Simulat, ne appareat edentulus.

In Pontiam. LXXV.

CVm mittis turdumue mihi, [a] quadramue placentæ
Siue femur leporis, siue quid his simile,
[b] Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis.
Has ego [c] nec mittam, Pontia, sed nec edam.

a Ep. 76. l. 3. a.
b Morselles.
c Nec amicis mittam, multo minus ipse edam, vt qui sciam tua veneficia. ep. 34. l. 2.

Epitaphium Fusci. LXXVI.

ILle [a] sacri lateris custos, [b] Martisque togati,
[c] Credita cui summi castra fuere ducis :
Hic situs est [d] Fuscus, [e] licet hoc, fortuna, fateri,
Non timet hostiles iam lapis iste minas.
[f] Grande iugum domita Dacus ceruice recepit,
Et famulum victrix possidet vmbra nemus.

a Imp. Domitiani præfectus prætorij.
b Prætorianæ cohortis, quæ in vrbe ceu ad muros vrbis erat, præfectus. *vel* legatus Domitiani, qui ipse in vrbe propter auspicia & imperia residens bella gerit per duces.
c Cui Dom. commiserat belli Dacici summam Sueton. Dom. c. 6. Tacit. 2. & 3. l. hist. d In Dacia bello oppressus interijt. Eutrop. 7. l. Iuuenal. 4. sat. 111. v. e Etsi ipse victus ceciderit, iam tamen securus est tumulus eius, Dacis postea victis à Iuliano. f Victi iam Daci retulerunt inferias vmbræ Fusci, cui quasi victici sacratur tumulus cum agello & luco in ipsa Daciâ redactâ in deditionem. vide ep. 115 & 117. l. 1.

In Afrum. LXXVII.

CVm sis tam pauper, quam nec miserabilis [a] Irus;
Tam iuuenis, quàm nec [b] Parthenopæus erat;

a Arnæus mendicus, Hom. Odyss. 18.
b Pulcherrimus iuuenis, vnus è septem ducibus ad Thebas profectis. AEschylus in ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, & Papin. 4. Theb.

Tam

Tam fortis, quàm nec, cùm vinceret, [c] Artemidorus,
[d] Quid te Cappadocum sex onus esse iuuat?
Rideris, multoque magis [e] traduceris, Afer,
Quàm nudus medio si spatiere foro.
[f] Non aliter monstratur Atlas cum compare mulo,
Quæque vehit similem [g] bellua nigra Libyn.
[h] Inuidiosa tibi quàm sit lectica, requiris?
Non debes ferri mortuus hexaphoro.

c Nescio quis pugil vel gladiator.
d Cur tu perinde ac diues esses senex vel æger gestaris hexaphoro, lecticam subeuntibus sex seruis è Cappadociâ, gente ad seruitutem nata?
e Vide quæ ad ep. 4. lib. spectac. 2.
f Pro hac lectione ex varijs bonis libris pugnat Ang. Politianus cap. 23. hoc sensu. Si quando Atlas nanus (Iuuen. Sat. 8. v. 31.) mulo pumilo & compare vtatur, vulgo ridetur, vt & Maurus vbi concolorem sibi elephantum conscendit: sic Afer meritò ridetur qui pauper, iuuenis & fortis ab alijs iuuenibus suæ propè conditionis gestatur. Alij leg. *compare gibbo.* & intelligunt de Atlante repræsentato in ludis, Alij de Atlantis imaginibus columnas sustinentibus. Alij leg. *Atlas in corpore gibbo.* cuius hic fortasse sensus: Vt Maurum pumilum camelo (qui in dorso gibbum habet ipso Mauro non minorem, vnde & retineri potest lectio *compare*,) vel alium Maurum elephanto insidentem ridemus: haud secus deridendus est Afer, qui, pauper cum sit, gestari tamen magnificè vult instar diuitis. Et huc facit, quòd dicit *similem Libyn.* videat lector. vide & 197. ep l. 14. g Elephas. h Vel mortuo tibi inuideretur hexaphorum, nedum viuo, tam pauperi cui efferendo magis conueniret sandapila. vide ep. 81. l. 2.

Ad Aulum, de lusco. LXXVIII.

POtor nobilis, Aule, lumine vno
Luscus Phryx erat, alteroque lippus:
Huic dicit medicus, bibas caueto
Vinum: si biberis, nihil videbis.
Ridens Phryx, [a] oculo, valebis, inquit.
Misceri sibi protinus deunces
Sed crebros iubet: exitum requiris?
Vinum Phryx, [b] oculus bibit venenum.

a Ita Gallus quidam luscus excusso sibi in ludo gladiatorio punctim batuenti vnico oculo exclamauit, *adieu mon oeil, & bon nuict messieurs.* & ep. Lucillij 11. l. Anthologiæ, amissurus oculum dixit, χαῖρ' ἱερὸν φῶς.
b Extinctus enim est bibendo oculus.

Ad Lupum. LXXIX.

TRistis es, & felix, sciat hoc fortuna caueto:
[c] Ingratum dicet te, Lupe, si scierit.

c Nec vsu, nec vultu, nec animo læto munera eius agnoscentem. vnde irata leuis dea instar Scytiæ capræ rem tibi disturbarit.

De rosis ad Cæsarem missis. LXXX.

[a] VT noua dona tibi, Cæsar, Nilotica tellus
Miserat hibernas [b] ambitiosa rosas:
[d] Nauita derisit Pharios Memphiticus hortos,
Vrbis vt intrauit limina prima tuæ.

b Vbi tibi allatæ sunt ex AEgypto rosæ hibernæ.
c Ex hibernis rosis laudem captans.
d Ipse nauta ceu mercator AEgyptius visus est contemnere AEgyptios hortos præ nostris. in quibus magnam rosarum hybernarum copiam inuenit. 13. l. 127. ep.

Tantus

Tantus veris honos, & odoræ gratia [e] Floræ,
[f] Tantaque Pæstani gloria ruris erat.
Sic quacumque vagus, gressumque oculosque ferebat
[g] Textilibus sertis [h] omne rubebat [h] iter.
At tu Romanæ iussus iam cedere brumæ,
[i] Mitte tuas messes ; accipe, Nile, rosas.

e Deæ florum. *Metonim.*
f Tanta erat rosarum copia, quarum ferax Pæstus ep. 38 l. 5. l. & 12. l. 31. ep.
g Coronis & sertis textis è rosis. vide quæ ad Senec. Agamem. v. 357.
h Vrbis vicus omnis.
i Habe tibi rosas, mitte nobis frumentum.

In Charidemum. LXXXI.

[a] IRatus tamquam populo, Charideme, lauaris:
Inguina sic toto subluis in solio.
[b] Nec caput hic vellem, sic te, Charideme, lauare;
Et caput ecce lauas : inguina malo laues.

a Tamquam volens eos polluere & conspurcare qui post te in eodem solio loturi sunt.
b Vide ep. 42 l. 2. argumenti æquè puri.

Ad Rufum. LXXXII.

[a] QVidam me modò, Rufe, diligenter
Inspectum, velut emptor, aut lanista,
Cùm vultu, digitoque subnotasset,
Túne es, túne, ait, ille Martialis,
Cuius [b] nequitias, iocosque nouit
Aurem qui modò non habet [c] seueram?
Subrisi modicè : leuique nutu
Me, quem dixerat esse, non negaui.
[d] Cur ergo, inquit, habes malas lacernas?
Respondi : quia sum malus poëta.
[e] Hoc ne sæpiùs accidat poëtæ,
Mittas, Rufe, mihi bonas lacernas.

a Tanquam empturus quis seruum, aut gladiatorem. mancipia autem venalia empturi diligenter inspiciebant, deuestiebant etiam & contrectabant.
b Epigrammata lasciua & iocosa.
c Alij leg. *Batauã*. i. rusticam, inelegantem, crassam. *vel* tristem & seueram. Duri enim prisci Bataui & rigidi. vide plura in Adag. *Auris Batana*. vbi lectionem *Batauam* admittit Erasmus, gratulatus suis conuicium hoc à Martiali profectum.
d *Ego poëta sum, &, vt spero, non humillimi spiritus, &c. Quare ergo, inquis, tam male vestitus es? Propter hoc ipsum. amor ingenij neminem vnquam diuitem fec.* Petronius.
e Ne sæpius cogar me malum fateri poëtam.

Ad Cæsarem Domitianum. LXXXIII.

[a] QVantum solicito fortuna parentis Etrusco;
Tantum, summe ducum, debet vterque tibi.
Nam tu missa tua reuocasti [b] fulmina dextra;
[c] Hos cuperem mores ignibus esse Iouis.
Si tua sit summo, Cæsar, natura tonanti,
Vtetur [d] toto fulmine rara manus.
Muneris hoc vtrumque tui testatur Etruscus,
[e] Esse quod & comiti contigit, & reduci.

a Quantum Etruscus in exilium sed non extra Italiam missus debet filio qui patrem in exilium accomitatus est, & cuius pietate & precibus Domitianus permotus eum reuocauit : tantum & pater & filius tibi O Cæsar. vide Papinij sylu. 3. & ep. 39. l. 7.
b Exilij decretum.
c Vt sint reuocabiles.
d Tota vi emisso. Heraldus legit *torto*.
e Supra nota 2.

De Philippo. LXXXIV.

a OCtaphoro b sanus portatur, Auite, Philippus:
Hunc tu c si sanum credis, Auite, furis.

a Lecticâ ab octo seruis gestatâ.
b Corpore.
c Animo. *quod ipse Non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes.* Pers. 3 sat. vlt. vers.

Flet mortem Rufi. LXXXV.

a EDitus est sextus sine te mihi, Rufe, Camœnis:
b Nec te lectorem sperat amice liber.
c Impia Cappadocum tellus, & d numine læuo
Visa tibi, cineres reddit, & ossa patri.
Funde tuo lacrymas, orbata Bononia, Rufo:
Et resonet tota planctus in e Æmilia.
Heu qualis pietas: heu quàm breuis occidit ætas!
f Viderat Alphei præmia quinque modò.
Pectore tu memori nostros euoluere lusus;
Tu solitus nostros, Rufe, tenere iocos.
Accipe cum fletu mœsti breue carmen amici,
g Atque hæc absentis thura fuisse puta.

a Te absente edidi hunc sextum lib. Musarum præsidio & auspicio. *vt alij.* in vico Camœnarum.
b Quia iam mortuum.
c Propter ingenia sua mala & seruilia. *vel* propter mortem tuam à pestilitate eius aëris.
d Auersante Deo. sidere non fausto.
e Ep. 4. l. 3. a.
f Quinque lustra, vel Olympiadas, quinque Olympica certamina ad Alpheum amnem celebrata. vide quæ ad v. 840. Herc. Fu. Senec.
g Vice thuris, quod ipse præsens rogo iniecissem, cape hoc carmen absentis. ep. 26. l. 10. b

In bibentes aquam. LXXXVI.

a SEtinum, b dominæque* niues, densique* trientes,
Quando ego vos, medico non prohibēte bibā?
c Stultus, & ingratus, nec tanto munere dignus,
Qui mauult heres diuitis esse Midæ.
d Possideat Libycas messes, Hermumque, Tagumque
Et potet calidam, qui mihi laudat aquam.

a Vinum nobile è Setia Campaniæ opp.
b Nobiles. vel quæ temperant calorem vini.
* Vide ep. 65. l. 5.
c Demens est & fortunæ ingratus, qui ex voto Midæ aureâ siti mauult perire, quàm delicata vina & nobilem decoctam bibere.
d Medicus vel alius quispiam. possideat quantum metit Africa, habeat auriferos amnes dum aquā bibat calidam: mihi vel pauperi liceat vinum bibere. *tanti mihi non sit opaci Omnis arena Tagi* &c. vt careā nobili vino niuibus diluto. vide ep. χιδζον ἑμοὶ νοσέοντι. 2. l. Anthol. c. 47.

Ad Cæsarem. LXXXVII.

DI tibi dent, & a tu Cæsar, quæcumque mereris:
Dî mihi dent, & tu, quæ volo, si merui.

a Qui tibi potes dare, nec opus habes ab alio quàm à Dijs & teipso quicquam expectare. ep. 33. l. 10.

Ad Cæcilianum. LXXXVIII.

MAne salutaui a vero te nomine casu:
Nec dixi dominum, Cæciliane, meum.
b Quanti libertas constet mihi tanta, requiris?
Centum quadrantes abstulit illa mihi.

a Mero tuo nomine, nec appellaui te dominum ceu patronum, ex more clientum salutantium.
b Vis scire quantuli me asseruerim in hanc libertatem vt domino carerem? mulctâ certè & iacturâ sportulæ.

De Panareto potore. LXXXIX.

CVm peteret seram media iam nocte matellam
[a] Arguto [b] madidus [a] pollice Panaretus:
[c] Spoletina data est, sed quam siccauerat ipse:
Nec fuerat soli tanta lagena satis.
[d] Ille fide summa testæ sua vina remensus
Reddidit œnophori pondera plena sui.
Miraris, quantum biberat, cepisse lagenam?
Desine mirari Rufe: merum biberat.

a Ep.81.l.3.&.119.l.14.
b Vino.
c Fictilis lagena, quam priùs vino Spoletino plenam exsiccarat. etiamsi capacior fuisset, exhausturus.
d Conuenit ratio accepti ac redditi, non auxit vinum adhibitâ ad diluendum aquâ. quod vel ex ratione redditæ ad iustam mensuram vrinæ iocatur poëta constare Panaretum bibisse merum.

De Gellia. XC.

MOechum Gellia non habet, nisi vnum.
Turpe est hoc magis, vxor est duorum.

Extenuabat culpam suam Gellia, quasi tolerabiliorem quod non nisi vnum haberet mœchum, vt ep.92.l.5. Redarguit eam poëta, æquè turpe esse *inquiens* vxori vnum habere mœchum, ac non nuptæ multos. esse quippe vxorem duorum, mariti sc. legitimi & adulteri. Si enim iuxta Senecam 3. Benef.16. c. adulterium vnius vocatur matrimonium, & vxor certè erit adulteri quæ illi dedit.

In Zoilum. XCI.

[a] SAncta ducis summi prohibet censura, vetatque
Mœchari [b] gaude Zoile, non futues.

a Vide 2.4.6.& 7. ep. supra.
b Zoilus enim erat sella-- vt ep.13.l.2.& 81.l.3. nota 7.

In Amianum. XCII.

CÆlatus tibi cùm sit, Amiane,
Serpens in patera [a] Myronis arte:
[b] Vaticana bibis: bibis venenum.

a Sculptoris nobilis. ep. 39.l.4. b.
b Pulchre conuenit serpenti expresso in poculo cùm vino Vaticano, quod omnium pessimum est, & (vt dixit ep.19.l.1.f.) sæuum toxicum.

De Thaide. XCIII.

TAm malè Thais olet, quàm non fullonis auari
[a] Testa vetus, media sed modò fracta via.
Non [b] ab amore recens hircus, non [c] ora leonis,
Non [d] detracta cani Transtiberina cutis.
[e] Pullus abortiuo nec cum putrescit in ouo,
Amphora corrupto nec vitiata [f] garo.
[g] Virus vt hoc alio fallax permutet odore,
Deposita quoties balnea veste petit:

a Qua vrinam (camelorum maximè teste Plinio l.28.c.8.) ad purgandarum vestium vsum excipiebant fullones. hæc autem dolia stabant in publico.
b Sic ep.4 l.4.
c Animæ leonis virus graue. Plin.11.l.53.c. vide Annot. prior. Baptistæ Pij.c.15.
d Vrbis pars trans Tiberim viliori plebeculæ colebatur, & in ea exercebantur sordida & fœtida opera, vt excoriationes, sulphurata &c. vide ep. 42. l.1.b. Iuuen. 14. Sat.v.203.
e Nec peius olet ouum putridum.
f Ex intestinis & tabe scombrorum confecto, sed corrupto.
g Graueolentiam vt lotura dissimulet. vide ep.88. l.1.

Psilotro

[h] Psilotro nitet, aut [i] acida latet oblita [k] creta :
Aut tegitur [l] pingui terque quaterque [l] faba.
Cùm bene se [m] tutam per fraudes mille putauit :
Omnia cùm fecit, [n] Thaida Thais olet.

h Ep.29.l.2. g.& 73.l.3. a. i Aceto maceratâ.ep.73. l. 3. f. k Cimoliâ, Chiâ ceu Samiâ, qua vtebantur fœminæ ad cutim emendandam. l Oleo, vnguento ceu farinâ fabarum quæ & faciem commendant. m A graueolentia & fœditate. n Impuram lupam & olidam capram.

De Calpetiano. XCIV.

Ponuntur semper [a] chrysendeta Calpetiano,
Siue foris, seu cùm cœnat in vrbe domi.
Sic etiam in [b] stabulo semper, sic cœnat in agro,
[c] Non habet ergo aliud : [d] non habet immo suum.

a Ep.43.l.2. b Diuersorio, πανδοχείῳ. c Itane lautus est vt gemmeis aureisque bibat ? d *Resp. poëta.* immo hæc non sunt ipsius, sed mutuò sumpta.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER. VII.

Ad loricam Domitiani. I.

[a] Accipe belligeræ [b] crudum thoraca Mineruæ,
[c] Ipsa [d] Medusææ quem timet ira deæ.
[e] Dum vacat hæc Cæsar, poterit lorica vocari :
[f] Pectore cùm sacro sederit, Ægis erit.
[g] Inuia Sarmaticis domini [h] lorica sagittis,
Et [i] Martis Getico tergore fida magis :
Quam vel ad [k] Aetolæ securam cuspidis ictus,
Texuit innumeri lubricus vnguis apri.
[m] Felix sorte tua es : [n] sacrum cui tangere pectus
Fas erit, & nostri mente calere [n] dei.
I [n] comes, [o] & magnos illæsa merere triumphos,
Palmatæque ducem, sed citò, redde togæ.

a Domitianus in expeditione quam suscepit aduersus Sarmatas ceu Dacos infra, l. videtur sibi fieri curasse loricam instar AEgidos Mineruæ quam peculiariter coluit & cuius se filium esse voluit. lorica autem hæc & Mineruæ ægida ex squammoso draconum corio contextam repræsentauit : vel Sarmaticum thoraca de quo infra nota, l. b Militaremne & crudum, vt volunt ? an respicit primos thoracas è crudis loris corioque confectos ? c An hunc thoraca timet ipsa Pallas ? an melior lectio ? *quo tumet ira deæ.* i. quo irata Pallas & pugnatura vtitur. Varro. d Cuius ope Perseus interfecit Medusam. *vel* quæ in ægide gestat Medusæ caput. e Quæ, quandiu non gestatur à Cæsare, p. l. v. ep. 179. l. 14. f Domitiani æquè Dei ac Mineruæ & Iouis quorum peculiaris AEgis. supra a. g Quæ sequuntur in aliud epigramma secernuntur à nonnullis. *Inuiam* autem dixit non penetrabilem. h Supra nota a. i Qui loricatus tergore colitur à Getis. vel qui è Getis oriundus est. k Ab AEtolis inuentæ lanceæ. *vel*, Meleagri AEtoli lanceæ impenetrabilem. l An lorica hæc squamis æneis aprinas vngulas imitantibus conserta fuit ? an ex veris vngulis ad imitationem Sarmatarum, qui (teste Pausania lib. 1.) ex vngulis collectis loricas instar draconum squammeas consuebant. m O lorica. n Domitiani. o Et Domitianum incolumem restitue vrbi triumphantem palmatâ indutum togâ. cui intexebantur victoriæ cum ramulis palmarum.

Ad

Ad Pontilianum. II.

Sic.l.5 ep.74.

CVr non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?
Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.

De Oppiano. III.

a Valetudinarius & morbo pallidus.ep.47.l 6.b.
b Vel hinc nomen pretiumque poetæ aucupatus quòd palleat.vt credatur studio crudus ac pallidus. *Decipit exemplar vitijs imitabile, quòd si Pallerem (?) studio, biberes exangue cuminum.* Horat.19.epist.1.l.

ESset, Castrice, cùm [a] mali coloris,
[b] Versus scribere cœpit Oppianus.

Ad Cæsarem Domitianum. IV.

a Gentis togatæ, Romanæ.
b Te O Domit.
c Quòd tuâ fruitur præsentiâ.
d Etsi magnam referres victoriam laureatis literis significatam, &c. vt ep.seq. lauream simul de Sarmatis Domitianus intulit Ioui Capitolino. e Hostis. f Vultu hostis & victoris. g Vultu specioso & augusto dei.

SI desiderium Cæsar, populique, patrumque
Respicis, & Latiæ gaudia vera [a] togæ,
Redde [b] deum votis poscentibus: [c] inuidet hosti
Roma suo, [d] veniat laurea multa licet.
Terrarum dominum propiùs videt [e] ille [f] tuoque
[f] Terretur vultu barbarus, & [g] fruitur.

De fama reditus Domitiani. V.

a A Sarmatis qui Septentrioni finitimi.
b Italas, ab Ausone Vlyssis & Calypsus fil.
b Autorem certum non habemus, fama tamen constans est, & famæ fidem habere lubet.
c Laureatæ literæ ad senatum missæ, victoriæ indices.
d Pila & hastæ militum victoriam testantur laureata.
e Vox triumphi solennis. *Ipse gerens laurus, lauro deuinctus agresti Miles Io magnâ voce triumphe canet.* Tibul.2.l.6.ep. f Tu ipse O Domit.

ECquid [a] hyperboreis ad nos conuersus ab oris
[b] Ausonias Cæsar iam parat ire vias?
[b] Certus abest auctor, sed vox hoc nunciat omnis.
Credo tibi, verum dicere, Fama, soles.
Publica [c] victrices testantur gaudia chartæ:
Martis [d] laurigera cuspide pila virent.
Rursus [e] iô magnos clamat tibi Roma triumphos,
Inuictusque tua, Cæsar, in vrbe sonas.
Sed iam lætitiæ quo sit fiducia maior,
Sarmaticæ laurus [f] nuncius ipse veni.

Ad Cæsarem Domitianum. VI.

a Quamuis te detineant à nobis bella in regionibus septentrionalibus.
b Insula ad primum Istri ostium.
c Cuius *vndas Frigore concretas vngula pulsat equi.* Ouid.3.Trist.el.10.
d Et Rheni accolæ Germani, Bataui, & Catti tribus expeditionibus victi. e Alludit ad fluuiorum cornua. AElian.c.33.l.2. Var.hist. f Rebellis & contumacis. g Animis tamen & votis te consequimur.

[a] HIberna quamuis Arctos, & rudis [b] Peuce,
Et [c] vngularum pulsibus calens Ister,
[d] Fractusque [e] cornu iam ter improbo Rhenus,
Teneat domantem regna [f] perfidæ gentis,
Te summe mundi rector, te parens orbis:
[g] Abesse nostris non tamen potes votis.

Illic

Illic & oculis & animis sumus, Cæsar,
Adeoque mentes omnium tenes vnus,
[h] Vt ipsa magni turba nesciat Circi
Vtrumne currat [i] Passerinus, an [i] Tigris.

h Vt mentes nostræ quondam Circensibus ludis attentæ, iam tibi peregrinatæ nesciant quid in circo agatur. i Equus. habet enim tabula equorum Circensium, apud Onuphrium, nomen Passarini equi Circensis.

De reditu Domitiani VII.

[a] NVnc hilares, si quando mihi, nunc ludite Musæ:
Victor ab [b] Othrysio redditur orbe deus.
[c] Certa facis populi tu primus vota, December:
Iam licet ingenti dicere voce, Venit.
Felix [d] sorte tua, poteras non cedere Iano,
Gaudia si nobis, quæ dabit ille, dares,
[e] Festa coronatus ludet conuicia miles,
Inter [f] laurigeros cùm comes ibit equos.
Fas audire [g] iocos, leuioraque carmina, Cæsar,
Sit tibi: si lusus ipse triumphus amat.

a Si vnquam aliàs carminibus lusi, nunc poscit tempus vt læta canam.
b Septentrionali, vbi Othryæ Thraciæ vrbs versus Euxinum.
c Mense tandem Decembri certum accepimus nuncium de Cæsaris reditu.
d Eo quod nuncius es reditus Domitiani, quòd si eodem mense vrbem ingressurus esset Cæsar, nec ipsi Ianuario cederet December.
e Vide ep 5. lib. 1. b. f In triumphis & ipsi equi laureati incedebant. g Mea hæc iocola epigr.

De Casselio. VIII.

CVm sexaginta numeret Casselius annos,
Ingeniosus homo est: [h] quando disertus erit?

h Disertus sc. futurus post ducentos annos, & acturus causas apud inferos, in quo tandem sexagenario ingenium ad doctrinam futuram elucere incipit.

In Olum. IX.

PEdicatur Oros, fellat Linus, Ole quid ad te?
De cute quid faciat ille, vel [a] illa sua?
Centenis futuit Matho millibus, Ole quid ad te?
Non tu propterea, sed Matho pauper erit.
[b] In lucem cœnat Sertorius, Ole quid ad te?
Cùm liceat tota stertere nocte tibi.
Septingenta Tito debet Lupus, Ole quid ad te?
Assem ne dederis, crediderisue Lupo.
Illud dissimulas, ad te quod pertinet, Ole:
Quodque magis curæ conuenit esse tuæ.
Pro togula debes: hoc ad te pertinet Ole.
Quadrantem nemo iam tibi credet: & hoc,
Vxor mœcha tibi est: hoc ad te pertinet, Ole.
Poscit iam dotem filia grandis: & hoc.
Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te:
[c] Sed quid agas, ad me pertinet, Ole, nihil.

a Al. *ille.*
b Pernox in comessationibus, compotationes in lucem protrahit. sic ep. 29. l. 1.
c Sed neque ego in aliena rep. curiosus, neque tu aut tua tanti.

Ad Pudentem. X.

COgis me calamo, manuque nostra
Emendare meos, Pudens, libellos.
O quàm me nimium probas, amasque,
d Qui vis archetypas habere nugas?

d Qui vel in nugis, qualia sunt mea carmina, primogenias probas ab ipso autore exaratas vel emendatas.

Ad Faustinum. XI.

SIc me fronte legat a dominus, Faustine, serena,
Excipiatque meos b qua solet aure iocos:
Vt mea nec iustè quos odit, pagina lædit,
Et c mihi de nullo fama rubore placet.
Quid prodest, * cupiant cùm quidam nostra videri,
Si qua d Lycambeo sanguine tela madent?
*Vipereumque vomant nostro sub nomine virus,
e Qui Phœbi radios ferre, diemque negant?
Ludimus innocuis verbis: hoc iuro potentis
Per f genium famæ, g Castalidumque gregem:
Perque tuas aures magni mihi numinis instar,
Lector, inhumana liber ab inuidia,

e Non ausi nomen suum prodere. f Ep.60.l.6. g Musarum chorum.

a Domitianus, quem maxime lectorem velim.
b Benigna.
c Non famam capto ex alienâ infamiâ epist. 1. lib. f. vbi *rubet auditor cui frigida mens est.*
* Clancularius aliquis poëta famosa quædam & virulenta carmina sub personâ Martialis ediderat. ep.3.& 33.l.10.
d Mordaci & rabido Iambo, quali armatus Archilochus Lycamben socerum, quod sponsam sibi negasset filiam, ad suspendium adegit.

De Lycoride. XII.

DVm Tiburtinis albescere collibus audit
Antiqui dentis fusca Lycoris ebur,
Venit in Herculeos colles: quid Tiburis alti
Aura valet? paruo tempore nigra redit.

Vide consonam huic ep. 62.l.4.

—— *De sua puella.* XIII.

ACcidit infandum nostræ a scelus, Aule, puellæ:
Amisit lusus, deliciasque suas:
Non quales teneri b plorauit amica Catulli
* Lesbia nequitijs passeris orba sui,
* Vel Stellæ cantata meo, quam fleuit, Hiantis,
Cuius in c Elysio nigra columba volat.
Lux mea non capitur nugis, nec amoribus istis,
Nec dominæ pectus talia damna mouent.
Bis denos puerum numerantem perdidit annos,
Mentula cui nondum sesquipedalis erat.

a Parcarum sc. malarum. vt ep. 62. l. 6.
b Ep.2. & 3. Catulli.
* Vide & ep.8.l.1.
c Poëticè. omnium enim rerum vmbras apud inferos volunt esse.

Ad Arginum puerum. XIV.

QVis a puer hic nitidis b absistit Hiantidos c vndis,
Et fugit ad* dominam Naiada? numquid d Hylas?

* cuius Nympham dixerat esse Hiantida, ep.47.l.b. d l.6.ep.68.f.

a Arginus sc.
b Qui abstinet, qui refugit. Alij *adsistit.*
c Fonte in ædibus Stellæ. & 49. ep. l.5. d.

O

e O bene, quòd sylua colitur Tirynthius ista,
Et quòd amatrices tam propè seruat aquas!
f Securus licet hos fontes, Argine, ministres:
Nil faciunt nymphæ: ne velit ipse, caue.

e O bene tibi est quòd proximo nemore cultus Hercules tibi præsidio est & tutela, ne rapiaris à Nymphis te amantibus. ep.49 infra.

f Sine metu potes ex hoc fonte haurire aquam quam ministres. Riantis nympha huius fontis non rapiet te, vt Hylam quondam nymphæ fl. Ascanij. caue tibi ab ipso Stella.

¶ Ad Regulum. XV.

AEra domi non sunt. superest hoc, Regule, tantùm,
Vt tua vendamus munera: numquid emis?

Callida emendicatio. Dum inopiæ suæ vnicum remedium dicit esse venditionem munerum sibi à Regulo missorum. quæ norat dominum non redempturum, donaturum potius pretium ipsorum.

Ad bibliothecam Iulij Martialis. XVI.

a RVris bibliotheca delicati,
b Vicinam videt vnde lector vrbem,
Inter carmina sanctiora si quis
c Lasciuæ fuerit locus c Thaliæ,
Hos d nido licet inseras vel imo,
Septem quos tibi misimus libellos:
Auctoris calamo sui notatos:
e Hæc illis pretium facit litura.
At f tu munere dedicata paruo,
Quæ cantaberis orbe g nota toto;
Pignus pectoris hoc mei tuere
Iuli bibliotheca Martialis.

a Ruris suburbani Iulij Martialis, quod descripsit ep.64. l.4.
b Sic ep. 64. l. 4.e.
c Meis his carminibus iocosis floridæ & conuiuijs aptæ musæ Θαλείας fœtibus. vt ep. 8. l.4.m.
d Ep. 118. l.1.h.
e Quòd autoris autographi sunt, & quos ep. 10. supra dixit archetypos.
f Cui consecro & dono hos libellos meos.
g Carmine meo.

In Gallam. XVII.

CVm tibi sit facies, de qua nec fœmina possit
a Dicere, cùm corpus nulla b litura notet:
Cùm te tam rarus cupiat, repetatque fututor,
Miraris: vitium est non leue, Galla tibi.
Accessi quoties ad opus, mistisque mouemur
Inguinibus: cunnus non tacet, ipsa taces.
Di facerent vt tu loquereris, & ipse taceret:
Offendor cunni garrulitate tui.
Pedere te mallem: namque hoc nec inutile dicit
Symmachus, & risum res mouet ista simul.
Quis ridere potest c fatui poppysmata cunni:
Cùm sonat hic, cui non mentula mensque cadit?
Dic aliquid saltem, clamosoque obstrepe cunno:
Et si adeò muta es, disce vel inde loqui.

a Se talem habere. i. tibi contendere, tibi se æquiparare, præferre saltem non ausit.
b Menda, næuus. *vel* lomentum quo rugas condunt linuntque. ep.42. l.3.
c Vide ep.71. l.3.e.

De fragmento Argus. XVIII.

a FRagmentum, quod vile putas, & inutile lignum,
Hæc fuit [b] ignoti prima carina maris.
Quam nec [c] Cyaneæ quondam potuere ruinæ
Frangere, nec Scythici tristior [d] vnda freti,
[e] Secula vicerunt: sed quamuis cesserit annis,
[f] Sanctior est salua parua tabella rate.

a Quod Romæ extabat tempore Martialis, vt videtur.
b Non prius tentati mortalibus. *nullaque mortales præter sua litora norant.* Argonautas primùm tentasse mare volunt poetæ.
c Duæ insulæ in Ponti Euxini ostio, quæ & Symplegades, quas transmisere Argonautæ non sine periculo. vide quæ ad vers. 1210. Herc. Fu. & v. 341. Medeæ Senecæ notarim. d Al. *ira.*
e Fluctus, scopulos, syrtes præteruectam & superantem vicit tandem ætas. f Fragmentum hoc religione & antiquitatis veneratione vel ipsam integram vel alias quasuis naues superat.

In Sanctram. XIX.

NIhil est [a] miserius, nec [b] gulosius Sanctra.
[c] Rectam vocatus cùm recurrit ad cœnam,
Quam tot diebus, noctibusque captauit:
Ter poscit apri [d] glandulas, quater lumbum,
Et vtramque coxam leporis, & duos armos:
Nec erubescit [e] peierare de turdo;
Et [f] ostreorum rapere liuidos cirros.
Dulci placenta [g] sordidam linit mappam.
Illic & vuæ collocantur [h] ollares,
Et [i] punicorum pauca grana malorum,
Et [k] excauatæ pellis indecens [l] vuluæ,
Et [m] lippa ficus, * debilisque boletus.
Sed mappa cùm iam mille rumpitur furtis,
Rosos tepenti [n] spondylos sinu condit:
[o] Indeuorato capite turturem truncum,
Colligere [p] longa turpe nec pudet dextra
[q] Analecta, quidquid & canes reliquerunt.
[r] Nec esculenta sufficit gulæ præda,
[f] Misto lagenam replet ad pedes vino.
Hæc per [t] ducentas cùm domum tulit scalas,
Seque obserata clausit anxius cella,
Gulosus ille, postero die [u] vendit.

a Tùm labore & officiis quibus cœnam captauit: tùm maximè auaritiâ, qui analecta vendidit.
b Rapacius, qui tantum suffuratus est.
c In qua accumbit.
d Ep. 81. l. 3. r.
e Iurare sibi turdum non appositum, cum plures appositos subduxisset.
f Citros ostreorum Raderus opinatur dici purpureos crines qui fibras ostreorum ambeunt, cùm verò ostrea propriè cirris careant, cum Brodæo l. 9. Misc. c. 29. sentio per ostrea intelligi ostracoderma: vtpote locustas, squillas, cancros, astacos.
g Dum mappæ inuoluit placentam subdictam. vel simpliciter, sordidam.
h Quæ in olla seruabantur. Platina. l. 2. & Plin. l. 5. c. 17. Columell. c. 43. l. 12.
i Granatorum mal.
k Exesis carnibus.
l Eiectitiæ. vide ep. 56. l. 13. & Apitij l. 7. c. 1. m E qua lacteus fluit humor. * Non optimi. n Vertebrasne animalium? an pisces, cum Macrobio & Seneca, qui vulgo *schinoli*? an falli: menta, cum Athenæo? o Al. *Et deuorato capite, turturem.* quod placet, cum omnia velit extenuare. p Porrectâ. q Quæ sub mensam cadebant vel proiiciebantur, erantque ministris relegenda. r Nec cibos tantum rapit. f Aqua temperato, quod serui ad pedes biberent. t Multas scalas, vt ep. 118. l. 1. vel per multas ædes. u ἀπεργοδο-κήτως, expectabatur vt rapax & gulosus Sanctra voraret ista: ille verò auarus & miser vendidit.

De natali Lucani. XX.

HÆc est illa dies, quæ [a] magni conscia [a] partus,
Lucanum populis, & tibi [b] Polla dedit.
Heu Nero crudelis, [c] nullaque inuisior vmbra:
Debuit hoc saltem [d] non licuisse tibi.

a Lucani, nobilis poëtæ.
b Polla Argentaria vxor Lucani.
c Nullius cæde inuisior quam Lucani. sic de Cicerone ep. 70. l. 5. c.
d Respexit id, quod multis à se occisis dixit Nero, *Nescisse hactenus Cæsarem, quantum Imperatori liceret.*

De eodem. XXI.

[a] VAtis Apollinei magno [b] memorabilis ortu
Lux redit: Aönidum [c] turba fauete sacris.
[d] Hæc meruit, cùm te terris Lucane dedisset,
Mixtus Castaliæ Bætis vt esset aquæ.

a Lucani, poëtæ sub Apollinis præsidio.
b Clarus & celebrandus natalis.
c Al. *turma* vide Ian. Gulielm. in Pseudolum Plauti quæst. c. 6.
d Hæc dies vel propter te O Lucane editum meruit, vt Bætis patrius Lucani fluuius numeraretur inter fontes Musarum.

De eodem, ad Phœbum. XXII.

PHœbe veni; sed quantus eras, cùm bella canenti
Ipse dares Latiæ plectra secunda lyræ.
Quid tanta pro luce precer? tu Polla maritum
Sæpe colas, & se sentiat ipse coli.

a Ad sacra hæc quibus celebramus natalem Lucani, cui tu ipse dedisti secundam carminis epici à Virgilio gloriam.
b Diu viuas vt quotannis colas hunc mariti tui natalem

In Maledicum. XXIII.

[a] CVm Iuuenale meo quæ me committere tentas,
Quid non audebis perfida lingua loqui?
Te fingente nefas, * Pyladen odisset Orestes:
* Thesea Pirithoï destituisset amor.
Tu [b] Siculos fratres, & maius nomen * Atridas,
Et [c] Ledæ poteras dissociare [c] genus.
Hoc tibi pro meritis, & talibus imprecor ausis,
[d] Vt facias illud, quod, puto, lingua facit.

a Quæ tentas contentionis & dissidij semina serere inter me & Iuuenalem meum, egregium illum procul dubio Satyrographum. vide Lips. 20. epist. quæst. lib. 1.
* Vel pueris nota hæc amicorum paria.
b Amphinomum & Anapiam Catanâ Siciliæ oppido oriundos, fratres inuicem charos, erga parentem pios. de quibus Seneca 3. de Benef. 17. c. Strabo. l. 6. Plutarch. orat. ad Apollonium, Silius, &c.
c Castorem & Pollucem.
d *Hæreat inguinibus semper tam noxia lingua, &c.* ep. 61. l. 2.

❡ *In malum poëtam.* XXIV.

DVlcia cùm tantùm scribas epigrammata semper,
Et [a] cerussata candidiora cute:
Nullaque mica [b] salis, nec amari [c] fellis in illis
Gutta sit; ô demens, vis tamen illa legi!
[d] Nec cibus ipse iuuat morsu fraudatus aceti:

a Cerussâ expolitâ.
b Ingenij, argutiæ, vrbanitatis.
c Amarulentiæ, acerbitatis.
d Vt acida irritant stomachum; ita acriter dicta inuitant lectorem.

e Nec grata est facies, cui gelasinus abest.
f Infanti melimela dato fatuasque mariscas:
Nam mihi, g quæ nouit pungere, Chia sapit.

e Qualem ori gratiam addunt rugæ illæ inter ridendum contractæ: ta'e epigrammati decus addunt quæ risum mouent. *Vel*, Vt minus grata est facies cui ridenti deest dens Gelasinus: ita & epigrammati perit venustas, si absit mordacitas. f Infantibus mellita ceu mustea poma dato & propter dulcedinem insipidas ficus. q.d. Insulsis placeant epigrammata dulcia & nec ingenio nec acerbitate condita: mihi placet epigramma salsum, acre, mordax & piperatum. g Ficus Chia quæ salem & vinum sapit. ep. 23. l. 13.

Scazonta mittit ad Apollinarem. XXV.

a APollinarem conueni meum, b Scazon,
c Et si vacabit, ne molestus accedas,
Hoc qualecumque, d cuius aliqua pars ipse est,
Dabis: hoc facetum carmen imbuant aures.
Si te receptum fronte videris e tota,
Noto rogabis vt fauore sustentet.
Quanto mearum scis amore nugarum
Flagret: nec ipse plus amare te possum.
Contra malignos esse si cupis tutus,
Apollinarem conueni meum, Scazon.

a Ad eundem. ep. 87. l. 4.
b Ep. 97. l.*
c Sed captato opportuno tempore.
d Limam adhibens, emendans, interpolans partem habet in hoc qualicunque opere.
e Plane lætâ & benignâ.

*De Apro à * se occiso.* XXVI.

a TVscæ glandis aper populator, & b ilice multa
Iam piger, c Ætolæ fama secunda feræ,
Quem meus intrauit splendenti d cuspide e culter,
Præda iaces nostris f inuidiosa focis.
Pinguescant g madidi læto nidore Penates,
Flagret & exciso festa culina h iugo.
i Sed coquus ingentem piperis consumet aceruum,
Addet & k arcano mista Falerna garo.
Ad dominum redeas: noster te non capit ignis
l Conturbator aper. m vilius esurio.

* Al. *Dextro.* vide notam e. infra.
a Glande pastæ in agro Tuscano.
b Saginâ & pinguedine à glande.
c Magnitudine proxime apro illi quem irata Diana in AEtolorum agros immisit. lib. spect. 15.
d Venabulo.
e Al. *Dexter.* ab alio enim occisum & poëtæ missum arguit supremum distichon. vide notam h.
f Opima, cui vel inuideri possit vtpote maiori quàm mea ferat conditio. g Qui iuxta focum, vel ædes. *Metonymicè.* h Syluâ, *Hyperbolicè vel* lignis *Synecdochicè* e montis iugo. i Sed impensa condiendi superabit facultates meas. satius itaque est vt remittam Dextro, nisi forte & ille mihi hos sumptus suppeditet. k Interiori melioríque garo, quod admisto Falerno dicebatur œnogarum. vide ep. 93. l. 6. f. & l. 13. ep. 82. & 102. l In quo condiendo conturbabuntur rationes meæ, & decoquentur opes. m Minoris constat fames mea, viliori cibo contenta est.

Ad Fuscum. XXVII.

a SIc Tiburtinæ crescat tibi sylua b Dianæ,
Et properet cæsum sæpe redire nemus.

a Sic tibi omnia feliciter cedant, precor, sic sylua, quam Tibure habes, cæsa reuirescat. b Nemorum præsidis ac deæ.

Nec

[c]Nec Tartessiacis [d] Pallas tua, [e] Fusce, [f] trapetis
Cedat, & [g] immodici dent bona musta [g] lacus,
Sic fora mirentur, sic [h] te Pallatia laudent,
Excolat & geminas plurima [i] palma fores:
[k] Otia dum medius præstat tibi parua December,
Excipe, sed [l] certa quos legis aure [m] iocos.
[n] Scire licet verum, res est hæc ardua: sed tu
Quod tibi vis dici, dicere, Fusce, potes.

c Nec olinetum tuum fertilitate olearum aut oliuæ copiâ cedat Hispanis oliuis. Tartessius Straboni fluuius est, qui alijs Bœtis. vnde Bœtica Hisp.
d Olei inuentrix, quæ, reliquis Dijs steriles ad speciem eligentibus arbores, oleam cùm formâ tùm fructu insignem sumpsit.

e Videtur hic esse, ad quem Plin. Sec. epist. 9. l.7. f Prelis olearijs sic Papin. 2. Sylu. in Genethliaco Lucani: *Quæ Tritonide fertiles Athenas Unctis Bœtica prouocas trapetis.* g Pleni, immo redundantes musto lacus qui excipiunt vinum trapetis expressum. ep. 44 l.4.b. h Agentem causas. i Palma affigebatur ianuis caussidicorum qui in caussis vicissent. quam Ausonius vocat *palmam forensem*, vide Sat. 7. Iuuen. vers. 117. & quæ nos ibi. k A caussis & foro, Iustitium in his Saturnalibus. l Criticâ & censoriâ. m Epigr. hæc mea. n Al. *Scire libet verum? res est hæc ardua.* ex persona Fusci verum pronunciare subtimentis, ne odium pariat. respondet poeta: *sed tu mihi dic, quod tibi in pari re dici velles, &c.* vide epist. lib. 12. & Horatij epist. ad Pisones sub fine. vide ep. 76. l.8.

Ad Testilum puerum. XXVIII.

TEstile Victoris [a] tormentum [a] dulce Voconî,
Quo nemo est toto notior orbe puer:
Sic etiam [b] positis formosus amere [b] capillis,
Et [c] placeat vati nulla puella tuo:
Paullisper domini doctos sepone libellos,
Carmina Victori dum lego pauca tuo:
[d] Et Mæcenati Maro cùm cantaret Alexim,
Nota tamen Marsi fusca [e] Melænis erat.

a Deliciæ & amor, qui risus lugubris, dolor suauis, timor generosus, mors viua, &c.
b Vide ep. 32. l.1.b.
c Præ te.
d Etsi capiebatur maximè Mæcenas eclogâ quam scripserat Virg. de formoso Alexi quem ardebat: non tamen dedignatus est & carmen quod Marsus inferior poeta scripserat de fusca Melænide. ita nec Victor mea hæc aspernabitur, &c. e A μέλαινα.

—*In Cæliam.* XXIX.

[a] DAs Cattis, das Germanis, das Cælia Dacis:
Nec Cilicum spernis, Cappadocumque toros:
Et tibi de [b] Pharia Memphiticus [b] vrbe fututor,
Nauigat à rubris & niger Indus aquis:
Nec [d] recutitorum fugis inguina Iudæorum,
Nec te [e] Sarmatico transit Alanus equo.
Qua ratione facis, cùm sis Romana puella.
Quòd Romana tibi mentula nulla placet?

a Tui copiam.
b Memphi ep. 1. lib. spectac. b.
c A mari Erythræo. vide quæ adnotârim ad 370. vers. Thyest. Senec.
d Quibus circumcisis succrescit cutis.
e Namque Alanos Scythiæ, pop. in Sarmatia Europæa ponunt Plin. & Ptolom.

Ad Regulum. XXX.

[a] RAucæ [b] cortis [c] aues, & oua [d] matrum,
Et [e] flauas medio vapore Chias,

a Ab auium domesticarum rauco cantu.
b Pluribus tectis siue muris septæ, instar mapalij. Festus. a court or barton. c Gallinæ, anseres, anates, columbæ, &c. d Gallinarum, anatum. e Moderato calore siccatas ficus Chias. supra 24. g. & 13. l. 23. ep.

Et [f] fœtum [g] querulæ rudem capellæ,
[h] Nec iam frigoribus pares oliuas,
Et canum gelidis olus pruinis
De nostro tibi rure missa credis?
O [i] quàm, Regule, diligenter erras!
Nil nostri nisi me, ferunt agelli.
Quidquid villicus Vmber, aut colonus,
Aut Tusci tibi, Tusculi-ve mittunt,
Aut [k] rus marmore tertio notatum;
[l] Id tota mihi nascitur Subura.

f Hœdum.
g De fœtu abrepto quiritantis.
h Gelatas & corrugatas frigore, cui non sunt ferendo.
i Quam deditâ operâ erras, & dissimulas te nescire sterilitatem agelli mei.
k Suburbanum tuum, ad tertium ab vrbe lapidem.
l Id ego emo in foro olitorio in vrbe, quod tamen in Subura non erat de Subura, vide ep. 35. l. 1. e. vide ep. 57. l. 3.

Ad Atticum. XXXI.

ATtice, [a] facundæ renouas qui nomina gentis,
[b] Nec sinis ingentem conticuisse domum:
[c] Te pia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ,
[d] Te secreta quies, te * sophos omnis amat.
[e] At iuuenes alios fracta colit aure magister,
[f] Et rapit immeritas sordibus vnctor opes.
Non *pila, non * follis, non te * paganica [g] thermis
Præparat, aut nudi [h] stipitis ictus [i] hebes:
[k] Vara nec iniecto [l] ceromate brachia tendis:
Non * harpasta vagus puluerulenta rapis:
Sed curris niueas tantùm prope [m] Virginis vndas,
Aut [n] vbi Sidonio taurus amore calet.
Per varias arteis, omnis quibus area seruit,
[o] Ludere cùm liceat, currere pigritia est.

a Qui doctissimi ac disertissimi viri T. Pomponij mores & doctrinam exprimis.
b Nec degener pateris vt conticescat familiæ tuæ & ortus gloria.
c Tu habes semper comitatum Græcorum philosophorum.
d Secessus ab ambitu, magistratu & turbâ.
* Sapiens.
e At alij iuuenes vacant pugillatui, quem docet Gymnastes, cuius aures, vt & aliorum athletarum contusæ plerunque sunt à plagis concertatorum. vide Turnebum 24. l. 28. c. & Mercurialem lib. 5. de re gymnast. 6. c. f Et aliptes non necessario vngendi ministerio præstito emungit iuuenum marsupia. * Vide ep. 19. l. 4.* g Ante cœnam lauabant prisci, ante lauationem corpus exercebant. h Exercitatio ad palum, contra quem in terra defixum tanquam aduersarium tirones se exercebant. vide quæ nos ad 248. vers. 6. sat. Iuuen. vide & Vegetium, Stewechium, Mercurialem & Lips. i A sudibus vel rudibus, ligneis gladijs & clauis. k Nec luctâ obtorques brachia & lacertos quasi varos sic Lud. Carion. emendat l. 2. c. 9. alij leg. *Rara*. illa lectio melior. l Ep. 57. l. 3. not. 4. m Ep. 21. l. 5. f. n Ad porticum Europæ ep. 14. l. 2. b. o Expeditior atque huic loco vbi Attici exercitationem alijs præponere vult, nec minus menti Senecæ epist. 15. conuenientior est hæc interpunctio: *Ludere, cum liceat currere, pigritia est.*

In Cinnam. XXXII.

SOrdidior cœno cùm sit toga, calceus autem
[a] Candidior prima sit tibi, Cinna, niue;
Deiecto quid inepte pedes perfundis amictu?
[b] Collige Cinna togam, calceus ecce perit.

a Calcei albi Romanis elegantioribus in vsu.
b Tolle, ne inquinet album calceum, cui malè conuenit cum sordida toga.

Ad Seuerum. XXXIII.

QVo possit fieri modo, Seuere,
Vt vir pessimus omnium Charinus
Vnam rem bene fecerit, requiris?
Dicam, sed citò : [a] quid Nerone peius?
Quid Thermis melius Neronianis?
[b] Non deest protinus ecce de malignis,
Qui sic rancidulo loquatur ore,
Vt quid tu domini, deique nostri
Præfers muneribus Neronianas?
Thermas præfero balneis cinædi.

a Vt Nero pessimus extruxit optimas thermas, ita cinædus hic Charinus balneas excitauit nobiles.
b Quod si quis malignus mihi hic obtrectat, perinde ac si præferam Neronis thermas aut Charini balnea publicis Domitiani ædificijs : respondeo me id non facere, sed conferre tantùm inter se Neronis & Charini opera.

In Matronam. XXXIV.

INguina succinctus nigra tibi seruus aluta
Stat, quoties calidis tota foueris aquis.
Sed meus, vt de te taceam, Lecania, seruus
Iudæum nulla sub cute pondus habet.
Sed nudi tecum iuuenesque senesque lauamur,
An sola est serui mentula vera tui?
Ecquid fœmineos sequeris matrona recessus?
Secretusque tua cunne lauaris aqua?

Tibi in publicis balneis lauanti promiscuè, vbi nemo nostrûm, non ipse quidem circumcisus Iudæus tegit verenda, ad stat seruus tuus subligaculo tectus & fibulâ ligatus : perinde quasi nos cæteri non essemus viri & tu priuatim lauares ep.75.l.11. Fœdissimum hunc morem virorum promiscuè cum fœminis lauandi sustulit Traianus. Xiphilin. in Adriano. & Spartianus.

Ad Stellam. XXXV.

[a] CVm pluuias, madidumq; Iouem perferre negaret,
Et rudis hibernis villa nataret aquis,
Plurima quæ posset subitos [b] effundere nimbos,
Muneribus venit tegula missa tuis.
Horridus ecce sonat boreæ stridore December :
Stella tegis villam, non tegis agricolam.

a Cum perplueret villa, misisti mihi tegulas, ecce horreo frigore, cur non mittis mihi togam?
b Melius alij, *defendere* i. arcere. vide Iani Gulielm. Verisimil.l.3.c.25.

¶ *Ad Castricum, de theta.* XXXVI.

[a] NOsti mortiferum quæstoris Castrice, signum,
Est operæ pretium discere theta nouum.
Exprimeret quoties rorantem frigore nasum,
Lethalem iuguli iusserat esse notam :
Turpis ab inuiso pendebat [b] stiria naso,
Cùm flaret madida fauce December atrox.
Collegæ tenuere manus : quid plura, requiris?
Emungi misero, Castrice, non licuit.

a Alij leg *Nostri*. alij *Nosti mort. quæst. Cast. signum?* Sensus est. Pro veteri illa condemnationis & mortis θανάτου litera, Quæstor noster nouam habet notam, emuncto sc. naso dat carnifici signum occidendi hominis. huic aliquando opus erat distillantem nasum emungere, manum naso admoturum impedierunt quæstores collegæ ipsius quasi daturum hinc cædis signum. Iocatur poeta miserè cum illo agi, cui modò alios populariter occidenti, iam non liceat suum nasum abstergere. b [illegible], stilla gelata, *gutta congelati nasi*. ep.99.l.11.

De

De Polyphemo XXXVII.

a Polyphemus iste & Scylla fueruntne serui Seueri, an forte statuæ adeo immanes & ingentes, vt vel Siculo illi Cyclopi & marino monstro possent esse terrori?

a TAntus es, & talis nostri Polypheme Seueri:
Vt te mirari possit & ipse Cyclops.
b Sed nec Scylla minus. c quod si fera mõstra duorum
Iunxeris, alterius fiet vterque timor.

b Sed nec ipsa Scylla possit minus mirari tuam Scyllam, alij leg. minor. c Immo & sibi inuicem terriculamento esse possint. vnde videtur illos fuisse seruos deformes.

De Cælio. XXXVIII.

a Officiosas clientis discursitationes in salutandis patronis superbis.
b Diuitum.

a DIscursus varios, a vagumque mâne,
Et fastus, & aue b potentiorum,
Cùm perferre, patique iam negaret,
Cœpit fingere Cælius podagram.
Quam dum vult nimis approbare veram,
Et sanas linit, obligatque plantas,
Inceditque gradu laborioso,
(c Quantum cura potest, & ars doloris!)
d Desît fingere Cælius podagram.

c Ironicè, vt l. 5 ep. 22. b.
d Veram enim habet podag.

Epitaphium patris Etrusci. XXXIX.

a Etruscus. vide ep. 83. l. 6.
b Forti animo.
c Claudiumne & Neronem Impp. in Diuos relatos? non credo. Domitiani potius Domini ac Dei gratiam & iram. dicto ep. 83. l. 6. Domit. iratum & placatum.
d Geminorum. qui eodem cum matre, quæ flore ætatis extincta est, sepulchro patrem condiderunt.

HIc iacet a ille senex, Augusta notus in aula,
Pectore b non humili passus c vtrumque deum:
d Natorum pietas sanctis quem coniugis vmbris
Miscuit: Elysium possidet vmbra nemus.
Occidit illa prior viridi fraudata iuuenta:
Hic propè e ter senas vidit Olympiadas.
f Sed festinatis raptum te credidit annis.
Adspexit lacrymas quisquis, Etrusce, tuas.

e Nonaginta annos, si poëticè Olympiada pro lustro sumamus. f Quem iam nonagenarium fato maturo defunctum defleuit pius filius perinde ac immaturo fato præreptum.

Ad Sempronium Tuccam. XL.

Mundanusne Socraticus? an ornatus, nitidus, ceu comis? an forte vnguentis delibutus? namque & hæc omnia media & ἀδιάφορα sunt.

COsmicos esse tibi Semproni Tucca videris:
Cosmica Semproni tam mala, quàm bona sunt.

Ad Castricum. XLI.

a Cum æquè nobilis sis poëta, ac munificus diues.
b Ego.
c Opibus & carminibus.

a MVneribus cupiat si quis contendere tecum,
Audeat hic etiam, Castrice, carminibus.
b Nos tenues in c vtroque sumus, vincique parati:
Inde sopor nobis, & placet alta quies.

Tam

Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quæris?
c Alcinoo nullum poma dedisse putas?

c Vt Phæacum illi regi cui suppetebant poma nobilissima, aliquis forte muneri obtulit minus nobilia: ita ego tibi mala mea carmina.

In Cinnam. XLII.

PRimum est, vt præstes, si quid te, Cinna, rogabo:
Illud deinde sequens, a vt citò, Cinna, neges:
Diligo præstantem: non odi, Cinna, negantem,
Sed tu nec præstas; nec citò Cinna, negas.

a Vide ep. 20. & 30. lib. 6.

Ad Ouidium. XLIII.

a MAximus ille tuus, Ouidi, Cæsonius hic est,
Cuius adhuc vultum viuida cera tenet.
Hunc Nero damnauit: b sed tu damnare Neronem
Ausus es, & profugi, non tua, fata sequi.
Æquora per Scyllæ magnus comes exsulis isti:
Qui modò nolueras consulis ire comes.
c Si victura meis mandantur nomina chartis,
Et fas est cineri me superesse meo:
Audiet hæc præsens, venturaque turba; fuisse
Illi te, Senecæ quod fuit ille suo.

a Hæc est effigies in cerâ ad viuum expressa Max. Cæsonij, quem à Nerone damnatum in coniuratione Pisonianâ *Tacit. 15. Annal.* Tu Ouidi in exilium comitatus es per mare Siculum in Siciliam vel Africam cui modò præfuerat. proconsuli te comitem negabas, exuli offerebas.
b Iniquum fuisse Neronis iudicium arguebas, sponte exulem eius sequutus. c Si vitale fuerit hoc carmen meum, sciènt inde præsentes & posteri, Ouidium id præstitisse Cæsonio, quod Cæsonius prius Annæo Senecæ à Claudio in Corsicam relegato.

Ad eundem. XLIV.

a FAcundi Senecæ potens amicus,
b Caro proximus, aut prior b Sereno,
Hic est Maximus ille, c quem frequenti
Felix litera pagina salutat:
Hunc tu per Siculas secutus vndas,
O nullis Ouidi tacende linguis,
Spreuisti d domini furentis iras.
Miretur Pyladem suum vetustas,
Hæsit qui comes e exsuli parentis.
Quis discrimina comparet duorum?
Hæsisti comes exsuli f Neronis.

a Eiusdem argumenti cum præcedenti epigr.
b Carus, Serenus, Statius Senecæ amicissimi erant.
c Ad quem toties scripsit Seneca.
d Neronis.
e Oresti, non quidem à matre in exilium misso sed ab Electra sorore subducto & à pædagogo in Phocidem sublato, vnde reuersus matris cæde patris sui necem vltus rursum exulauit. Electra Eurip. & Sophoclis. f Crudelissimi tyranni & cuius in manu erat te repetijsse, quod Clytæmnestra non potuit.

Ad Priscum. XLV.

a COmmendare tuum dum vis mihi carmine munus
Mæonioque cupis doctiùs ore loqui:

a Priscus pollicitus fuerat Martiali munus, trahebat autem moram vt carmine suo, quod poetæ approbari voluit, munus exornaret, poeta, quem premebat egestas petit id sibi mitti muneris vel sine carmine. quod vtrique minori foret molestiæ.

Excru-

Excrucias multis pariter, me, teque diebus:
Et [b] tua de nostro, Prisce, [c] Thalia placet.
Diuitibus poteris musas, elegosque sonantes
Mittere: pauperibus [d] munera pexa dato.

b De nostro incommodo, & non sine damno meo, tibi places in tuo carmine, quod dum meditaris, ego munus desidero. Turnebus l. 24. c. 28. legit, *tacet*. c Ep. 16. c. supra. & 4. l. 8. ep. m. d Vestem pexam. Alij legunt *plena*.i. quorum gratia non diminuitur morâ. Alij *plana*. i. absque carminibus.

Ad Licinium. XLVI.

Doctorum Licini celeberrime, [a] summe virorum,
[b] Cuius prisca graues lingua reduxit auos:
[c] Redderis heu quanto fatorum munere nobis,
Gustata Lethes penè remissus aqua.
[d] Perdiderant iam vota metum, securaque flebat
Tristitia: & [e] lacrymis iamque peractus eras.
[f] Non tulit inuidiam taciti regnator Auerni,
[g] Et raptas fatis reddidit ipse colos.
Scis igitur, quantas hominum mors [h] falsa querelas
Mouerit: [i] & frueris posteritate tua.
[k] Viue velut rapto, fugitiuaque gaudia carpe:
Perdiderit nullum vita reuersa diem.

a Sic Plin. Sec. 30. epist. 4. lib. *altissimâ istâ eruditione tuâ dignissimam quæst. &c.*
b Cuius syncera oratio & antiquitatem sapiens exprimit grauitatem & mores veterum illorum Roman.
c Quanto nos bearint munere Parcæ, quæ te propè mortuum vitæ restituerunt.
d Tanquam in certâ morte deposueramus spem & cum votis metum pro te, qui iam —— e —— Pro mortuo deploratus eras & conclamatus. f Vidit sensitque Pluto se non ferre ferendo inuidiam & querelas hominum te lugentium ipsiusque rapacitatem detestantium itaque —— g —— Eripuit Parcis colos suosque & te vitæ restituit. h Te faucibus suis erepto decepta. *vel* quam nos veram putabamus, teque verè mortuum. i Et quasi rediuiuus sentis quàm charus fueris nobis, tanquam posteris tuis futuris. k Mortis itaque, quam euasisti, memor, rape vitæ restitutæ gaudia &c. vide ep. 16. l. 1. h.

De Annio. XLVII.

Cvm mensas habeat ferè ducentas,
Pro mensis habet Annius ministros:
Transcurrunt * gabatæ, volantque lances.
Has vobis epulas habete lauti.
Nos offendimur ambulante cœna.

Annio non desunt mensæ, immò diues & lautus habet ducentas. cur itaque ministrieius iubeunt mensarum vices & nihil apponitur? scilicet vt dapibus suis parcat, quas ministri circumferentes prætereant alios, alijs priusquam quid ad satietatē decerpserint, præripiant. placeant sibi lautis his epulis, nos tenuiores non iuuant cœnæ istæ ambulantes running banquets. *quæ & nostris parasitis molestæ sunt in siliceruijs & repotijs.* * Lances escariæ.

Ad Seuerum. XLVIII.

Parua suburbani munuscula mittimus horti;
[a] Faucibus oua tuis: poma, Seuere, [b] gulæ.

a Raucis fortè vel exulceratis mollia
b Palato grata.

Ad fontem Hiantidos. XLIX.

[a] Fons dominæ, regina loci, quo gaudet Hiantis,
Gloria conspicuæ, deliciumque domus:

a Vide ep. 47. l. 6.

Cùm

Cùm tua tot niueis ornetur ripa ministris,
Et [b] Ganymedæo luceat vnda choro:
[c] Quid facit Alcides sylua sacratus in ista?
Tam vicina tibi cur tenet antra deus?
Numquid nympharum notos obseruat amores,
Tam multi pariter ne rapiantur Hylæ?

b Pueris delicatis instar Ganymedis.
c Vide ep. 14. supra, quod huic concinit, nota e.

Ad Vrbicum. L.

MErcari nostras si te piget, Vrbice, nugas:
Et lasciua tamen carmina nosse libet;
[a] Pompeium quæras (& nôsti forsitan) Auctum,
Vltoris prima Martis in [b] æde sedet.
[c] Iure madens, [d] varioque togæ limatus in vsu,
Non lector meus hic, Vrbice, [e] sed liber est.
Sic tenet absentis nostros, cantatque libellos:
Vt pereat chartis litera nulla meis.
Denique, si vellet [f] poterat scripsisse videri,
Sed famæ mauult ille fauere meæ.
Hunc licet à [g] decima (nec enim satis ante vacabit)
Solicites: capiet cœnula parua duos.
Ille leget, bibe tu: nolis licet, ille sonabit:
Et cùm, Iam satis est, dixeris, ille leget.

a Adeas Pompeium Auctum, quem & tute fortasse nosti.
b Quæ signis militaribus à Parthis remissis extructa est, vt alij, post victoriam Philippicam. Sueton. August. 29. c. Dio. 44. l.
c Iurisprudentiâ tinctus, imbutus sic infra ep. 68. & ep. 42. l. 1. b. *Calderin.* iusculo madens.
d Studijs pacis & varijs caussis exercitatus. *Calderin.* attritâ indutus togâ, qua in varijs officijs vtitur.
e Adeo ad vnguem tenet & memoriter recitat.
f Se authorem profiteri, nisi meæ faueret famæ, poterat. vide Senec. prolog. declam.
g Quæ statuta cœnæ horâ aliquanto tardior propter occupationes Aucti, vel tenuitatem eius.

Ad Auctum. LI.

GRatũ est, quòd Celeri nostros legis, [a] Aucte libellos;
[b] Si tamen & Celerem quod legis, Aucte iuuat.
[c] Ille meas gentes, & Celtas rexit Iberos,
[d] Nec fuit in nostro certior orbe fides.
[e] Maior me tanti reuerentia turbat: & aures
Non auditoris, iudicis esse puto.

a Ep præced.
b Nisi molestum sit Celeri audire huiusmodi nugas.
c Celer fuit præfectus Celtiberiæ, patriæ meæ.
d Nec alius quisquam maiori fide, & abstinentiâ administrauit nostram Celtiberiam.
e Terreor viri maiestate, nec minùs sanctum expecto iudicem carminis mei quàm olim gentis meæ.

In Vmbrum. LII.

OMnia misisti mihi Saturnalibus, Vmber,
Munera [a] contulerant quæ tibi quinque dies;
Bis senos [b] triplices, & * dentiscalpia septem:
His comes accessit * spongia, * mappa, * calix,
Semodiusque [c] fabæ cum [d] vimine Picenarum,
Et [e] Laletanæ nigra lagena sapæ:

a Quæ ab alijs tibi missa sunt per Saturnalia, quæ ad 5. dies protraxit Caligula vide ep. 46. l. 4.
b Pugillares. ep. 6. l. 14.
* De his lib. 13. & 14.
c Ep 46. l. 4 b.
d Fiscellâ oliuarum Picenarum. 13. l. 36. ep.
e Lagena ignobilis, fæculenti & turbidi vini ex Laletania in Hisp. Tarraconensi.

Parua-

f Paruaque cum g canis venerunt f coctana g prunis;
Et h Libycæ fici pondere testa grauis.
i Vix puto triginta nummorum tota fuisse
Munera, quæ grandes octo tulere k Syri.
Quanto commodius nullo mihi ferre labore
Argenti potuit l pondera quinque, puer?

f Ficus paruæ ex Syria. ep.28.l.13. g Quæ ep.18 l.5. senes dixit Damascenos. vide ep.29.l.13. h Ep.46.l.4. i Puto vix valuisse 30. H S. nostræ monetæ 4. ℔. 8. d. k Serui è Syria *Synecdoch.* l Libras quinque.

In Nasidianum. LIII.

SEmper mâne mihi de me mera somnia narras,
Quæ moueant animum, solicitentque meum.
a Iam prior ad fæcem sed & hæc vindemia venit,
b Exorat noctes dum mihi c saga tuas.
Consumpsi d salsasque molas, & thuris aceruos:
e Decreuere greges, dum cadit agna frequens.
Non porcus, non f cortis aues, non oua supersunt,
g Aut vigila, aut dormi, Nasidiane, tibi.

a Ad expianda infausta tua de me somnia, in sacrificijs absumpsi vinum omne meum superioris & hornæ vindemiæ. b Expiat, auertit omen. c Somniorum interpres & expiatrix. ep.50.l.11. d Far sale mistum. e Decrescunt mihi greges crebrâ immolatione. f Ep.30. supra. a & c. g Aut nunquam dormias precor, aut de te somnies, tuo damno.

In Chrestum. LIV.

NVlli munera Chreste si remittis,
Nec nobis dederis, remiserisque,
Credam te satis esse liberalem.
Sed si reddis * Apicio * Lupoque,
Et * Gallo, * Ticioque, * Gellioque,
Lingas h non mihi (nam proba & pusilla est)
Sed quæ de Solymis venit perustis,
Damnatam modò mentulam tributis.

* Turpitudinis tuæ ministris. h Non meam, quæ castior est, sed serui mei Iudæi damnati ad tributum, vel nomine tributi in seruitutem damnati. Turneb. leg. *tributi* 24. l. 28. c. graue autem tributum pendebant cùm Iudæi tùm qui Iudaïcæ sectæ initiabantur circumcisi. Sueton. Dom. c. 12.

Ad Rabirium. LV.

a Astra polumque tua cepisti mente b Rabiri:
c Parrhasiam mira qui struis arte domum.
d Phidiaco si digna Ioui dare templa parauit,
Has petat à nostro Pisa tonante manus.

a Vt Phidias Iouis Olympici simulachrum effícturus dicitur direxisse mentem suam ad vultum Iouis ab Homero expressum. Iliad. α. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, &c. Val Max. 3. l. 7 c. Ita tu Rabiri Domitiano palatium extructurus concepisti mente cœlestes domos, quibus magistris & exemplaribus vtereris ad hanc fabricam. b Architectus erat nobilis. ep.71.l.10. c Palatinam. in monte Palatino vbi Euander Arcas primus ædificauit. Parrhasia autem vrbs Arcadiæ est. vnde Euander Virgilio dictus Parrhasius 11. AEneid. d Si Pisa vrbs illa Elidis instituerit ædificare templum dignum illo simulachro à Phidia fabrefacto, petat à nostro deo Domitiano suum architectum Rabirium.

De Achilla. LVI.

CAstora de Polluce Gabinia fecit Achillam:
Pyxagathos fuerat, nunc erit Hippodamus.

Alludit poëta ad versum Homeri Iliad. γ.

Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα. iocum autem quærit in ambiguitate τοῦ πὺξ quod significat *pugnis*. atq; idē pro πυγὴ vsurpatur Aristoteli in physiognom. Ita Achillas puer exoletus (vt 90. ep. l. 3. & modo πὺξ strenuus iam factus est ἱππόδαμος eques *per maneggiare & canalcare la donna Gabinia*. h. e. Castor de Polluce.

Ad Gallam. LVII.

IAm sex, aut septem nupsisti, Galla, [a] cinædis:
Dum coma te nimium, pexaque barba iuuat.
Deinde experta latus, madidoque simillima loro
Inguina, nec lassa stare coacta manu,
Deseris imbelles thalamos, mollemque maritum:
Rursus & in [b] similes decidis vsque [b] toros.
[c] Quære aliquem Curios semper Fabiosq; loquentē,
Hirsutum, & dura rusticitate trucem.
Inuenies: [d] sed habet tristis quoque turba cinædos:
[e] Difficile est, vero nubere, Galla, viro.

a Dum ex cultu & elegantiā eos iudicabas strenuos ad κλινοπάλην.

b Mollium & imbellium cinædorum.

c Ne vlteriùs te decipiant pexi isti & comati, quære aliquem ex ijs qui sermone & cultus neglectu grauitatem & virilitatem profitentur. ep. 25. l. 1.

d Sed & hi sunt Socratici cinædi.

e Ita *omnis vicus abundat Tristibus obscœnis, &c.*

De Cæciliano. LVIII.

NOn cœnat sine apro noster, Tite, Cæcilianus,
Bellum conuiuam Cæcilianus habet.

Quanta est gula, quæ sibi totos Ponit apros, animal propter conuiuia natum? &c. Vacuisque toris tantum ipse iacebit. Iuuen. 1. Sat. *conuiuam* vocat aprum soli Cæciliano appositum. alij in hominem fuisse Aprum volunt.

Ad Iouem. LIX.

[a] TArpeiæ venerande rector [a] aulæ,
[b] Quem saluo duce credimus tonantem,
Cùm votis sibi quisque te fatiget,
Et noscat dare, quæ dei potestas:
Nil pro me mihi Iuppiter petenti,
Ne succensueris, velut superbo.
[c] Te pro Cæsare debeo rogare:
Pro me debeo Cæsarem rogare.

a Capitolij in colle priùs Saturnio, mox *Tarpeio* à Virgine Tarpeia quæ arcem Sabinis prodidit dicto.

b Sic ep. 1. l. 5. not. l.

c Tu meâ & publicâ prece rogatus serua Cæsarem, ille me seruabit: tu illi donato, ille mihi donabit.

Ad Cæsarem Domitianum. LX.

[a] ABstulerat totam temerarius institor vrbem,
Inque suo nullum limine limen erat.

a Institores, tonsores, caupones, coqui, &c. modo vicos omnes vrbis occuparant tabernis suis & pergulis (quod apud nos in publicis nundinis factum videmus) fores & limina præstruxerant.

Iussisti tenues, [b] Germanice, crescere vicos;
 Et modò quæ fuerat semita, facta via est.
[c] Nulla catenatis pila est præcincta lagenis:
 Nec prætor [d] medio cogitur ire [d] luto:
Stringitur in densâ nec [e] cæca [e] nouacula turba:
 Occupat aut totas nigra popina vias.
Tonsor, caupo, coquus, lanius sua limina seruant,
 [f] Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit.

b 5 l. 2. ep. d.
c Nullus caupo vendit vinum ad pilas in tabernis quæ lagenis sunt refertæ, & quæ catenis fixæ sunt. Iuuen. Sat. 3. v. 304. nisi forte & ipsæ lagenæ pilis affixæ sunt catenis. de pilis vide quæ ad 43. ep. l. 2. e.
d Ad canalem, propter tabernas vtrinque.
e Nouaculam hanc tonsorum fuisse arbitror, quùm mox inter cæteros recenseat *tonsorem*. non βαλαντιοτομῶν neque sicariorum, quorum esse putant alij propter epitheton *cæca*. f Ita 2. ep. lib. spectac. *Reddita Roma sibi est &c.*

In Amillum. LXI.

REclusis foribus grandes [a] præcidis Amille:
 Et te deprendi, cùm facis ista, cupis,
Ne quid liberti [b] narrent, seruique paterni,
 Et notet obliqua garrulitate cliens.
Non pædicari se qui [c] testatur Amille,
 Illud sæpe facit, quod sine [c] teste facit.

a Ep. 72. l. 2. a
b Te grauius aliquid pati.
c Ludit in *testatur* & *teste*, nec non in ambiguitate τῦ *teste*. hîc autem ὄρχεις intelligit. i. λείχει ἢ φοινικίζει.

De Silio. LXII.

[a] PErpetui numquam moritura volumina Sili
 Qui legis, & [b] Latia carmina digna toga,
[c] Pierios tantùm vati placuisse recessus
 Credis, & Aoniæ Bacchica serta comæ?
Sacra [d] cothurnati non attigit antè Maronis,
 Impleuit magni quàm Ciceronis opus.
Hunc miratur adhuc [e] centum grauis hasta virorum,
 Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.
[f] Postquam bis senis [g] ingentem fascibus annum
 Rexerat, [g] asserto qui sacer orbe fuit:
[h] Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos:
 Proque suo celebrat nunc Helicona foro.

a Latuere Silij opera per multa secula, iam vero eruta & vindicata viuunt. ep. 14. l. 4.
b Digna poëtâ in Italia vel ipsa Roma nato. Italici enim cognomen habuit ab Italica vrbe Pelignorum aliàs Corfinio. *vel potius* digna maiestate oratoris Romani, & consulis. Plin. Sec. *scripsit carmina maiore cura quam ingenio.* 7. epist. 3 l.
c Credis-ne eum tantùm fuisse poëtam? immo non optimum attigit poëtam, priusquam optimum expressisset oratorem. d Ep. 20. l. 5. e. & ep. 6. l. 5. c. e Iudicium C. virorum qui de testamentis & hereditatibus in suo foro hastâ positâ iudicabant, quemadmodum auctionarij in atrio auctionario hastâ præconis positâ. vide ep. 38 l. 7. d. & consule Corn. Vitell. Annot. in Merulam. c. 21. f Postquam consul fuerat eo anno quo Nero periit. Plin Sec. 3. l. 7. epist. g Quo terrarum orbis in libertatem assertus est, tyranno Nerone ad vim sibi inferendam adacto & occiso. h Foro emeritus secessit in Campaniam, vbi Musis vacauit scripsitque carmine heroico 17. libros de Punico bello secundo.

In Cinnamum. LXIII.

[a] QVi tonsor fueras tota notissimus vrbe,
 Et posthæc dominæ munere factus eques:

a Hunc credo innuere Iuuenalem, 1. Sat. v. 25.

b Sicanias vrbes, Ætnæaque regna petisti
a Cinname, cùm fugeres tristia iura fori.
Qua nunc arte graues tolerabis c inutilis annos?
Quid facit d infelix, & fugitiua quies?
Non rhetor, non grammaticus,e ludiue magister,
f Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes.
g Vendere nec vocem Siculis, h plausumque theatris,
Quod superest, iterum, Cinname, tonsor eris.

b In ius vocatus mutauit solum, vel exulatum abijt in Siciliam. c Nulla honestâ immò nec sordidâ arte instructus. d In exilio. e Literator. Domitius de lanista intelligit, magis conuenit præcedentibus vt de literatore intelligas. f Nullius sectæ philosophus. g Præco, an potius causidicus, qui *voces prostituere foro*, Ouid. 15 el. 1. lib. Amorum, *clamosi rabiosa fori iurgia vendere*, Senecæ 171. vers. Herc. Fu. *solicitis vendere verba reis* dicitur nostro, ep. 16 l. 5. h Histrio, aut citharœdus.

In Gargilianum. LXIV.

LIs te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit vna a tribus, Gargiliane, a foris.
Ah miser, & demens! b viginti litigat annis
Quisquam; cui vinci, Gargiliane, licet?

a 1. Veteri Romano, 2. Caij Iul. Cæs. 3. Augusti. ep. 38. l. 3 2. b Satius fuerat semel vinci, quàm ducere litem & ferre impendia & molestias viginti annorum, etiam cum victoriâ.

De Labieno LXV.

HEredem Fabius Labienum c ex asse reliquit:
d Plus meruisse tamen se Labienus ait

c Bonis vniuersi patrimonij. d Labienus ait se plus meruisse qui plura Fabio donârit quàm ex testamento accepit & ego (innuit poëta) maiori damno & dolo Labienum dignum censeo, qui per fraudem captauit hereditatem.

In Philænim LXVI.

a PÆdicat pueros b tribas Philænis,
Et c tentigine sæuior mariti
Vndenas d vorat in die puellas.
e Harpasto quoque f subligata ludit,
Et g flauescit haphe, h grauesque draucos
Alterno facili rotat lacerto,
Et i putri k lutulenta de palæstra
l Vncti verbere vapulat l magistri.
m Nec cœnat prius, aut recumbit antè,
Quàm septem vomuit meros deunces,
Ad quos fas sibi tunc putat reuerti,
Cùm n coliphia sexdecim comedit.

a παιδεραστεῖ. b Fricatrix. c Libidinis prurigine magis inflammata quam maritus. d λεσβιάζουσα, φοινικίζουσα καὶ πειθουσα. e Ep. 19. l. 4.* f Veste subductâ, *vel* subligari vsa. g In palæstra flauescit aspergine arenæ: ita Achelous cum Hercule luctans *fuluæ tactu flauescit arenæ*. Ouid. Met 9. ἁφὴ autem tactus est. h Grandesque turpis ministerij adolescentes iactat alterno brachio, quod artis est gymnasiasticæ. i Male olenti ab oleo. k Ceromate è luto vncta. l Aliptæ manus crepitu inter vngendum, vide Iuuen. Sat 6. v. 423. m *Sextarius alter Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim*, &c. Iuuen. 6. sat. v. 428. vide 71. ep. 5. l n Luctatorum panes, qui vires palæstritarum membris addunt. à κῶλον & ἰᾶν vt vult Dom. Calderinus quam etymologiam asserere laborat Corn. Vitellius contra Merulam Annot. c. 22.

Post hæc omnia cum libidinatur,
Non fellat: putat hoc parum virile:
Sed planè [o] medias vorat puellas.
Dî [p] mentem tibi dent [p] tuam Philæni:
Cunnum lingere quæ putas virile.

o Supra.d.
p Mentem sanam. vel quæ fœmineam appetat libidinem.

Ad Rufum. LXVII.

COmmendare meas, * Instanti Rufe, Camœnas
Parce precor socero, seria forsan amat.
Quòd si lasciuos admittit & ille libellos,
Hæc ego [f] vel Curio, Fabricioque legam.

* De hoc eodem Instantio Rufo, ep 51.l.8 & 97 ep.12.
f Vel continentissimis, grauissimis & seuerissimis viris.

De Theophila ad Canium. LXVIII.

HÆc est illa tibi [a] promissa Theophila, [b] Cani,
[c] Cuius Cecropia pectora voce madent.
[d] Hanc sibi iure petat magni senis altus in hortis:
[e] Nec minus esse suam Stoica turba velit,
Viuet opus [f] quodcunque per istas miseris aures:
Tam nec fœmineum, nec populare sapit.
Non tua [g] Parthenis nimium se præferat illi,
Quamuis Pierio sit bene nota choro.
[h] Carmina singentem Sappho laudauit amatrix:
[i] Castior hæc, & non doctior illa fuit.

a Sponsa, coniux.
b Poeta, de quo, ep 62. & 70.l.1.& 20 ep.5.l.
c Græcè erudita
d Hanc sibi discipulam vendicet vtpote disciplinæ Academicæ peritissimam Plato vel alius quispiam professor in suburbano Athenis nemore ab Heroe Academo in vsum scholæ consecrato. al. leg. *magni senis Atticus hortus.*
e Nec minus suæ disciplinæ æmulam hanc sibi vendicant Stoici.
f Quodcunque Theophila recensuerit & emendarit.
g Doctam nescio quam innuit poetriam.
h Theophilæ carmina vel ipsa Sappho Phaonis amatrix laudârit. legitur namque & *laudarit.*
i Theophila vincit Sapphô verecundiâ: ingenio & doctrinâ illi non cedit.

—*In Philænim.* LXIX.

IPsarum tribadum tribas Philæni
Rectè quam futuis, vocas amicam.

Malè sonat dicta viro *amica*; mulieri, benè. quã verò Philænis amicam vocat malè audit, cum ipsa Phil. sit tribas. Καλοῦσι γοῦν καὶ αἱ ἐλεύθεραι γυναῖκες καὶ αἱ παρθένοι τὰς συνήθεις καὶ φίλας, ἑταίρας, &c. καλοῦσι δὲ τὰς μισθαρνούσας, ἑταίρας. Athenæ. 13.l.4.c.

—*De familia ficosa.* LXX.

[k] FIcosa est vxor, ficosus & ipse maritus:
Filia ficosa est, & gener, atque [l] socer:
Nec dispensator, nec villicus vlcere turpi,
Nec rigidus fossor, sed nec arator eget.
Cùm sint ficosi pariter iuuenesque, senesque:
Res mira est, ficos non habet vnus ager.

k Tota familia laborat vlcere quam συκωσιν Græci vocant, de qua Celsus 6.l.3.c nec tamen in agro fructificant ficus. Iocus ab ambiguo τῷ *ficus.* vide ep. 66.l.1.
l Gruterus legit *nepos.*

Ad

Ad Paullum. LXXI.

[a] GRatus ſic tibi, Paulle, ſit December:
Nec vani [b] triplices, breueſque [c] mappæ,
Nec thuris veniant leues ſelibræ;
Seu lances ferat, aut [d] ſcyphos auorum,
Aut [e] grandis reus, aut potens amicus:
Seu quod te potius iuuat, capitque,
[f] Sic vincas Nouiumque, Publiumque
[g] Mandris, & [h] vitreo latrone clauſos,
[i] Sic palmam tibi de trigone [k] nudo
Vnctæ det fauor arbiter coronæ,
Nec laudet [l] Polybi [m] magis [n] ſiniſtras:
[o] Si quiſquam mea dixerit malignus,
Atro carmina quæ madent veneno,
Vt vocem mihi commodes patronam,
Et quantum poteris, ſed vſque, clames,
Non ſcripſit meus iſta Martialis.

a *Imprecandi formula.* Sic tibi affluant precor larga a clientibus & amicis munera in Saturnalibus miſſa. vt ep. 46. l. 4 a vide ep. 52. ſupra. b Pugillares l. 14. ep. 6. c Ep. 46 l. 4. K. d Scyphos veteres & archetypos, vel graues auro qualibus vtebantur priſci, Neſtor, &c. e Cliens diues. f Sic vincas latrunculorum ludo peritiſſimos tuos colluſores Nouium & Publium. g Calculorum ſeu latrunculorum ſeptis & regionibus, vel ipſis latronum gregibus clauſos. vide ep. 23. l. 5. g. h Latrunculis è vitro diſcolori ad diſtinguendas diuerſas partes. ep 17. & 20. l. 14. i Sic tibi victoriam in ludo trigonalis pilæ adiudicent vncti gymnaſtæ. vide ep. 19. l. 4.* k Quem ludum nudi vnctique exercebant. l Luſoris alicuius periti. m Quam tuam. n Agilitatem manus ſiniſtræ, qua in iaciendâ excipiendâque pilâ non minus vtebantur quam dextrâ ep. 83. l. 12. o Vt, ſi quis famoſa & maledica carmina ſub meo nomine ediderit mihique adſcripſerit, patrocineris mihi meque aſſeras vide ep. 12. ſupra.

¶ *Ad Maximum.* LXXII.

ESquiliis domus eſt, domus eſt tibi [a] colle Dianæ,
[b] Et tua patricius culmina vicus habet:
[c] Hinc viduæ Cybeles, illinc ſacraria Veſtæ;
Inde nouum, veterem proſpicis inde Iouem.
Dic vbi conueniam: dic, qua te parte requiram.
[d] Quiſquis vbiq; habitat, Maxime, nuſquã habitat.

a In monte Auentino, cuius ſummitas habet templum Dianæ. ep 61. l. 6. K. b Suntque tibi ædes in vico ſub Exquiliis vbi Seruius Tullius iuſsit patricios habitare. c Ex domo tuâ in Exquilijs ab altera parte vides ædem Veſtæ & Capitolium nouum. Ex ædibus tuis in Auentino proſpicis templum Cybeles & Capitolium vetus. d *Nuſquam eſt, qui vbique eſt.* Senec. 2. epiſt.

Ad Mercurium. LXXIII.

[a] CYllenes, cœlique decus, [b] facunde miniſter,
[c] Aurea cui torto virga dracone viret:
Sic tibi [d] laſciui non deſit copia [d] furti,
Siue cupis Paphien, ſeu Ganymede cales:
[e] Maternæque ſacris ornentur frondibus Idus,
[f] Et ſenior parca mole prematur auus:

a Montis Arcadiæ, in quo Maia à Ioue compreſſa. b Nuncie, διάκτωρ. c Qui geris caduceum draconibus mari & fœmina inuolutum. d Callidus quidem fuit Merc. quicquid placuit, iocoſo condere furto. hîc tamen *laſciua furta* intelligas *adulteria*, propter verſum ſeq. e Celebreturque natalis tuus Idib. Maijs, ornenturque poſtes frondibus vt in feſtis. vide ep. 68. l. 12. a. f Et cœlum (quod ſuſtinere dicitur) vrgeat auum tuum Atlanta minore pondere.

g Al. *Caro*.
h Qui dies illis nuptialis.
i Namque hic colit sapientiam & eloquentiam, cuius tu Deus es: & ministet fidus est nostro Ioui Domitiano, vt tu cœlesti illi.

Hunc semper Norbana diem cum coniuge g caro
Læta colat, h primis qua coïere toris.
i Hic pius antistes sophiæ sua dona ministrat:
Hic te thure vocat fidus & ipse Ioui.

In anum deformem. LXXIV.

k Vide ep.89.l.3.

VIs futui gratis, cùm sis deformis, anusque,
Res perridicula est: k vis dare, nec dare vis.

Ad Philomusum. LXXV.

l Comitem habere certatum cupiunt.
m Pro scurra & morione haberis, non pro amico. δι' ἡδονὴν ὡς εὐτράπελον, οὐ γὰρ τῷ ποιούς τινας εἶναι, ἀλλ' ὅτι ἡδεῖς αὑτοῖς. ... ὡς φίλον ἀγαπῶσι. Aristot.8.Nicom.Eth.cap.3.

QVòd l te diripiunt potentiores
Per conuiuia, porticus, theatra,
Et tecum, quoties ita incidisti,
Gestari iuuat, & iuuat lauari:
Nolito nimium tibi placere,
m Delectas Philomuse: non amaris.

In Tuccam. LXXVI.

EXigis vt nostros donem tibi, Tucca, libellos.
Non faciam: nam vis vendere, non legere.

In Papillum. LXXVII.

a Vel *Sexitani*, à patria Bœtica, vt inquit Plinius, l.32.c.11. & Athenæus l.3.c.33.
b Vilissimi piscis.
c Virides fabæ neque ex oleo perfusæ. d Cui fatuo & insulso viles cibi æquè sapiunt ac pretiosi. e Cui non indulges, quem fraudas, dum alijs lautus es, tibi sordidus.

DVm a Saxetani ponatur cauda b lacerti,
Et bene si cœnas, c conchis inuncta tibi est:
Sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos,
Mittis. habes nec d cor Papile, nec e genium.

Ad Seuerum. LXXVIII.

f Videtur dicere, Vetus & κατ' ἐξοχὴν Opimianum (de quo ep.27.l.1.) vel Anitianum. Sed addit fuisse hornum & ipso, qui poëtam inuitarat, consule diffusum, atque adeò appositum. vide Turnebi Aduers. 25. l. 24. c.
g Quàm generosum & nobile?

POtaui modò f consulare vinum.
Quæris g quàm vetus atque liberale?
Ipso consule conditum: sed ipse
Qui ponebat, erat, Seuere, consul.

Ad Faustinum. LXXIX.

a Quoniam compositâ iam pace Romani qui in Sarmatia & Dacia vacant studijs &c. b Ep.7. supra. b. c Ep.11.l.4.c.

a QVatenus b Odrysios iam pax Romana c Triones
Temperat & tetricæ conticuere tubæ,

Hunc

Hunc [d] Marcellino poteris, Faustine, libellum
Mittere, iam chartis, iam vacat ille iocis.
Sed si [e] parua tui munuscula quæris amici
Commendare, [e] ferat carmina nostra puer,
[f] Non qualis Geticæ satiatus lacte iuuencæ
Sarmatica [g] gelido ludit in amne [h] rota:
Sed [i] Mitylenæi roseus [k] mangonis ephebus,
Vel [l] non cæsus adhuc [m] matre iubente Lacon.
[n] At tibi captiuo famulus mittetur ab Istro,
Qui Tiburtinas pascere possit oues.

d Profecto ad bellum Sarmaticum. vt ep. 25. l. 6. & ep. 46 l. 9.
e Carmina à me illi donata ferat elegans à te puer.
f Non barbarus è Getis vel Gelonis γαλακτοφάγοις. vide ep. 3. lib. Spectac. e.
g Glacie & frigore concreto amne.
h Currus rotis, *vel* trocho, ep. 168. l. 14. i Græci. Græcia autem nequitiarum officina. Mytelene Lesbi insulæ oppidum. k Ep. 59. l. 1. a. l Apud Lacedæmonios pueri in ara Dianæ flagellis cæsi exercebantur ad tolerantiam —— m —— Adstabantque parentes & propinqui qui hortabantur διαρκέσαι πρὸς τὸν πόνον, καὶ ἐγκαρτερῆσαι τοῖς δεινοῖς. Lucian. περὶ γυμνασίων. n Et Marcellinus mittet tibi è Daciâ deuictâ qui pascat oues in Tiburtina tua villa. ep. 57. l. 4.

Ad Lausum. LXXX.

TRiginta toto mala sunt epigrammata libro:
Si totidem bona sunt, Lause, liber bonus est.

Vide lib. 1, ep. 17. & ep. 87. infra.

—— *De Menophilo.* LXXXI.

[a] MEnophili penem tam grandis fibula vestit,
Vt sit comœdis omnibus vna satis.
Hunc ego credideram (nam sæpe lauamur in vno)
Solicitum voci parcere, Flacce, suæ:
Dum ludit media populo spectante palæstra,
Delapsa est misero fibula, [b] verpus erat.

a Comœdi, citharœdi, adolescentulique alij virilia fibulâ coërcere solebant, quo à Venere abstinerent, vocis seu valetudinis conseruandæ causâ. Celsus 7. l. 25. c. & Iuuen. Sat. 6. v. 73. & 380. Duo autem harum fibularum erant genera. Vel indumentum, quo comprimebantur, simul & tegebantur inguina: vel, filum æneum argenteumue præputio traiectum. b Iudæus, vel recutitus. vtebatur autem fibulâ ad velandam πόσθην.

De Eutrapelo. LXXXII.

EVtrapelus tonsor dum circuit ora Luperci,
[c] Expungitque genas: [d] altera barba subit.

c Al. *Expingitque.*
d Tardus tonsor seu circumspectus tantam operi impendit moram vt vel radenti altera succrescat barba. vide ep. 52. l. 8.

Ad librum. LXXXIII.

[a] DVm mea Cæcilio formatur imago Secundo,
[b] Spirat & arguta picta tabella manu:

a Dum Cæcilius Secundus (Plinius, vt credo, Iunior, namque is Bithyniam & Pontum obtinuit prouincias) sibi effingi curat meam imaginem. Quod discessuri amici mutuo factitabant ad memoriam absentium reuocandam. b Ad viuum effcta.

I liber ad Geticam [c] Peucen, Istrumque [d] tacentem,
[e] Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet.
Parua dabis caro, sed dulcia dona sodali:
[f] Certior in nostro carmine vultus erit.
Casibus hic nullis, nullis delebilis annis
Viuet, Apelleum cum morietur opus.

c Insulam ad Istri ostium. d Placidis & quasi stagnantibus aquis, vel gelu & frigore concretum. alij leg. *tacentem*. e Supra, a. f Epigrammata Cæcilio grata, & quæ ingenij mei imaginem certiorem expresserint & diuturniorem retinuerint, quàm tabula quæuis ab artifice peritissimo effecta.

Ad Sabellum. LXXXIV.

QVòd non insulsè scribis tetrasticha [a] quædam,
Disticha quòd [b] bellè pauca, [b] Sabelle, facis:
Laudo, nec admiror, facile est epigrammata bellè
Scribere; [c] sed librum scribere, difficile est.

a Pauca. b Vide ep. 39. l. 12. c Desiderabitur enim ad librum perficiendum varietas, acumen, & largus ingenij fons.

In Sextum. LXXXV.

AD [a] natalicias dapes vocabar,
Essem cùm tibi, Sextè, [b] non amicus.
Quid factum est, rogo, quid repentè factum
Post tot [c] pignora nostra, post tot annos,
Quod sum [d] præteritus vetus sodalis?
Sed caussam scio. nulla venit à me
Argenti tibi libra [e] pustulati:
Nec leuis toga, nec rudes lacernæ.
[f] Non est sportula, quæ negociatur.
Poscis munera Sexte, non amicos.
Iam dices mihi, [g] vapulet vocator,

a Festam celebritatem natalis tui. b Nondum valde familiaris. c Amicitiæ mutua pignora. d Metaph. ab ijs qui à Censoribus Senatu moti in recitatione Senatorum non nominabantur & dicebantur *præteriti*. e Puri puti, pustulis tumentis ab ignis excoquentis vi. Turneb. Adu. 24 l. 2. c. f Sportula qua me velut clientem donasti, si in lucrum & quæstum largitus eam fuisti, desijt esse sportula; auctio est, et negociatio. καπηλεία. g Confers culpam in seruum vocatorem, vt qui me præterierit imprudens. al. leg. *Vah pudet, vocetur*.

De se. LXXXVI.

[a] SI meus aurita gaudet [b] lagopode Flaccus,
Si fruitur [c] tristi [d] Canius Aethiope:
[e] Publius exiguæ si flagrat amore catellæ,
Si Cronus [f] similem cercopithecon amat:
Delectat [g] Marium si perniciosus [h] ichneumon:
Pica [i] salutatrix si tibi Lause placet:

a Cùm alij delectentur deformibus monstris, cur non ego formoso puero Labycâ? forte item monstroso. namque luxum tandem in distorta & prodigiosa corpora verterunt Romani. Quintil. declam. 298. & Institut. l. 11. c. 5. Idem de mulieribus Rom. Clem. Alexandrinus, & Ammianus Marcel. l. 14. b Aui, de qua Plin. l. 10. c. 48. nec tamen auritâ. Ios. Scal. ad Propert. l. 4. melius legit *Glaucopide*, bubone sc. ceu vlulâ. c Atro, ingrato. *vel* infausti ominis si cui matutinus occurisset. Iuuen. Sat. 6. v. 601. Appian 4. ἐμφυλίων. d Poëta Gaditanus, de quo, ep. 62. & 70. l. 1. & 20. ep. 3. l. e Ep. 110. l. 1. f AEthiopine? an catellæ? an simiæ? an sibi, similem? vt ep. 202. l. 14. g Priscum vel Celsum. h Mus Indicus, magnitudine felis, perniciosus aspidi & crocodilo, quibus acerrimus est hostis. Plin. 8. l. 24. c. AElian 8 l. c. 25. Athenæus l. 9 c. 10. i Humanam conata vocem. vide ep. 76 l. 14. τῶν ὀρνίθων αἱ γλωττίαι μιμοῦνται τὰς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ὀρνίθων ἤχους.

Si gelidum collo nectit Glacilla [k] draconem:
[l] Lusciniæ tumulum si Thelesina dedit:
Blanda [m] cupidinei cur non [n] amet ora [m] Labycæ,
Qui videt hæc dominis monstra placere suis?

k Pleræque mulierculæ Rom. in delicijs habebant serpentes, quibus se in æstiuis mensibus refrigerarent. Senec. 2. de Ira. Lucian. in Alexandro. Sueton. Tiber. c. 72. Plin. l. 29. c. 4. l Quam viuam in delicijs habuerat, mortuæ tumulum extruxit, vt murenæ Crassus. m Cupidini paris pueri. n Quispiam, vel ipse amem?

De suis libris. LXXXVII.

FErtur habere meos, si vera est fama, libellos
Inter delicias pulcra [a] Vienna suas.
Me legit omnis ibi senior, iuuenisque, puerque.
Et coram tetrico casta puella viro.
Hoc ego maluerim, quam si mea carmina cantent,
[b] Qui Nilum ex ipso protinus ore bibunt.
[c] Quàm meus Hispano si me [d] Tagus impleat auro,
Pascat & [e] Hybla meas, pascat [f] Hymettos apes.
Non nihil ergo sumus, nec blandæ murmure linguæ
Decipimur. [g] credam iam puto, Lause, tibi.

a Allobrogum ceu Galliæ Narbonensis vrbs, non illa Austriæ. b Remotissimi AEthiopes ad Lunæ montes, etsi fontes Nili tum latuerint. c Quàm si me cantent Hispani conterranei mei, Siculi & Græci, vel quam si abundarem auro Hispano, ac melle Siculo & Attico. est enim Tagus — d Fl. Hispaniæ ceu Lusitaniæ. — e Hybla mons Siciliæ. — f — Hym. mons Atticæ. g Credam bona mea carmina æquare numerum malorum, atque adeò bonum esse librum. ep. 80. supra.

Ad rosam. LXXXVIII.

I Felix rosa, mollibusque sertis
Nostri cinge comas [a] Apollinaris.
Quas tu nectere candidas, sed [b] olim,
Sic te semper amet [c] Venus, memento.

a Ep. 87. l. 4. & 25. l. 7. b Longa florescentem iuuentute cingas, nec non serò canescentem & vsque ad multam senectutem. c Cui dicata es.

Ad Criticum. LXXXIX.

[a] IActat inæqualem Matho me fecisse libellum:
Si verum est, laudat carmina nostra Matho.
[b] Aequales scribit libros [c] Caluinus, & [c] Vmber.
[b] Aequalis liber est [d] Critice, qui malus est.

a Obijcit Matho me scripsisse lib. inæqualem, cui vel me fatente ep. 17. l. 1. & bona insunt & mala. habet præterea inæqualis liber laudem à rerum varietate. b Totos malos cui nihil admiscetur boni. nullus autem liber totus bonus est. c Poeta malus. d Alij leg. *Cretice* vt prima producatur.

— Ad Iuuenalem XC.

DE nostro facunde tibi Iuuenalis agello
[e] Saturnalicias mittimus ecce nuces.
Cætera lasciuis donauit poma puellis
[h] Mentula custodis luxuriosa dei.

e Quibus luditur in Saturnalibus. ep. 31. l. 5. h. f Ipse Priapus. ep. 36. l. 1. h. ep. 49. & 73. l. 6.

In Baccharam. XCI.

SI quid opus fuerit, ſcis me non eſſe rogandum,
Bis nobis dicis, Bacchara, terque die.
a Appellat rigida triſtis me voce Secundus:
Audis [b] ſed neſcis, Bacchara, quid ſit, opus.
c Penſio te coram petitur clareque, palamque:
Audis, ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.
Eſſe queror [d] gelidaſque mihi, tritaſque lacernas:
Audis, ſed neſcis, Bacchara, quid ſit opus.
Hoc opus eſt, [e] ſubito fias vt ſidere mutus,
Dicere ne poſſis, Bacchara, *quid ſit opus*.

a Exigit à me fœnus creditor.
b Al. *& neſcis Bacchara quid ſit opus?*
c Cellæ, ædium conductarum pretium. 3. l. 30. ep. d.
d Tenues, quæ frigus intromittunt.
e Vt inſtar arboris ſideratæ attoniti ſtupeſcant tibi ſenſus, ſitque (vt ait ep. 86. l. 11.) ſidere percuſſa tibi lingua, ne quenquam poſthac vanis pollicitis lactes & eum, vbi opus eſt promiſſa perfici, deſtituas.

Ad Narniam. XCII.

a NArnia ſulphureo quam gurgite candidus [b] amnis
Circuit, [c] ancipiti vix adeunda jugo,
d Quid tam ſæpe meum nobis abducere Quinctum
Te iuuat, & lenta detinuiſſe mora?
Quid Nomentani cauſſam mihi perdis agelli,
Propter vicinum qui pretioſus erat:
Sed iam parce mihi, nec abutere Narnia [e] Quincto,
f Perpetuo liceat ſic tibi ponte frui.

a Ciuitas Vmbriæ.
b Nar. fl. vnde ciuitati nomen.
c Gemino monte.
d Cur voluptate tua allicitum toties euocas tandiuque detines Q. Ouidium vicinum meum in agro Nomentano, & cuius vnius cauſa placet mihi fundus meus Nom?
e Qui & ipſe gaudet meâ viciniâ.
f Sic vobis incolumis maneat vrbs O Nartes, cum eximio illo ponte qui duos præaltos & abruptos montes coniungit. vide Schotti Itinerar. l. 1. p. 105.

De Papilo. XCIII.

VNguẽtũ fuerat, quòd [g] onyx modò parua gerebat:
Olfecit poſtquam Papilus, ecce [h] garum eſt.

g Vas vnguentarium ex onyche.
h Corruptũ ab afflatu oris tui impuri. vide. ep. 17. l. 3. c.

In Linum. XCIV.

BRuma eſt, & riget horridus December,
Audes tu tamen [a] oſculo [b] niuali
Omnes obuios hinc & hinc tenere,
Et totam, Line, baſiare Romam.
c Quid poſſis grauiuſque, ſæuiuſque
Percuſſus facere, atque verberatus?
d Hoc me frigore baſiet nec vxor,
Blandis filia nec rudis labellis.
Sed tu [e] dulcior, elegantiorque,
Cuius [f] liuida naribus caninis.
Dependet [f] glacies, rigetque barba,

a Oſculis ſalutare obuios amicos Romanis moris erat, vt & Perſis, Iudæis, Græcis, &c.
b Frigido & madido.
c Non poſſes melius vindicare iniuriam verberum tibi incuſſorum, quàm fœdis hiſce oſculis, vt ep. 23. l. 2.
d Brumali frigore.
e Videris tibi dulcior & eleg. *vel* Ironicè.
f Mucoſa ſtiria.

Qualem

[g] Qualem [h] forcipibus metit [i] supinis
Tonsor [k] Cinyphio Cilix [k] marito.
Centum occurrere malo cunnilingis:
Et [l] Gallum timeo minus [m] recentem.
Quare si tibi sensus est, pudorque:
Hibernas, Line, basiationes,
[n] In mensem rogo differas Aprilem.

g Qualem habent barbam hirci Cyniphij a Cilice pastore tonsi.
h Al. *forficibus*.
i Acie forficum depressa, manubrio sublato.
k Hirco viroque patreque gregis ad Cinypem Africæ fl. pasto.
l An Gallum Cybeles cui recens castrato grauiter olet anima? an Bœticum illum Gallum, de quo, ep. 80. l. 5. —— m —— Nuper λείξαντα Sed & vide Turnebum qui hoc de Galliæ pop. ab intemperantia olido interpretatur. l. 25. c. 24.
n Tum enim minus eris mucosus & frigidus.

❡ Epitaphium Vrbici pueri. XCV.

Conditus hîc ego sum, [a] Bassi dolor Vrbicus infans:
[b] Cui genus & nomen maxima Roma dedit.
[c] Sex mihi de prima deerant trieteride menses,
[d] Ruperunt tetricæ cùm mala pensa deæ.
Quid species, quid [e] lingua mihi, quid profuit ætas?
Da lacrymas tumulo, qui legis ista, meo.
[f] Sic ad Lethæas, nisi Nestore serior, vndas
Non eat, optabis quem superesse tibi.

a Parenti caussa doloris ex morte.
b Natus in vrbe, & ab vrbe dictus Vrbicus.
c Triennio. erat itaque biennis & semestris. ep. 38. l. 6. b.
d Vbi vitæ filum incidetunt Parcæ.
e Blæsa, balbutiens, parentibus grata.
f Sic, vt fles & optas mihi vitam tibi superstitem fuisse, viuas vltra annos Nestoreos. *vel*. Sic, vt me fles, filius tuus quem tibi superstitem optares Nestoris annos superet.

Ad librum suum. XCVI.

Nosti si bene [a] Cæsium libelle,
Montanæ decus Vmbriæ Sabinum,
[b] Auli municipem mei [b] Pudentis:
Illi tu dabis hæc vel occupato.
Instent mille licet, premantque [c] curæ,
Nostris carminibus tamen vacabit.
Nam me diligit ille, proximumque
[d] Turni nobilibus leget libellis.
O quantum mihi nominis paratur!
O quæ gloria, quàm frequens amator!
Te conuiuia, te forum sonabit,
Ædes, compita, porticus, tabernæ.
[e] Vni mitteris, omnibus legêris.

a Vide Baptist. Fonteium de gente Cæsiâ. c. 20. & 21. vide & ep. 59 l. 9.
b De quo ep. 32 l. 1. & 49. l 5. & ep. 13 l. 4 &c.
c Negotia, studia.
d Satyrographi ex Aurunca. ep. 11. l. 11 & Sidonius carm. 9. Rutilius in Itinerario & Iuuenalis interpres vetus ad sat. 1.
e Cæsio Sabino.

Ad Castorem. XCVII.

Omnia, Castor, emis: sic fiet, vt omnia vendas.

Cùm vltra facultates omnia vis habere lauta ac nitida, multaque emis, adigêris tandem vrgente inopiâ ad omnia vendenda. Turnebus ait se in quibusdam exemplaribus reperisse hunc versum appensum. *Nil vxore tamen nudius esse potest.* dispice lector quàm conueniat. 25. l. 24 c.

Ad Crispinum. XCVIII.

a Iouem nostrum, Domitianum.
b AEgypti ciuitas. Crispinum autem fuisse AEgyptium iuratus testabitur Iuuenalis, cui sat. 1. dicitur *pars Niliacæ plebis & verna Canopi.*
c Palatina. supra ep. 54. c.
d Melius legit Turnebus 25. l. 24. c. *aude.* q. d.

SIc placidum videas semper, Crispine, [a] tonantem,
Nec te Roma minùs, quàm [b] tua Memphis amet,
Carmina [c] Parrhasia si nostra legentur in aula:
Namque solent sacra Cæsaris aure frui:
Dicere de nobis, vt lector candidus [d] audet,
Temporibus præstat non nihil iste tuis.
Nec [e] Marso nimium minor est, doctoque [e] Catullo.
Hoc satis est: ipsi cætera mando [f] deo.

Aude O Crispine, vt lectorem decet candidum, Cæsari legenti adspirare hoc eulogio: *Certè & hic Martialis est cui huius ornamentum, O Cæsar.* e De his ep. 71. & 77. l. 2. & 62. l. 1. f Domitiano. q. d. Tu tantum illi suggere: ipse Imp. mihi deus erit abundè beneficus. vide ep. 8. l. 5. b.

* *Ad Ponticum.* XCIX.

* *Tria quæ sequuntur epigrammata è veteri exemplari Anglicano transcripta pro legitimis ægrè agnoscentur. hoc sanè Martialis acumen parum sapit.*
g Patronos salutando.
h Magnus videri vis. *vel es magnus, malus, mutus, piscis.* Nequam magnus homo *ait Lucilius.*
i Ep. 61. supra. c.
* Dum magnus, cautus, pulcher, dulcis esse vis, nullus es.

POntice, [g] per reges discurris, & omnia lustras:
Magna quidē sequeris, Pōtice; [h] magnus homo es
Pontice, si qua facis, [i] sine teste facis, sine turba:
Non adhibes multos, Pontice, * cautus homo es.
Pontice, te celebrem formâ natura creauit:
Dignus eras Helenâ Pontice, * pulcher homo es.
Pontice, voce tua posses adamanta mouere:
Vox tua dulcè sonat, Pontice, * dulcis homo es.
Pontice, sic alios, sic te quoque decipit error:
Vis dicam verum, Pontice, * nullus homo es.

Ibidem de vetula. C.

Vide ep. 25. l. 6.

TActa places, audita places. si non videare,
Tota places: neutro, si videare, places.

—*Ibidem de Milone.* CI.

k Ager non habet colonum, vxor habet mœchum.

MIlo domi non est: peregrè Milone profecto
Arua vacant: vxor non minùs inde parit.
Cur sit ager sterilis, cur vxor lactitet, edam:
[k] Quo fodiatur ager non habet, vxor habet.

M. VAL





M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON. LIBER VIII.

IMperatori Domitiano Cæsari Augusto, Germanico, [a] Dacio Valerius Martialis salutem. Omnes quidem libelli mei, domine, quibus tu famam, id est, vitam dedisti, tibi supplicant: & puto [b] propter hoc leguntur. Hic tamen, qui operis nostri octauus inscribitur, [c] occasione pietatis frequentius fruitur. [d] Minùs itaq; ingenio laborandum fuit, in cuius locum materia successerat. quã quidem subinde aliqua iocorum mistura variare tentauimus: ne cœlesti verecundiæ tuæ laudes suas, quæ faciliùs te fatigare possunt, quàm nos satiare, [e] omnis versus ingereret. [f] Quamuis autem epigrammata seuerissimis quoque, & [g] supremæ fortunæ viris ita scripta sint, vt [h] nimiam verborum licentiam affectasse videantur: ego tamen illis non permisi tam lasciuè loqui, quàm solent, cùm pars libri & maior, & melior ad maiestatem sacri nominis tui allegata sit. [i] Meminerit [k] non nisi religionis purificatione [l] lustratus accedere ad templa debere. Quod vt custoditurum me lecturi sciant, in ipso libelli huius limine profiteri breuissimo placuit epigrammate.

a Al. Decico.
b Quòd tibi dicati sunt, quòd tu eos vita dignos censes.
c A bellis tuis & victorijs Dacicâ & Sarmaticâ argumenta sæpe petens.
d *Facile est ventis dare vela secundis, Fœcundumque solum varias agitare per artes, Auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa Materies niteat.* Manil. 3. Astr. & Callimach. de Apolline Ἐστι γὰρ εὔυμνος. τίς ἂν οὐ ῥέα φοῖβον ἀείδοι.
e Omne epigramma.
f Vide 4. epist. 4 l. & epist. 3. lib 5. Plinij Sec. sua excusantis hendecasyllaba.
g Al. *summæ.* h Al. *nimicam.* i Liber. k Tu Deus es. l. 5. ep. 8. 6. Dij autem non adeundi nisi à castis, puris, ab omni labe lustratis & περιρραινομένοις. l Al. *lustratos.*

Ad librum suum. I.

[a] LAurigeros domini liber intrature Penates,
Disce verecundo sanctius ore loqui.
[b] Nuda recede Venus: nō est tuus iste libellus.
Tu mihi, tu Pallas [c] Cæsariana veni.

a Palatium propter recentem victoriam Sarmaticam laureatam. quamuis & Augustas fores perpetua ornabat laurus.
b Verborum lasciuia quæ Veneri vel nudæ conueniant. c Cæs. Domitiani numen peculiare, quam deam superstitiosè coluit, seque eius filium haberi voluit. Suet. Dom. c. 4.

Ad Ianum. II.

[a] FAstorum genitor, parenſque Ianus
[b] Victorem modò cùm videret Iſtri,
[c] Tot vultus ſibi non ſatis putauit,
Optauitque oculos habere plures,
Et lingua pariter locutus [d] omni
Terrarum [e] domino, deoque rerum
Promiſit [f] Pyliam quater ſenectam.
Addas Iane [g] tuam pater rogamus.

a Librorum, qui ſingulorum annorum geſta continebant. a Iano autem temporum rectore auſpicium habent. ep.8 infra. b.
b Cum Domitianum a Sarmatis reducem videret.
c Duos, vel quatuor. Bifrons enim fingitur Ianus, vt qui annum elapſum reſpiciat, ſequentem proſpiciat. Immò & Quadrifrons, propter quatuor elementa vel quatuor anni tempeſtates. Seruius ad 8. AEn. & Fab. Pictor. d Binis vel quatuor linguis. vt modò, nota, c. e Domitiano. 5. l.8. ep. b. f Quatuor ætates Neſtoris, ex ore quaterno. id eſt 12. ſecula. g Immortalitatem. Ianus enim deus.

❡ *Ad Muſam.* III.

QVinque ſatis fuerant, vel ſex, ſeptemque libelli,
Et nimium: quid adhuc ludere Muſa iuuat?
Sit pudor, & finis. iam plus nihil addere nobis
Fama poteſt: teritur noſter vbique liber.
[a] Et cum rupta ſitu [b] Meſſallæ ſaxa iacebunt,
Altaque cùm [c] Licinî marmora puluis erunt:
Me tamen ora legent, & ſecum plurimus hoſpes
Ad patrias ſedes carmina noſtra feret.
Finieram, cùm ſic reſpondit [d] nona ſororum,
Cui coma, & vnguento ſordida veſtis erat:
Túne potes dulces ingrate relinquere * nugas?
Dic mihi, quid melius deſidioſus ages?
An iuuat ad tragicos [e] ſoccum transferre [f] cothurnos,
Aſpera vel [g] paribus bella tonare modis,
[h] Perlegat vt tumidus rauca te voce magiſter,
[i] Oderit & grandis virgo bonuſque puer?
Scribant iſta graues nimium, nimiumque ſeueri,
[k] Quos media miſeros nocte lucerna videt.
At tu Romano lepidos [l] ſale tinge libellos:
[m] Agnoſcat mores vita, legatque ſuos.
[n] Anguſta cantare licet videaris [n] auena,
[o] Dum tua multorum vincat auena tubas.

a Atque vbi inuidioſa vetuſtas in puluerem verterit marmoreas ædes vel potius ſepulchra. Sic enim loquitur Iuuenalis 10. Sat. v. 143. & huic conſonat noſter ep. 2. l. 10 ——
b —— M. Val. Coruini Meſſalæ oratoris clariſſ. & ——
c —— Licini ditiſsimi liberti Cæſ. Auguſti.
d Vna e nouem muſis, non tamé infima, Thalia, conuiuijs apta, vncta itaque pro more a balneis & ante conuiuia. vide ep. 8. l. 4. m.
* Epigrammata?
e Verſum humilem & leuem inſtar comicorum, quorum propriè eſt ſoccus.
f Ep. 20. l. 3, e.
g Verſibus heroicis.
h Melior lectio, *prælegat*. vti in ſcholis prælegunt & exponunt magiſtri Homerum, Virgilium & alios autores epicos.
i Tædio, vel propter pœnas irrogatas, ipſos execrentur amores diſcipuli. k Quos elucubrationes reddunt miſeros. l Ioc oſo acumine. m Epiſt. 1. lib. g. n Tenui carmine, ſiue verſum ſiue argumentum reſpicias. o Ep. 49 l. 4. l. & g.

Ad Cæſarem Domitianum. IV.

QVantus, io, Latias [a] mundi conuentus ad aras
[b] Suſcipit, & ſoluit pro duce vota ſuo!

a Ab omni orbis loco frequens populus ſupplicationis & gratulationis cauſa.
b Reus voti pro Imperatoris ſalute de anno præterito ſoluit vota, & noua vota nuncupat in annum proximum quæ oppido fiebant redeunte Domitiano menſe Ianuario.

Nam

Nam non hæc hominum [c] Germanice gaudia tantũ,
Sed faciunt [d] ipsi nunc puto sacra [d] dei.

c Ep.2.l.5 d.
d A te culti, seruati, temp̃ is donari. ep.1.l 5 nota l.& 4. ep.9.l.

Ad Macrum. V.

DVm donas, Macer, anulos [e] puellis,
[f] Desisti, Macer, anulos habere.

e A'. amicis. i. impuris fœminis, in quas aurum & opes effundis.

f Priuatus es equestri dignitate, cui insigne & ius annulorum *post cuncta nouissimus exit Annulus.* Iuu.11, sat.43.v.

¶ *In Euctum.* VI.

[a] ARchetypis vetuli nihil est [b] odiosius Eucti
[c] Ficta Saguntino [d] cymbia malo luto.
Argenti [e] furiosa sui cùm stemmata narrat
Garrulus, & [f] verbis mucida vina facit.
[g] Laomedonteæ fuerant hæc pocula mensæ,
Ferret vt hæc, muros struxit Apollo lyra.
[h] Hoc cratere ferox commisit prœlia Rhætus,
Cum Lapithis: [i] pugna debile cernis opus.
[k] Hi duo longæuo [l] censentur Nestore fundi:
[m] Pollice de Pylio trita columba nitet.
Hic scyphus est, [n] in quo misceri iussit amicis:
Largius Æacides, & bibit ipse merum.
[o] Hac propinauit Bytiæ pulcherrima Dido,
In patera [p] Phrygio cùm data cœna [p] viro est.
Miratus fueris cùm prisca toreumata multum,
[q] In Priami cyathis Astyanacta [r] bibes.

a Poculis primogenijs, originalibus & quæ ab ipsis dominis per tot seculorum series habere se iactat.
b Propter garrulam iactantiam, mendacem vanitatem, vilitatem noui vini in his appositi.
c Ep 46 l 4 i & 108.l.14.
d Pocula in cymbæ formam efficta. Macrob. Saturn. 5.l.c.21.
e Emendatiùs, *fumosa* i. caligine neglectæ vetustatis obducta Vt exponit Boethius 1.l. de Consol. philosophi, ita Cicero & Seneca *fumosas imagines* dixere & Iuuenalis, *fumosos equit cum magistris.*
f Dum per verbosam Eucti ostentationem poculorum, vinum effusum mucescit & vappa fit. g Hæc (inquit) fuerant Laomedontis pocula, vel ex auro illo quo pacti & conducti Neptunus & Apollo mœnia Troiana ædificarunt. h Meram, Ouidij 12. sed ibi Theseus cratere pugnat, Rhætus torre. i Magis placet hæc distinctio quàm vulgata illa, *pugna: debile cernis opus.* vt sit, poculum pugnâ & rixâ collisum battered. *dum primâ pocula pugnâ Missa volant.* k Hic est geminus ille crater & ἀμφικύπελλα Nestoris duos habens fundos, ansas quatuor & earum singulis insidentes 2. columbas, celebratus Homero Il. λ. Athenæo lib.11.cap.12. & cap.13. l In pretio habentur. m Quæ ansis sedebant columbæ aureæ, vsu tritæ fulgebant. n Quem Vlyssi, Phœnici, legatis Agamemnonis. Iliad. ϛ. propinauit Achilles. o Nota ex 1. AEneid. Virg. *Tum Bitiæ dedit increpitans*, & c. p AEneæ. q In vetustissimis poculis apponit nouum vinum. Torrentius de poculis nouis, quorum antiquitatem Euctus ementitus est, intelligit. Noti sunt Priamus senex & Astyanax filius Hect. puer. r Al. *bibis.*

In Cinnam. VII.

HOc agere est caussas, hoc dicere, Cinna, disertè,
Horis, Cinna, [a] decem dicere verba nouem?
Sed modò [b] clepsydras ingenti voce petisti
Quatuor: [c] ô quantum, Cinna tacere potes!

a Synecdoche finita.
b De his vide ep. 35. l. 6. a.
c Petisti, credo, tantum spatij, quo taceres, non diceres.

Ad Ianum. VIII.

PRincipium des, Iane, licet velocibus annis,
Et [a] reuoces vultu secula longa tuo.

a Supra ep. 2. 2. & c.

Te

b Vt tu, qui limina seruas, supplicibus aditum ad deos patefacias. Ouid. 1. Fast. *vel*, vt rerum omnium parentem & principium. ep. 28. l 10.

Te b primum pia c thura rogent, te d voce salutent:
 e Purpura te felix, te colat * omnis honos:
f Tu tamen hoc mauis, Latiæ quod contigit vrbi,
 Mense tuo reducem, Iane, videre deum.

c Al. *turba* i. populus plebs. vt infra ep. 15. d Al. *vota, salutet. Purp.* e Consules noui *quibus noua purpura fulget* vt ait Ouid. 1. Fast. *vel* Senatus & * omnis magistratus. sic Statius 4. Sylu. *turmaque, tribusque, Purpureique patres, lucemque à consule ducit Omnis honos.* f Nec tam tibi places O Iane, quod tuo mense ineat annus, inaugurentur consules, vota quilibet nuncupet: quam quod redeat iam Domitianus.

Ad Quinctum. IX.

Mora trahet damnum. Hylas qui modo lippus nouem de libra vncias tibi ô Quincte vel fœneratori vel ophthalmico volebat soluere, iam altero captus oculo 6. tantum vncias tibi prius 9. recusanti se ait soluturum. caue sis ne cæcus omnino factus tibi nihil reddat.

SOluere dodrantem nuper tibi, Quincte, volebat
 Lippus Hylas: luscus vult dare dimidium
Accipe quamprimum: breuis est occasio lucri.
 Si fuerit cæcus, nil tibi soluet Hylas.

De Basso. X.

g Tantuli? so good cheape.
h Al. *non soluet.* Immo quod maius est, non soluit. vel non est soluendo. vel furatus est.

EMit lacernas millibus decem Bassus,
 Tyrias coloris optimi, lucrifecit.
g Adeò bene emit ? inquis. immò h non soluit.

Ad Cæsarem Domitianum. XI

a A te magnificè extructam passim & ornatam.
b Germani Rheni fl. accolæ.
c Clamores & applausus in Circo. *Hyperbole satis vocalis & clamosa.*
d Applausus & acclamationes longæ, geminatæ & reboantes.
e E 25. spacijs à carceribus & 7 flexibus circa metas ad victoriæ palmam, populus dum tibi studet, in te oculos & mentem conuertunt omnes, non aduertit quatuor; quamuis alibi *nihil amplius optet quàm panem & Circenses* vt ait Iuuenalis. vide ep. 6. l. 7. h. f Nec teipsum, priusquam tui sensit desiderium, quod tibi reduci læti omnes testantur. g Etiamsi velit.

PEruenisse a tuam iam te scit b Rhenus in vrbem:
 Nam populi c voces audit & ille tui.
Sarmaticas etiam gentes, Istrumque, Getasque
 Lætitiæ c clamor terruit ipse nouæ.
Dum te d longa sacro venerantur d gaudia circo,
 e Nemo quater missos currere sensit equos.
Nullum Roma ducem, f nec te sic Cæsar amauit:
 Te quoque iam non plus, g vt velit ipsa, potest.

Ad Priscum. XII.

h Nolo subijci vxori, quæ propriè viro *nubere* dicitur. nolo dote libertatem vendere, γυναικὶ, ὃ δέσποιναν ἀντὶ δούλου ἐστὶ δοῦλος ὁ πένης Anaxandrides apud Stobæum. ep. 69. l. 10.

VXorem quare locupletem ducere nolim
 Quæritis ? h vxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit, Prisce, marito:
 Non aliter fuerint fœmina, virque pares.

Ad Gargilianum. XIII.

MOrio dictus erat: [i] viginti millibus emi.
Redde mihi nummos Gargiliane: [k] ſapit.

i Fatui iſti & moriones in pretio & deliciis erant apud diuites ad hilaritatem. vel, vt hodie apud noſtros fatuos diuites, vt ſit in ædibus aliquis domino ipſo ſtultior.
k Plus iuſto ſapit, i. plus quam fatuum & morionem vellem. vide ep. 210. l. 14.

In crudelem amicum. XIV.

[a] PAllida ne [b] Cilicum timeant pomaria brumam,
[c] Mordeat & [d] tenerum fortior aura nemus,
Hibernis obiecta notis [e] ſpecularia puros
Admittunt ſoles, & [f] ſine fæce diem.
At mihi cella datur, non tota clauſa feneſtra,
In qua [g] nec Boreas ipſe manere velit.
[h] Sic habitare iubes veterem crudelis amicum?
Arboris ergo tuæ tutior hoſpes ero.

a Ab iniuria ventorum & & frigoris. ep. 68 infra.
b Referas *Cilicum* ad arbores potius e Cilicia tranſlatas quam ad brumam.
c Nip.
d Stirpium teneriorum ſuccreſcentem ſyluam.
e Lapides pellucidi in tenues cruſtas fiſſi, quibus Romani in feneſtris vtebantur vt nos vitro. Senec. epiſt. 91. & lib. de Prouid. Diuina c. 4. Plin. l. 15. c. 16. Columell. l. 11. c. 3.
f Purum, abſque pulueris, venti aut atomorum turbine.
g Non ipſe horrens Septentrionis incola Boreas. *Emphaſis hyperbolica.*
h In hoc verſu quodque verbum eſt Emphaticum.

Ad Domitianum. XV.

DVm noua [a] Pannonici narratur gloria belli,
Omnis & ad reducem dum litat ara [b] Iouem:
[c] Dat populus, dat gratus eques, dat thura ſenatus,
[d] Et ditant Latias tertia dona tribus.
Hos quoq; ſecretos memorabit Roma triumphos,
[e] Nec minor iſta tuæ laurea pacis erit.
Quid tibi de ſancta credis pietate tuorum?
Principis eſt virtus maxima, [f] noſſe ſuos.

a Sarmatici.
b Domitianum.
c Supra ep. 8. c. d. e.
d Et a Domitiano datum populo tributim epulum infra ep. 50 propter relatam è bello Sarmatico lauream tertiam: bis enim antè de Cattis & Dacis triumphauerat. poteſt legi *Et donant Latiæ tertia dona tribus.* cum prius dixiſſet; omnis populus .i. omnes ordines dant thuris dona; ordo Senatorum, prima; ordo equeſter, ſecunda; ordo plebeius, tertia.
e Quod cum licuiſſet iuſtum agere triumphum, lauream tantum Ioui Capitolino maluit inferre.
f Beneuolos animos & amorem ſubditorum ſuorum erga ſe propter benemerita agnoſcere.

In Ciperum. XVI.

PIſtor qui fueras diu, Cipere,
Nunc cauſſas agis, & [g] ducenta quæris:
Sed conſumis, & vſque mutuaris.
A piſtore Cipere non recedis,
Et panem facis, & facis farinam.

g Opuleſcere vis & rem facere ex cauſsis. ſed nihilo tibi felicius nunc cedit forum quàm modò piſtrinum. namque vt ibi farinam pinſebas, deinde panem conficiebas, è cuius pretio rurſus farinam comparaſti, atque adeo in circulum laborans viuebas in diem: ita hic quæris deinde conſumis, rurſus mutuaris, &c.

Ad Sextum. XVII.

EGi, Sexte, tuam, pactus duo millia, caussam.
Misisti nummos quot mihi? mille. quid est?
[h] Narrasti nihil, inquis, & à te prodita caussa est:
[i] Tanto plus debes, Sexte, quòd erubui.

h Dicis me malè egisse & caussam prodidisse.
i In solatium dedecoris mei & iacturæ famæ quam ex causâ tuâ sustinui.

Ad Cirinium. XVIII.

SIc tua, Cirini, promas epigrammata vulgo,
* Vt mecum possis vel [a] prior ipse legi:
*Sed tibi tantus inest veteris respectus amici,
Carior vt mea sit, quàm tua fama tibi.
[b] Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci,
Pindaricos posset cùm superare modos;
Et Vario cessit Romani laude cothurni,
Cùm posset tragico fortius ore loqui.
[c] Aurum, & opes, & rura frequens donabit amicus:
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

* Bonâ ne hæc fide? an Ironicè? videtur sane & ex animo, propter exemplum Virgilij.
a Maiori laude quàm ego.
b Hâc modestiâ & amicitiâ inductus Virgilius cessit Horatio lyrici carminis laudem & Vario epici carminis. vel tragœdiæ gloriam, cùm illum Pindaricæ lyræ modis, hunc Sophoclei cothurni sublimitate vicisse potuit. Varium siquidem vt epicum & Mæonij alitis æmulum canit Horatius. od. 6. l. 1. ita Varij tragœdiam Thyesten cuilibet Græcorum comparat Quintilianus l. 10. c. 1. c Censu se alijs haberi inferiores ferunt non pauci: sed nemo fere est qui se altero minùs ingeniosum fateri velit.

De Cinna. XIX.

PAuper videri vult Cinna, & est pauper.

Cinna hic verè pauper, quasi dissimularet opes, ostentabat pannos & paupertatem vsque iactabat, vt stulti & ebrij simulare volunt non raro stultitiam & ebrietatem, cùm nil opus sit simulatione. vide ep. 33. l. 11.

Ad Varum. XX.

CVm facias versus nulla non luce ducentos,
Vare, nihil recitas: [d] non sapis, atque [e] sapis.

d Qui stans pede in vno in hora ducentos præcipitas versus, vitiosos sc. & ineptos qui tibi lutulento fluenti è bucca excidunt. e Qui non recitas malos illos versus, vnde tibi plus esset dedecoris quàm laudis.

Ad Luciferum. XXI.

[a] PHosphore redde diem; quid [b] gaudia nostra moraris?
Cæsare venturo, Phosphore, redde diem.
Roma [c] rogat, [d] placidi numquid te pigra Bootæ
Plaustra vehunt, lento quòd nimis [e] igne venis?
[f] Ledæo poteras abducere Cyllaron astro:
Ipse suo cedet nunc tibi Castor equo.

a Veneris stella, quæ Solis orientis prænuntia Lucifer dicitur, solem occidentem subsequens, Vesperus.
b Desiderium Cæsaris expectati & cum die vrbem ingressuri.
c Vt diem properes. d Cur tardè oreris acsi veheretis plaustro quod insequi videtur Arctophylax, signum tardum quia polo vicinum? ep. 3. l. 4 g. e Stellâ, luce. f Sumas licet Castoris equum illi a Mercurio donatum, & iam astris additum.

Quid

Quid [g] cupidū Titana tenes? [h] iam Xanthus, & Æthon
Fræna volunt: vigilat [i] Memnonis alma parens.
[k] Tarda tamen nitidæ non cedunt sidera luci,
Et cupit Ausonium Luna videre ducem.
Iam, Cæsar, vel nocte veni: [l] sint astra licebit,
Non deerit populo te veniente dies.

g Exoriri cupientem solem.
h Iam solis equi cursum gestiunt.
i Aurora.
k Stant stellæ, nec mouetur luna desiderio (credo) videndi Imperatorem Rom. redeuntem. l Ipse Cæsar sibi sol erit. gloriæque suæ fulgore lustrabit cœlum, vel manente noctis facie.

In Gallicum. XXII.

INuitas ad aprum, ponis mihi, Gallice, porcum.
Hybrida sum, si das, Gallice, verba mihi.

a Hybridam me esse innuis, dum apponis porcum hybridam. i. ex fero & mansueta natum. vel lege *Sim.* q. d. vtinam ego hybrida sim, nisi intelligam fucum mihi factum. sic Chærea Terentianus. *tum pol ego is essem qui assimularer, nisi*, &c. de hybrida vide ep. 39. l. 6. l.

Ad Rusticum. XXIII.

ESse tibi videor sæuus, nimiumque gulosus,
Qui propter cœnam, Rustice, cædo cocum?
Si leuis ista tibi flagrorum caussa videtur,
Ex qua vis caussa vapulet ergo cocus?

An quæso iniquum est si quis pendat pœnas eius quod deliquerit in suâ arte? tum sane iniquus esse viderer si delictum alicui artificij in illo punirem.

Ad Cæsarem Domitianum. XXIV.

SI quid fortè petam timido, gracilique libello,
[a] Improba non fuerit si mea charta, dato.
Et si non dederis, Cæsar, permitte rogari:
Offendunt nunquam thura, precesque Iouem.
Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille deos: [b] qui rogat, ille facit.

a Impudenter petax.
b Qui supplicat, qui adorat, qui rogat, ille numen inesse rogato fatetur; ita ego te Deum facio dum rogo. *Adulatoriè & parasitice.*

In Oppianum. XXV.

VIdisti semel, Oppiane, tantum
Ægrum me male: sæpe te videbo.

Ne mihi insultes quòd me semel ægrum vidisti, ego te sæpe; & vsque videbo morbo pallidum. vt ep. 3. l. 7.

Ad Cæs. Domitianum. XXVI.

NOn tot in Eöis timuit [a] Gangeticus aruis
[a] Raptor, in [b] Hyrcano qui fugit [c] albus equo;
Quot [d] tua Roma nouas vidit [e] Germanice tigres:
[f] Delicias potuit nec numerare suas.
[g] Vicit Erythræos tua, Cæsar, arena triumphos,
Et victoris opes, diuitiasque dei.
Nam cùm captiuos ageret sub curribus Indos,
Contentus gemina tigride Bacchus erat.

a Venator Indus non timet tot tigres in Orientalibus regionibus, quot, &c.
b Ex Hyrcania. *vel* non segniori quam sunt equi Hyrcani. *vel* in Hyrcania vbi venantur tigres non secus ac in India. vnde legi potest. *& Hyrcano.* vide ep. 18. lib. Spectac.
c Metu pallidus.
d Supra ep. 11. a. e Ep. 2. l. 5. d. f Spectacula. g Tuum amphitheatrum, O Cæsar, superat triumphum Bacchi reducis ex Indiâ, Persiâ & litoribus rubri maris deuictis (vide ep. 38. l. 5. c.) namque ille triumphauit geminâ tantùm inuectus tigride, tu pluribus.

Ad Gaurum. XXVII.

h Vt in bona tua succedat heredipeta ille. ep.63.l.6.

Munera qui tibi dat locupleti, Gaure, senique,
Si sapis & sentis, hic tibi ait, [h] morere.

❡ *De* * *Partheniana toga.* XXVIII.

* Donata Martiali à Parthenio qui Cæsari à cubiculis. ep.6.l.5.
a Docti sc. atque poetæ, vt ep.50.l.9.& ep.6 l.5.b. & ep.1.l.11.
b E cuiati vellere es? de laudatissimis lanæ generibus. ep.155.l.14.
c An à gregibus in pascuis Tarenti in Apulia, quam condidit Phalantus Lacedæmonius? ep.38 l.5.c.
d E Lacedæmone clarâ concubitu Iouis & Ledæ, Ledæque natis.
e Qua Galesus à Calabris ortus irrigat culta. ep.58. l.5.c.
f An ex Hispania, vbi Tartessi sunt quæ & Bætis aqua epota vestit oues nobili lanâ? Iuuenal. sat.12.v.41.
g An ab Altino nobili ouibus & lanâ prope Timauum multis ostijs in mare Adriaticum influentem? vt ep.25 l.4.h.
h *Pathos*. quasi lana aut ouis nosset numerum ostiorum Timaui, sintne 7 an 9.

DIc toga [a] facundi gratum mihi munus amici,
[b] Esse velis cuius fama, decusque gregis?
[c] Apula [d] Ledæi tibi floruit herba Phalanti,
[e] Qua saturat Calabris culta Galesus aquis?
[f] An Tartessiacus stabuli nutritor Iberi
Bætis in Hesperia te quoque lauit aqua?
[g] An tua multifidum [h] numerauit lana Timauum,
[i] Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit?
[k] Te nec Amyclæo decuit liuere veneno:
Nec Miletus erat vellere digna tuo.
Lilia tu vincis, nec adhuc delapsa ligustra,
Et [l] Tiburtino monte quod albet ebur.
[m] Spartanus tibi cedet olor, [n] Paphiæque columbæ;
Cedet Erythræis eruta [o] gemma vadis.
Sed licet hæc [p] primis niuibus sint æmula dona,
Non sunt [q] Parthenio candidiora suo.
Non ego prætulerim Babylonica [r] picta superbè
Texta, [s] Semiramia quæ variantur acu.
[t] Non Athamanteo potius me mirer in auro,
Æolium dones si mihi Phryxe [u] pecus.
[x] O quantos risus pariter spectata mouebit,
[y] Trita Palatina nostra lacerna toga!

i Cyllarus quidem vexit Castora, qui cum Argonautis Timauum prætervexit, vt ep.25 l.4. atque ipse Castor in sidus relatus est. cum vero dicat *ore astrifero*, malim de ipso Cyllaro in astrum verso intelligere. supra 21. ep.5. k Adeo eximiè candida es, vt non esses inficienda purpurâ Lacedæmoniâ nec Milesia. Amyclæ autem Laconiæ ciuitas est: Miletus Ioniæ in Asia. l Vide ep.62 l.4. m Cygnus, cuius speciem indutus Iup. compressit Ledam Spartanam. n Veneri quæ in Papho colitur dicatæ. o Margarita, &c. ep.38 l.5.c. p Intactis. q Parthenij, qui misit, animo. r Coloribus varijs radio intextis distincta. s Babylonica, a Semiramide regina Babylonis. In summo verò pretio erant tapetia & aulæa Babylonica. t Non mihi magis placeret vestis ex aureo vellere Phryxi, cui Athamas pater. u Vellus, πέκος, alij leg. *decus*. x O quantum tollent omnes cachinnum vbi viderint nouæ huic togæ mihi à Parthenio, qui in Palatio seruit Cæsari, missæ iniectam vilem meam & tritam lacernam? hinc apparet lacernas togis iniici solitas. y Al. *Cum Palatina nostra lacerna toga.*

De distichis. XXIX.

Habet quidem epigramma laudem suam a breuitate. & sunt qui distichon vel tetrastichon excedere oportere epigramma negant. Et tamen liber è distichis æquè liber est ac si ex longioribus epigr. compingeretur.

DIsticha qui scribit, puto, vult breuitate placere.
Quid prodest breuitas, dic mihi, si liber est?

De [a] spectaculo Scæuolæ. XXX.

[b] QVi nunc Cæsareæ lusus spectantur arenæ:
Temporibus Bruti gloria summa fuit.
Adspicis, vt teneat flammas, pœnaque [c] fruatur
Fortis, & attonito regnet in igne manus!
[d] Ipse sui spectator adest, & nobile dextræ
[e] Funus amat: [f] totis pascitur illa sacris.
[g] Quòd nisi rapta foret nolenti pœna, parabat
Sæuior in [h] laxos ire sinistra focos.
[i] Scire piget post tale decus quid fecerit antè:
Quam vidi, satis est hanc mihi nosse manum.

a Vide 7. ep. lib Spectac. Hîc damnatus quispiam, vt videtur ex 25. ep. 10. l. Scæuolam (de quo l. 1. ep. 22.) agens dextram foco immissam in Amphitheatro exurere sustinuit.
b Quod apud primos Romanos admirandæ erat & celebrandæ fortitudinis opus, nos iam per lusum fieri videmus.
c In laudem suam & quasi voluptatem vertat.

d *Eleganter & Emphaticè.* ipse per ocium, quasi illæsus & à manu suâ alienus spectauit dextram suam exuri. e *Metaphora elegans.* quasi viuam dextram rogo inferret. f Tanquam victima, exuritur. in arâ enim fecerat hoc Scæuola. g Namque amouendus erat fictitius hic Scæuola ab igne iussu Imperatoris; vt ille verus, regis. h Melius legitur. *lassos.* q. d. victos & fortitudini cedentes. i Non quærimus quænam scelera commiserit antè; illum fortem esse virum vel ex hoc apparet.

In Dentonem. XXXI.

[a] NEscio quid de te non bellè, Dento, fateris,
Coniuge qui ducta [b] iura paterna petis.
Sed iam * supplicibus [c] dominum lassare * libellis
Desine, & in patriam serus ab vrbe redi.
Nam dum tu longè deserta vxore, diuque
Tres quæris natos, [d] quattuor inuenies.

a Te parum esse virum, nec Veneri habilem.
b Ius trium liberorum. vide ep. 91. & 92. l. 2.
* Supplicationibus.
with petitions or requests.

c Imperatorem. d Ex adulterio vxoris. Milone peregrè profecto. ep. 101. l. 7.

De columba Aretullæ. XXXII.

AEra per tacitum delapsa sedentis in ipsos
Fluxit Aretullæ blanda columba sinus.
[a] Luserat hoc casus, nisi inobseruata maneret,
Permissaque sibi nollet abire fuga.
[b] Si meliora piæ fas est sperare sorori,
Et [c] dominum mundi flectere vota valent:
Hæc [d] à Sardois [e] tibi forsitan exulis oris,
Fratre reuersuro, nuncia venit auis.

a Casu aliquo velut ab accipitre acta videretur, nisi & in gremio Aretullæ mansisset.
b Si Aretullæ liceat ex hoc omine spem aliquam concipere.
c Domitianum.

d E Sardinia, vbi frater tuus, O Aretulla, exulat. e Felix augurium reuocatum iri fratrem tuum. vel nuncia est à fratre reuersuro. Atque alludit ad columbas ab Hirtio cum literis missas ad Brutum Mutinæ obsessum. Frontinus. l. 3. Stratagem.

¶ *Ad Paullum de Phiala.* XXXIII.

[a] DE [b] prætoricia [c] folium mihi, Paulle, corona
Mittis, & hoc phialæ nomen habere iubes.

a Phialam tenuis laminæ seu bracteæ, comparatam leuissimis quibuscunque rebus extenuat. Misisti mihi (inquiens) O Paule folium corollæ argenteæ pro Phialâ. b A prætore vel alio ludorum præfecto donata victori.

Hac fuerat nuper [d] nebula tibi [e] pegma perunctum,
Pallida quam rubri diluit [f] vnda croci.
[g] An magis astuti derasa est vngue ministri
Bractea, de fulcro quod reor esse tuo?
[h] Illa potest culicem longè sentire volantem,
Et minimi penna papilionis agi.
Exiguæ [i] volitat suspensa vapore lucernæ,
Et [k] leuiter fuso rumpitur icta mero.
Hoc linitur [l] sputo *Iani [m] caryota *Calendis,
Quam fert cum paruo sordidus asse cliens.
Lenta minùs gracili crescunt [n] colocasia filo:
[o] Plena magis nimio lilia Sole cadunt.
[p] Nec vaga tam tenui discursat aranea tela:
Tam leue nec bombyx pendulus vrget opus.
[q] Crassior in facie vetulæ stat creta Fabullæ:
Crassior [r] offensæ bulla tumescit aquæ.
Fortior intortos seruat [s] vesica capillos,
[t] Et mutat Latias spuma Batava comas.
[u] Hac cute Ledæo vestitur pullus in ouo:
[x] Talia lunata splenia fronte sedent.
Quid tibi cum phiala, [y] ligulam cùm mittere possis?
Mittere cùm possis vel [z] cochleare mihi?
Magna nimis loquimur, [z] cochleā cùm mittere possis:
Denique cùm possis mittere, Paulle, [z] nihil.

c Coronæ effingebantur ex auro argentoque in tenuissimas bracteas diducto vel folia vel flores vel florum caliculos exprimente. Plin.22.c.2.
d Tenui & subtili auri argētiue folio. gold-foile or silver-foile. quo inducta ornabantur pegmata, de quibus—
e—2. Ep. lib. Spectac. f.
f Aspersio è croco misto dulci vino. ep.3. lib. spect. K. dilutis autem pegmatis euanescebat folium aureum ceu argenteum instar nebulæ.
g An potius est hæc phiala è bracteâ argenti quam seruus aliquis furax derasit à pede lecti tui? huiusmodi verò bracteis è ligno, ebore, auro, argento, testudine lectos ornare moris erat. Sueton. Calig. c.32.
h Ita leuis est vt vel à papilionis culicis-ve prætervolantis aëre impulso, etiā à longè agitetur. *Hyperbole.*
i Ob leuitatem, vel lucernæ suspensa auolat à vapore lucernæ agitata. k Cedit, fatiscit, si vel leui manu infuderis merum. l Tenui corio, crusta, vel tectorio; exponit Ios. Scal. ad 1. l. Tibul. An forte in deaurādo sputo vtebantur vice gummi? * Ianuarijs Calend. vbi xenia mittuntur patronis. m Palmæ fructus. ep.27. l.13. n Fabæ AEgyptiacæ, quæ coctæ vel manducatæ tenduntur vt fila. ep.57. l.13. o Folia liliorum ab ardore Solis decidentium sunt crassiora quàm tua phiala. p Araneorum & bombycum telæ non sunt adeò subtiles. q Fucus ceu incrustamentum faciei supertectum è cretâ Chiâ vel Selinusiâ. r Percussæ, agitatæ. vnde oritur bulla. s Reticulum tenue instar vesicæ. a call. t Nec crassior est ph. quam spuma smegmatis ceu lixiuij quo Germani ruffabant crines, & ab his idem doctæ Romanæ fœminæ. u Oua cygnea habent cutim æquè densam. x. splenia, emplastra quæ ad splenis formam adhibentur fronti sunt æquè spissa. ep.29. l.2. n. y Gladiolum, spathulam, vel paruam quandam mensuram ex argento. ep.120. l.14. z Gradatim descendendo extenuat Paulli munus.

In iactatorem. XXXIV.

[a] ARchetypum [b] Myos argentum te dicis habere.
[c] Quod sine te factum est, hoc magis archetypum est.

a Ep.6. supra. a.
b Sculptoris & artificis nobilis.
c Si tu molestus ostentator absis, inquit Turnebus. l.21. c.24. *vel*, quod factum est ante te natum, vel à quouis alio, & non à te, quod soles, adulteratum.

In pessimos coniuges. XXXV.

CVm sitis similes, paresque vita,
Vxor pessima, pessimus maritus,
Miror, non bene conuenire vobis.

Cùm plurimùm ad amorem valeat morum similitudo, vel inter malos.

Ad

Ad Cæsarem Domitianum. XXXVI.

REgia [a] pyramidum, Cæsar, miracula [b] ride:
Jam tacet [c] Eöum barbara [d] Memphis opus.
Pars quota [e] Parrhasiæ labor est [f] Mareoticus aulæ?
Clarius in toto nil videt orbe dies.
[g] Septenos pariter credas assurgere montes:
Thessalicum breuior Pelion Ossa tulit.
[h] Æthera sic intrat, nitidis vt conditus astris
Inferiore tonet nube serenus apex.
[i] Et prius [k] arcano satietur lumine Phœbi,
[l] Nascentis Circe quàm videt ora [l] patris.
Hæc Auguste tamen, quæ vertice sidera pulsat,
Par domus est cœlo: sed [m] minor est domino.

a Ep. 1. lib. spect. b.
b Præ tuis, contemne.
c In AEgypto, quæ Orientem à Meridie spectat.
d Nobilissima AEgypti ciuitas, pyramidibus clara. ep. 1. lib. spect.*
e Palatinæ. l. 7. ep. 54. c.
f AEgyptiacus, à palude Mareotide.
g Septem turres palatij erectas instar montium illorum quos congestos feruntur gigantes in cœlum struxisse.
h Ita aula summum caput inter nubila condit, & sub se videt Iouem tonantem & meteora mediæ regionis aëris. i Et fastigium aulæ illustretur totum sole prius quàm cacumen montis Circes. k Quod alios vbique latet. l Orientis Solis, cuius filia Circe. m *Adulatoriè.* Sic Papinius Sylu. 4.

Ad Polycarmum. XXXVII.

QVòd Caietano reddis, Polycarme, tabellas,
Millia te centum non tribuisse putas?
Debuit hæc, inquis. tibi habe, Polycarme, tabellas,
Et Caietano millia crede duo.

Nihil donas Caietano, qui reddis illi chirographum quo agnoscit se tibi debere M.C. (vel vt alij, *millia tercentum,*) cui quidem æri non est soluendo: immo serua syngrapham & da illi II M. Hoc si feceris te aliquid donasse dicemus. vide ep. 105. l. 9.

Ad Meliorem. XXXVIII.

[a] QVi præstat pietate pertinaci
Sensuro bona liberalitatis,
Captet forsitan, aut vicem reposcat.
At si quis dare [b] nomini relicto
Post Manes, tumulumque perseueret,
[c] Quærit quid nisi parcius dolere?
Refert sis bonus, an velis videri.
Præstas hoc, Melior, sciente fama:
[d] Qui sollennibus anxius sepulti
Nomen non finis interire Blæsi,
Et de munifica profusus arca
Ad natalitium diem colendum
Scribarum memori piæque turbæ
Quod donas, facis ipse [e] Blæsianum,
Hoc longum tibi vita dum manebit,
Hoc & post cineres erit tributum.

a Qui munera viuis donat, maiora munera vel hereditatem captare videatur.
b Mortuo.
c Quid quærit nisi dolorem suum consolari & mitigare largitione piâ?
d Qui in memorem Blæsi pueri tui defuncti celebras natalem illius quotannis, largitus scribis munera, è quorum numero & ipse Blæsus erat.
e Festum nomine Blæsi & in illius gratiam. vnde tibi præsens gloria, nec minùs superstes. de Atedio Meliore, ep. 28. l. 6. & Papin. sylu. 2. vide & 17 epist. l. 1. Plin. Sec. & 9. epist. 9. l.

Ad Domitianum. XXXIX.

a De aulâ hac Palatinâ supra ep. 36.
* Imperatoris Domit. dei & immortalis.
b Serus cœlum adeas, diuque nobis intersis.
c At si properas O Iup. habere Domitianum conuiuam, tu potius veni ad eum, quàm ille ad te.

QVi [a] Pallatinæ caperet conuiuia mensæ,
* Ambrosiasque dapes, non erat antè locus.
Hîc haurire decet sacrum, Germanice * nectar,
* Et Ganymedea pocula mixta manu.
[b] Esse velis, oro, serus conuiua tonantis.
[c] At tu si properas Iuppiter, ipse veni.

Ad Priapum. XL.

a Vitis, vineæ.
b Namque è ligno es & nisi syluam custodias, deficiente in focum ligno, ipse tu combureris.

NOn horti, neque [a] palmitis beati,
Sed rari nemoris, Priape, custos,
Ex quo natus es, & potes renasci,
Furaces, moneo, manus repellas,
Et syluam domini focis reserues.
[b] Si defecerit hoc, & ipse lignum es.

¶ *Ad Faustinum.* XLI.

Athenagoras excusat se, inquiens; mihi quidem dolet me nullum munus tibi misisse hoc Decembri & his Saturnalibus. *Angl.* I am sorrie that &c. nescio sane *respondet poëta* an ille doluerit; ego certe doleo me nihil accepisse.

TRistis Athenagoras non misit munera nobis,
Quæ medio brumæ mittere mense solet.
An sit Athenagoras tristis, Faustine, videbo:
Me certè tristem fecit Athenagoras.

Ad Mathonem. XLII.

a Ep. 7. l. 3 a. c.
b Non transtulerit corruptum nidore maioris culinæ ad cœnas diuitum.
c De meâ sportulâ. d Et à balneis cœnes.

SI te [a] sportula maior ad beatos.
[b] Non corruperit, vt solet: licebit
[c] De nostro, Matho, centies [d] laueris.

¶ *In Fabium & Christillam.* XLIII.

a Ad rogum & sepulchrum.
b Ad distinctionem à nuptiali.
c *Metaph. ab arenâ.* Congrediantur tandem victor hic vxorum, victrix illa maritorum, matrimonio iuncti, vt videamus vter vicerit, vel an vterque fortiter quasi mutuis vulneribus occubuerit. d Feretrum. Libitina autem Romanis dea præses mortis, in cuius æde quæ ad sepulturam pertinent, vendebantur, estque eadem cum Venere. Plutarch. probl.

[a] Effert vxores Fabius, Christilla maritos;
[b] Funereamque toris quassat vterque facem.
Victores [c] committe Venus, quos iste manebit
Exitus, vna duos vt [d] Libitina ferat.

¶ *Ad Titullum.* XLIV.

TItulle moneo,[a] viue semper: [b] hoc serum est:
[c] Sub pędagogo cœperis licet, serum est.
At tu miser, Titulle, nec senex viuis;
Sed [*] omne limen conteris salutator,
Et mâne sudas vrbis osculis vdus,
Foroque [d] triplici sparsus ante [e] equos omneis,
2 Ædemque Martis, & 3 colosson Augusti
Curris per omnes [f] tertiasque, quinctasque.
Rape, congere, aufer, possíde: relinquendum est.
Superba densis arca palleat nummis,
Centum explicentur paginæ [g] Calendarum:
Iurabit heres, te nihil reliquisse,
Supraque pluteum te [h] iacente, vel saxum,
[i] Fartus papyro dum tibi torus crescit.
[k] Flentes superbus basiabit eunuchos,
Tuoque [k] tristis filius, velis nolis,
Cum concubino nocte dormiet prima.

a Genialiter. ep. 16. l. 1.
b Hac ætate.
c Etiamsi cœpisses à puero.
* Ep. 79. l. 4.
d Ep. 38. l. 3. a.
e Equites, inquiunt, & iudices equestris ordinis. sed quid si designet *tria fora*? 1. *vetus*, in quo equi. i. statuæ equestres. 2. *C. Iulij. Cæs.* ad ædem Martis. 3. *Augusti*. vbi Colossus & bibliotheca Augusti.
f Decuriasne iudicum, quæ primo tres, quibus Augustus quartam, Caligula quintam adiecit? An tabernas diuerso ordine vel tempore extructas?
g Debitorum, à quibus vsuræ singulis Calendis exigebantur.
h Exporrecto, composito. i Dum apparatur tibi torus funereus, in quo efferaris ad rogum. qui papyro, vel (vt Ios. Scal. ad Guilandinum vult) fari Tusco farciebatur. ep. 97. l. 10. k In medio funeris tui luctu.

Ad Flaccum. XLV.

PRriscus ab [a] Aetnæis mihi, Flacce, Terentius oris
Redditur: hanc lucem [b] lactea gemma notet.
[c] Defluat, & lento [d] splendescat turbida limo,
Amphora [e] centeno consule [f] facta minor.
[g] Continget nox quando meis tam candida mensis?
Tam iusto dabitur quando calere mero?
[h] Cùm te, Flacce, mihi reddet Cytherea Cypros,
Luxuriæ fiet tam bona caussa meæ.

a Sicilia, in qua AEtna.
b Albus calculus. sumpt. à Thracum more qui faustos dies albis lapillis, infaustos nigris computarunt. ipsa margarita vice albi calculi. sic ep. 38. l. 10. b. & 34. l. 12.
c Promatur.
d An ex motu primùm turbidum esse vinum, mox residente fæce clarescere & attenuari intelligemus? an derasam interioris notæ amphoræ fuliginem & situm annis contractam. vide Sat. 5. Iuuen. 33. v. e Annosum itaque vinum & seculare. vide ep. 27. l. 1. e. f Dum exhauritur. g Ecquando iterum erit mihi æque iusta conuiuij caussa? certè——h——Vbi idem Flaccus redierit ex Cypro, Veneri, quæ in Cytheris quò mari nata appellebat colitur, sacratâ.

Ad Castum puerum. XLVI.

QVanta tua est probitas, quãta est præstãtia formę.
Ceste puer, puero [a] castior Hippolyto!
Te secum [b] Diana velit, doceatque [c] natare:
[d] Te Cybele secum vellet habere Phryga,
Tu [f] Ganymedeo poteras succedere lecto,
[g] Securus domino basia sola dares.

a Vide argumentum Hippolyti Senecæ trag.
b Ipsa castitatis dea.
c Inter nymphas suas neque oculis tuo alsiceetur vt quondam Actæonis.
d Te potiùs Aty Phrygio præferret Cybele. e Al. mallet. f Ep. 56 l. 5. g Non suspectus Iunoni, nec zelotypam deam vrens.

Felix quæ tenerum vexabit ſponſa maritum,
Et quæ te faciet prima puella virum.

In variè ſe tondentem. XLVII.

PArs maxillarum tonſa eſt tibi, pars tibi raſa eſt,
Pars vulſa eſt: [b] vnum quis putet eſſe caput?

b Quod vulſurâ fœminam, tonſurâ iuuenem, raſurâ virum præ ſe fert.

De abolla Criſpini. XLVIII.

NEſcit cui [a] dederit [b] Tyriam Criſpinus [c] abollam,
Dum mutat cultus, induiturque togam.
Quiſquis habes, humeris ſua munera redde precamur.
Non hoc Criſpinus te ſed [d] abolla rogat.
Non quicunque capit ſaturatas murice veſtes,
Nec niſi [e] delicijs conuenit iſte color.
Si te præda iuuat [f] fœdique inſania [f] lucri,
Quo poſſis [g] meliùs fallere, ſume [h] togam.

A Tenendam.
b Purpurâ è Tyro imbutam.
c Pallium duplicatum.
d Quæ tibi non conuenit, furemque prodet.
e Lautioribus & delicatis.
f Furti.
g Tutius furari, furtum celare. λανθάνειν.
h Hac melius latebis.

De Aſpro. XLIX.

[k] FOrmoſam planè, ſed cæcus diligit Aſper.
Plus ergo, vt res eſt, quàm videt Aſper, amat.

k Quam tamen non videt. *Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ.* Iuuen. ſat. 4. v. 114. de Catullo Meſſalino.

Ad Cæſ. Domitianum. L.

[a] QVanta Gigantei memoratur menſa triumphi,
Quantaque nox ſuperis omnibus illa fuit,
Qua bonus accubuit genitor cum [b] plebe deorum,
Et licuit Faunis poſcere vina Iouem:
[c] Tanta tuas celebrant, Cæſar, conuiuia laurus:
Exhilarant ipſos gaudia noſtra deos.
Veſcitur omnis eques tecum, populuſque patreſque,
Et capit [d] ambroſias cum duce Roma dapes.
Grandia * pollicitis quanto maiora dediſti!
Promiſſa eſt nobis [e] ſportula, [e] recta data eſt.

a Quantum conuiuium Iupiter præbuit Dijs relatâ de gigantibus victoriâ, &c.
b *Eſt quoque plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Lareſque, Fluminaque & Nymphæ, ſemideùmque genus.* Ouid. in Ibin.
c Tanta eſt lautitia eius conuiuij, quod tu O Domitiane dediſti Senatui, equitibus, plebi, poſt lauream à Sarmatis Ioui illatam. ſupra. ep. 15. d.
d Ab Imp. Domitiano deo. ep. 8. l. 5. b. datas. * Al. *pollicitus.* e Ep. 7. l. 5.

❡ *De phiala Rufi.* LI.

[a] QVis labor in phiala? docti Myos, anne Myronis?
Mentoris hæc manus eſt, an Polyclete tua?
[b] Liueſcit nulla caligine fuſca, nec odit
Exploratores nubila maſſa focos.

a Cuius artificis opus eſt hæc phiala mihi à Rufo miſſa? Myoſne, Myronis, Mentoris, an Polycleti? cælatorum, de quib. Plin. 33. l. 12. c.
b Pura nitet, neque habet maculam aut ſitum contractum vnde quis ſuſpicetur eam non eſſe puri metalli, immò nec metuit in igne explorari.

c Vera minus flauo radiant electra metallo,
Et d nimium felix e pustula vincit ebur.
f Materiæ non cedit opus: g sic alligat orbem,
Plurima cùm tota lampade Luna nitet.
h Stat caper Æolio Thebani vellere Phryxi
Cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror.
Hunc nec i Cinyphius tonsor violauerit, & tu
k Ipse tua pasci vite Lyæe velis.
Terga premit pecoris geminis l Amor aureus alis:
Palladius tenero m lotos ab ore sonat.
Sic n Methymnæo gauisus o Arione delphin
Languida p non tacitum per freta vexit onus.
q Imbuat egregium digno mihi nectare munus
Non grege de domini, sed tua Ceste manus.
Ceste, decus mensæ, misce r Setina: videtur
Ipse s puer nobis, ipse sitire t caper.
Det u numerum cyathis Instantis litera Rufi:
x Auctor enim tanti muneris ille mihi.
Si Theletusa venit, promissaque gaudia portat:
Seruabor dominæ, Rufe, triente tuo.
Si dubia est, z septunce trahar: si fallit amantem,
* Vt iugulem curas, ∴ nomen vtrumque bibam.

c Phiala hæc ex electro factitio, mista sc. auro quintâ argenti portione, superat colore verum succinum vel electrum illud metallicum in ipsis venis & fodinis mistum.
d Al. *Niueum*.
e Argentum purum putum, pustulatum. ep. 85 l. 7. e.
f *Materiam superabat opus*. Ouid. 2. Met.
g Formâ & nitore refert plenam lunam.
h Prominet cælatus in phialâ caper, quo mallet vehi Helle quam illo qui Phryxum filium Athamantis regis Thebanorum cui AEolus pater, pontum transfretauit.
i Ep. 94. l. 7. g. & K.
k Capri cælabantur in calicibus & victimæ statuebantur Baccho quód vineis nocebant. huic tamen tam affabrè formato ipse Bacchus parceret, eumque pasceret sua vite. ep. 39. l. 13.

l Cupido. m Tibiæ genus è Loto arbore quæ nascitur in Libya iuxta Palladis lacum. Ad tibiarũ cantus expetitur. Plin. 13. l. 17. c. Athenæus 4. l. 25. c. φώτιγξ Alexandrinis dictæ. vide Brodæi Misc. 25 2. lib. n In Methymna, quæ vrbs Lesbi est, nato. o Vide Strabon. 16. l. cap. vlt. A. Gell. 16. l. 19. c. Herodot. 1. &c. p Vocalem, lyra canentem Ariona. q Non quiuis è vilibus seruis mihi imbuat *Angl.* season hanc phialam pretioso vino & tam nobili phialâ digno. r Vina è Setia vrbe Campaniæ. s Cupido, qui effingitur in phiala capro vectus. t Cupidinem gestans, supra h & k. u De hoc more bibendi ad numerum literarum nominis vide ep. 72. l. 1. & Opsopœum ad ep. Ἔγχει Λυσιδίκης κυάθους δέκα. 7. l. Anthol. x Ille enim mihi muneri misit hanc phialam. y Si expectanda sit amica, parciùs bibendum. vt ep. 107. l. 1. contentus itaque ero quatuor cyathis. i. triente. vt ep. 28. l. 1. b. ad numerum tui nominis O *Rufe*. z Ad numerum literarum prænominis tui O *Instans*. * *Elegans Metaph.* vt conficiam curas, affectus & amores quæ sæpe cruciant, strangulant & iugulant homines. & hoc ex præcepto Ouidij 2. de Remedio Am. *ebrietas tanta sit, vt tibi curas Eripiat.* vide ep. Βάκχου μέτρον ἄριστον ὃ μὴ πολὺ μηδ' ἐλάχιστον, &c. 2. l. Anthol. 47. c. ∴ Numerum vtriusque nominis, τοῦ *Rufe* & *Instans*. i. vndecim cyathos.

Ad Ceditianum. LII.

TOnsorem puerum, sed arte talem.
Qualis nec a Thalamus fuit Neronis,
b Drusorum cui c contigêre barbæ,
Aequandas semel in genas rogatus
Rufo, Ceditiane, commodaui.
d Dum iustus repetit pilos eosdem

a Tonsor Neronis. ex lapide Romæ in æde Mariæ, Lips. 1. l. epist. Quæst. 5.
b Familiæ Neronis, cui cognomen addebatur AEnob: tibi i Domitio. vide rationem apud Plutarchum in AEmylio Dion. 6.
c Tondendæ, radendæ, æquandæ. d Dum immodico elegantiæ studio curâque ad speculi censuram omnem pilum iterum atque iterum castigari vult, &c.

Censura

Censura speculi manum regente:
[e] Expungitque cutem, facitque longam
Detonsis [f] epaphæresim capillis:
[g] Barbatus mihi tonsor est reuersus.

e Al. *Expingitque*. vt ep. 82. l. 7.
f Non simul sed lentâ detonsione, ab ἐπαφαιρέω *insuper detraho*.
g Detentus est tamdiu in opere, ep 82. l. 7. vt iocetur poëta redijsse barbatum? An forte longam passus est Hyli noctem, de qua vide ep 7. l. 4?

In Catullam. LIII.

[a] FOrmosissima quæ fuere, vel sunt,
Sed [b] vilissima quæ fuere, vel sunt,
O quàm te fieri, Catulla, vellem
Formosam minùs, aut magis pudicam!

a Fœminarum.
b Quia prostituta omnibus.

Ad Cæsarem Domitianum. LIV.

MAgna licet toties tribuas, maiora daturus
[c] Dona [d] ducum victor, [e] victor & ipse tui:
Diligeris populo non propter præmia, Cæsar,
Propter te populus præmia, Cæsar, amat.

c Spectacula, epulas, munera, congiaria, &c. Sueton. Domit.
d Regum Sarmatarum, Dacorum. &c.
e Et qui teipsum indies virtute & benignitate superas.

Ad eundem, de leone. LV.

AVditur quantum [a] Massyla per auia murmur,
Innumero quoties sylua leone [b] furit,
[c] Pallidus [d] attonitos ad plena mapalia pastor
Cum reuocat tauros, & [d] sine mente pecus:
[e] Tantus in Ausonia fremuit modò terror arena.
Quis non esse gregem crederet? vnus erat.
[f] Sed cuius tremerent ipsi quoque iura leones,
[f] Cui diadema daret [g] marmore picta Nomas.
O quantum per colla decus, quem spargit honorem,
[h] Aurea lunatæ cum stetit vnda iubæ!
[i] Grandia quàm decuit latum venabula pectus,
Quantaque [k] de magna gaudia morte tulit!
Vnde tuis Libye tam felix gloria syluis?
[l] A Cybeles numquid venerat ille iugis?
An magis [m] Herculeo Germanice misit ab astro
Hanc tibi vel [n] frater, vel pater ipse feram?

a Per deserta Africæ. Massylia autem Libyæ pars est.
b Fremit, rugitu reboat.
c Metu.
d Metu stupidos atque ἐκφρονας ob rugitum leonum.
e Non minore rugitu fremuit nuper leo terribilis in Rom. Amphitheatro.
f Sed talis, cui regnum & summum ius cederent cæteri leones vt leoni feræ cæt.
g Marmore clara Numidia. Numidæ prius Nomades dicti a νέμω. Salust. & Plin 5 l.
h Cum iuba horreret intorta ad modũ mediæ lunæ.
i Quàm par fuit grandi venabulo? k Ab ipso imperatore C[illegible] Glabrione vel alio nobili bestiario cæsus. l Ab Ida vel alio Phrygiæ monte cui præest Cybele a qua leonibus currus vecta? m Ep. 57. l. [illegible] n Titus vel Vespasianus in deos relati.

[illegible]

Ingenium sacri miraris abesse Maronis,
Nec quemquam tanta bella sonare tuba.
Sint [b] Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.
[c] Iugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat & abductas [d] Tityrus æger oues.
Risit [e] Tuscus eques, paupertatemque malignam
Reppulit, & celeri iussit abire fuga.
Accipe diuitias, & vatum maximus esto:
Tu licet & [f] nostrum, dixit, [g] Alexin ames.
Adstabat domini mensis pulcherrimus [h] ille,
[i] Marmorea fundens nigra Falerna manu,
Et libata dabat roseis carchesia labris,
Quæ poterant ipsum solicitare Iouem.
[k] Excidit attonito pinguis Galatea poëtæ,
Thestylis & rubras messibus vsta genas:
Protinus [l] Italiam concepit & [m] arma, virumque,
Qui modò vix [n] Culicem fleuerat ore rudi.
Quid Varos, Marsosque loquar, ditataque vatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor?
Ergo ero Virgilius, si munera Mæcenatis
Des mihi? [o] Virgilius non ero, [p] Marsus ero.

b Qui foueant poëtas, quod fecit C. Cilnius Mæcenas.
c Vide Virgilij vitam & eclog. 1 & 9 vnde hoc hemistich. *miseræ vicina Cremonæ*.
d Virgilius sub persona Tityri. ecloga 1.
e Mæcenas regibus Etruscis oriundus.
f Pollionis tamen fuisse hunc puerum adstruit Apuleius. Apol. 1. & Donatus.
g Notum ex ecloga 2. Virg.
h Alexis vel Alexander.
i Candenti purius Pario marmore. & αἰπί θετ[illegible] *nig: a Fal.*
k Exciderunt illi Bucolica, non amplius scripsit humilia carmina de Galatea & Thestyli sole perusta.
l Historiam Italiæ & Romani nominis ducti ab AEnea. m Libros AEneidos, cuius initium *Arma virumq; cano, &c.* n Poëmation de Culice. o Non ero clarissimus epicus. ero clarus, vt spero, epigrammatographus. p Poëta epigrammatarius. l. 2. ep. 71. b. & 98. l. 7. Alij leg. *Marcus*. i. Martialis non minoris in meo genere nominis quam suo Virgilius.

De Picente. LVII.

TReis habuit dentes, pariter quos exspuit omnes
Ad tumulum Picens dum sedet ipse suum.
[q] Collegitque sinu fragmenta nouissima fracti
Oris, & aggesta contumulauit humo.
Ossa licet quondam defuncti non legat heres.
Hoc sibi iam Picens præstitit officium.

q Alludit ad veterum morem colligendi ossa. de quo vide quæ nos ad vers. 797. Troadis Senecæ: nec non ad id quod lib. 8 c. 5. Quintil. *Infelicissima fœmina, nondum extulisti filium & iam ossa legisti, &c.*

In Artemidorum. LVIII.

CVm tibi tam crassa sint, Artemidore, lacernæ,
Possim te Sagarum iure vocare meo.

a Qui nomen habes ἀπὸ τῆς τῆς ἀρτεμίδος, ac si tenuissima Mineruæ tela indueteris: cum tamen lacernis vestiaris non minus crassis quam sunt saga, Sagarium ego te pro Artemidoro vocabo.

In luscum furem. LIX.

ADspicis hunc [a] vno contentum lumine, cuius
[b] Lippa sub attrita fronte [b] lacuna patet:

a Cui vnus sufficit ad furta oculus.
b Cauea oculi sfillans.

Ne contemne [c] caput, nihil est furacius illo:
　Non fuit [d] Autolyci tam [e] piceata manus.
Hunc tu conuiuam cautus [f] vitare memento:
　Tunc furit, atque oculo luscus vtroque videt.
Pocula [g] soliciti perdunt, [h] ligulasque ministri,
　Et latet in tepido plurima mappa sinu.
Lapsa nec à cubito subducere pallia nescit,
　Et tectus lænis sæpe duabus abit:
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
　Erubuit fallax, ardeat illa licet.
[i] Si nihil inuasit, puerum tunc arte dolosa
　Circuit, & soleas surripit ipse suas.

c Hominem, vt Græci κεφαλὴν. vel simpliciter, caput vnoculum noli credere inutile aut innocuum.
d Mercurij filij patri furtis simillimi. Iliad. κ.
e Cui adhæreant tacta. viscata manus. *Angl.* **euery finger a lime-twig.**
f Al. *seruare*. i. obseruare.
g Qui quâm solicitè custodiunt.
h Ep. 33 supra. y. & infra 71. ep. f.
i Si nihil aliud est quod furetur, puero suo qui ad pedes custodit depositas, soleas suas surripit, ne desuetæ manus artem dediscant. **to keepe his hands in vse.**

*In * Claudiam.* LX.

SVmma Palatini poteras æquare Colossi,
　Si fieres breuior, Claudia, sesquipede.

* Longoliam aliquam fœm. quam poëta per Hyperbolen iocatur excedere staturâ altissimum Romæ Colossum. ep. 2. lib. Spect. d.

In Carinum. LXI.

[a] Liuet Carinus, rumpitur, furit, plorat,
Et quærit altos, vnde pendeat, ramos:
Non iam quòd orbe cantor, & legor toto:
Nec [b] vmbilicis quòd decorus, & [c] cedro
Spargor per omnes, Roma quas tenet gentes:
Sed quòd sub vrbe rus habemus æstiuum,
Vehimurque mulis [d] non vt antè conductis.
Quid imprecabor, ô Seuere, liuenti?
Hoc opto, [e] mulas habeat, & suburbanum.

a Inuidiâ. vide ep. 77. l. 4. & l. 6. ep. 61.
b Ep. 67. l. 1. m.
c Ep. 2. l. 3. h.
d Sed meis.
e Redigatur ad rem olitoriam. quæritet sibi victum ex horto vnico suburbano, agatque mulas olere venali onustas per vrbem.

De Picente. LXII.

SCribit in auersa Picens epigrammata charta,
　Et dolet auerso quòd facit illa deo.

Picens epigrammata ad nauseam longa scripserat, etiam in auersâ chartâ **on the other side.** quod Iuuen. dixit *à tergo*, cúm veteres vna tantúm chartæ facie scribébant quòd bibula illorum charta transmitteret atramentum: Iocatur poëta, non mirum esse si auerso Deo. h. e. inuitâ Mineruâ, musis inuitis & Apolline nullo componat carmina, qui in auersâ charta & opisthographo scribat. luditque in variatione *auersa* & *auerso*.

De Aulo. LXIII.

* THestylon Aulus amat, sed nec minus ardet * Alexin:
　Forsitan & nostrum sic * Hyacinthon amat.
I nunc & dubita, vates an diligat ipsos,
　* Delicias vatum cùm meus Aulus amet.

* Delicatos pueros, poëtarum amasia.

In

In Clytum. LXIV.

[a] VT poscas, Clyte, munus, exigasque,
[b] Vno nasceris octies in anno;
Et [c] solas puto, trésue, quatuórue
Non natalitias habes Calendas.
[d] Sit vultus tibi leuior licebit
Tritis litoris aridi lapillis.
Sit moro coma nigrior [e] caduco,
Vincas mollitie tremente plumas,
Aut [f] massam modò lactis alligati,
Et talis tumor excitet papillas,
Quales [g] cruda viro puella seruat:
Tu nobis, Clyte, iam senex videris.
Tam multos quis enim fuisse credat
Natales Priamiue, Nestorisue?
Sit tandem pudor, & modus rapinis.
Quòd si ludis adhuc, semelque nasci,
Vno iam tibi non sat est in anno,
[h] Natum te, Clyte, nec semel putabo.

a Vt amicis & clientibus frequens detur occasio munerum natalitiorum tibi mittendi.
b Celebras memoriam natalis tui octies per annum, nouies-ve.
c Singulis mensibus exceptis tantùm tribus aut quatuor habes fictitium natalem.
d Sis licet imberbis, etiam niger, tener & mollis; Priamum tamen & Nestora annis superare vidéris, qui toties celebrâris natalem.
e Maturo sc. & nigro. ep. 73. l. 1. d.
f Metam lactis coagulati. vide ep. 44. l. 1. e.
g Innupta.
h Ne vnumquidem diem esse tuum natalem putabimus, nec in eo tibi munera mittemus.

Ad Domitianum. LXV.

HIc vbi fortunæ [a] reducis fulgentia latè
Templa nitent, [b] felix area nuper erat:
Hic stetit [c] Arctoï [d] formosus puluere belli
[e] Purpureum fundens Cæsar ab ore [e] iubar:
Hic [f] lauro redimita comas, & candida [g] vultu
Roma salutauit voce, [h] manuquè ducem.
Grande loci meritum testantur & altera dona:
Stat sacer edomitis gentibus [i] arcus ouans.
[k] Hic gemini carrus numerāt elephanta * frequenter.
Sufficit immensis [l] aureus ipse iugis.
Hæc est digna tuis Germanice porta triumphis:
[m] Hos aditus [n] vrbem Martis habere decet.

a Augusto ob reditum ara Fortunæ reducis consecrata. Dio. l. 54. Domitiano à bello Sarmatico reduci templum Fortunæ reducis ædificatum.
b Viso primum & salutato ibi principe. vt seq. versu.
c Sarmatici. ep. 5. l. 7. a.
d Puluerulentâ belli gloriâ insignis.
e Purp. radios, ruborem.
f Principi è bello reduci processerunt obuiam ciues laureati. ep. 7. l. 7. f.
g Melius, *cultu* i. niueis vestibus induta. h Adoratione, admotâ ori manu vt in salutationibus Deorum, inquit Lips. Doctiss. Heraldus ad plausum, quo excipiunt Imperatores, refert. i Ἀψὶς τροπαιοφόρος, arcus triumphalis, arcuata porta cui è lapide in altum extructæ pictam inscribi victoriam eiusque seriem moris erat. de varijs arcubus Domitiani vide Sueton Dom. c. 13. k Supra arcum positæ erant geminæ quadrigæ, propter geminam è Dacis victoriam, ad quas elephanti iuncti, quos Domitianus victor regebat. * Al. *frequentem.* l Statuas sibi non nisi aureas & argenteas poni permisit, ac ponderis certi Dom. Sueton. c. 13. & Xiphilin. Dom. m Has portas arcuatas & triumphales. n Romam, à Martis progenie conditam.

De consulatu filij. LXVI.

[a] AVgusto pia tura, victimasque
Pro nostro date Silio Camenæ.

a Imperatori Domitiano.

b Silio delatum consulatum vide ep.62.l.7.b.& f. * Filio Silij poetæ. alij legunt *Noto* & eundem Silium bis Cos. designari volunt, cui optet poeta tertium consulatum. Sed Silius vno consulatu contentus recessit a Republicâ. ep.62. l.7 Martialis itaque hortatur Musas gratias & sacra date Cæsari propter consulatum Silij filio delatum optatque alteri Silij filio tertium consulatum. ita vt triplex eiusdem familiæ consulatus exprimat triplicem illum Pompeij & Agrippæ. c Magistratu domum suam aut alienam accedente, lictor eius præcedens virgâ fores pulsabat. Liu 6.l. Plin.7.l. d Pompeio cui nupsit Iulia Cæsaris filia. sed cur bis idem dicat poëta? Intellige, si placet, M. Vipsanium Agrippam cui nupta est Augusti Iulia, quem vsque in tertium consulatum amicitia principis euexit. Velleius. & hunc esse sensum poetæ patet ex sequentib. e Templum Iani bis claudebatur ante Octauium, quod erat signum pacis. tertio claudebatur, immo ter, sub ipso Augusto, semel quidem cum M. Agrippa secundum consule. vnde nomina eorum illustrata. *vel.* Quorum tertium consulum nomina referebantur in Fastos, qui in tutela & auspicio Iani. ep.2. supra. f In se & duobus filijs quam in se vno tres consulatus, vt Pompeius & Agrippa.

b Bis senos iubet en redire fasces
* Nato consule, c nobilique virga
Vatis Castaliam domum sonare.
Rerum prima salus & vna Cæsar,
* Gaudenti superest adhuc quod optet
Felix purpura, * tertiusque consul.
Pompeio dederit licet senatus,
Et Cæsar d genero sacros honores,
Quorum e pacificus ter ampliauit
Ianus nomina, Silius frequentes
Mauult f sic numerare consulatus.

In Cæcilianum. LXVII.

a Nondum quintam, præproperam nimis cœnæ horam vide ep 8 l.4.g. b Seruorum erat nunciare horas. c In alterum diem, quod fiebat horâ tertiâ, quæ exercebat caussidicos ep.8. l.4 idque propter ludos Florales. d Sic ep.8.l.4. *raucos caussidicos.* e Synecdochicè, pro iudicijs. Vadimonium enim est sponsio sistendi in iudicio. f Libelli, caussæ. Al. *quartæ.* g Lepores, capreas, &c. ab AEdilibus exhibitas in Floralibus. de quibus ep.3.l.1. h Ante octauam quæ hora est balnearum. i Tricliniares, quibus accumbitur. k Aquam calidam, ad vomitum vel ad vinum diluendum. Lips. Elect.1.c.4. l Sine igne & lignis. m Importunè & intempestiuè venisti, perinde ac primo mane: oportuniùs & humaniùs venisses tardè & post cœnæ horam.

a HOras quinque b puer nondum tibi nunciat, & tu
Iam conuiua mihi, Cæciliane, venis.
Cum modo c distulerint d raucæ e vadimonia f chartæ;
Et g Floralicias lasset arena g feras:
Curre age, & h illotos reuoca, Calliste, ministros:
Sternantur i lecti, Cæciliane, sede.
k Caldam poscis aquam, sed non dum frigida venit:
Alget adhuc l nudo clausa culina foco.
m Mâne veni potius, nam cur te quincta moretur?
Aut cur non serò, Cæciliane, venis?

Ad Entellum. LXVIII.

a Alcinoi regis Phæacum. vide ep.64.l.4.f. b Præferat tuum hortum illius horto. c Mordeat supra ep.14.c. *Boreæ penetrabile frigus adurit.* Virg. καὶ τὸ ψυχρὸν διὰ τὸ συνάγειν δυσπεριΐστασθαι τὸ θερμόν. Aristot. d Vites. e Lapide speculari tegitur ab iniuria frigoris. ep.14 supra.e.

QVi a Corcyræi vidit pomaria regis,
b Rus, Entelle, tuæ præferat ille domus.
Inuida purpureos c vrat ne bruma racemos,
Et gelidum d Bacchi munera frigus edat.
e Condita perspicua viuit vindemia gemma,
Et tegitur felix, nec tamen vua latet.

Fœmineum

Fœmineum lucet sic per [f] bombycina corpus:
Calculus in nitida [g] sic numeratur aqua.
Quid non ingenio voluit natura licere?
[h] Autumnum sterilis ferre iubetur hiems.

f Multitia è bombice vel serico intexta, tenuia & pellucida, Senec. Benef. 7. l. 9. c. & Iuuen. 2. sat. 66. v. huiusmodi vestes vitreæ, nebulæ lineæ, vela serica, carbasei venti, texta pellucida matronis Romanis in vsu erant, vt nostris hodie dominis, **lawne and tiffen. y.** g Ita pellucent & apparent calculi vt numerari possint. h Ita muniti specularibus horti ipsa brumâ fructus ferunt perinde ac in autumno.

In Vacerram. LXIX.

[i] Miraris veteres, Vacerra, solos,
Nec laudas nisi mortuos poëtas.
Ignoscas petimus Vacerra: [k] tanti
Non est vt placeam tibi, perire.

i Vide ep. 10. l. 5. d.
k Vt tua mihi post fata contingat laus, non propero mori. dict. ep. d.

De Nerua. LXX.

[a] Qvanta quies placidi, tanta est facundia Neruæ:
[b] Sed cohibet vires, ingeniumque pudor.
[b] Cùm siccare sacrum largo Permessida posset
Ore, verecundam maluit esse sitim:
[c] Pieriam [d] tenui frontem redimire corona
Contentus, famæ nec dare vela suæ.
[e] Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,
Carmina qui docti nota Neronis habet.

a Æquè facundus & carmine dulcis est Nerua, ac mitis & lenis. de lenitate Neruæ, Aurel. Victor Dio. Eutropius: de poësi nostr. ep. 27. l. 9. Plin Iun. l. 5. epist. 3. Gyrald dial. 5. Nero qui Neruam appellauit suum Tibullum, ep. 7. l. 9 g.
b Modum, pudorem & decorum adhibet in poësi, non proluit se fonte Caballino, cui vel exhauriendo sufficeret, non laxas ingenio habenas indulget; sed sibi temperat, & modice bibit fontem musarum Permessida, aduertens quid deceat virum magnum, & minorum studiorum gloriam ad viros inferioris sortis relegans. c Poëticam. d Hederacea, quæ elegiographis & epigrammatarijs datur, cùm posset heroicus quernam mereri. e Vt supra, nota à.

In Postumianum. LXXI.

Qvatuor argenti libras mihi [a] tempore brumæ
Misisti ante annos, Postumiane, decem.
Speranti plures [b] (nam stare, aut crescere debent
Munera) venerunt plusve, minusve duæ.
Tertius, & quartus multo inferiora tulerunt.
Libra fuit quincto [c] septiciana quidem.
[d] Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno.
Post hunc [e] in cotula rasa selibra data est.
Octauus [f] ligulam misit sextante minorem:
Nonus [g] aculeolos in cochleare tulit.
[h] Quod mittat nobis, decimus iam non habet annus:
[i] Quatuor ad libras, Postumiane, redi.

a Saturnalibus in mense Decembri.
b *Beneficia subuertas antiquiora, nisi illa posterioribus cumules.* Plin. sec. epist. 4 l. 3. & Seneca 2. de Benef. c. 11. *parum est dedisse, fouenda sunt beneficia, &c.*
c Libra octo vnciarum cum semuncia. quæ Romanis bello attritis defluxit ab vncijs 12. Dicta, vt coniicio, à *septis* vbi negotiabantur & ad pondus vendebant. atque hæc Maior libra. Minor dicta est *Medicinalis*.
d Ad vasculum octo vnciarum. e Cotyla seu calix politus vel cælatus sex vnciarum datus est. f Vasculum, mensuram quæ quartam partem cyathi continet. aliàs significat *spathulam*, gladiolum. vt supra ep. 33. y. g Al. *acu leuius mi cochl.* h Non inuenit quod minus mittat. i Incipe rursus à primo anno, & perage, si placet, annua munera in circulum.

¶ Ad librum suum. LXXII.

[a] NOndum murice cultus, asperoque
Morsu pumicis aridi politus,
[b] Artanum properas sequi libelle:
Quem pulcherrima iam redire Narbo,
Docti patria Narbo [c] Votieni
[d] Ad leges iubet, annuosque fasces:
Votis quod [e] paribus tibi petendum est,
Continget locus ille, & hic amicus.
[f] Quàm vellem fieri meus libellus.

a Vide ep.2.l.3.l.& 67. ep.1.l.m.
b Amicum poëtæ redeuntem Româ Narbonem celeberrimam Galliæ Braccatæ ciuitatem.
c Poëtæ nobilis.
d Ad ius dicendum & magistratum. Narbo fuit colonia Romana, vnde Martius dictus est, & ad Romæ formam administrabatur.
e Vt contingat tibi locus bonus: vt, amicus bonus. f Vt vtroque frueret, Narbone, loco amœnissimo; Artano, amico sincerissimo.

¶ Ad Instantium. LXXIII.

INstanti, quo nec sincerior alter habetur
Pectore, nec niuea simplicitate prior:
Si dare vis nostræ vires, animosque [g] Thaliæ,
Et victura petis carmina: [h] da, quod amem.
[i] Cynthia te vatem fecit lasciue Properti:
Ingenium Galli pulchra Lycoris erat.
Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli:
Lesbia dictauit, docte Catulle, tibi.
Non me Pelignus, nec spernit Mantua vatem,
Si qua Corynna mihi, si quis Alexis erit.

g Ep.8.l.4.m.& 16 ep.l 7.c.
h μουσικὴν ἔρως διδάσκει, inquit Plutarchus. certe feliciter cessit amor non paucis poëtis, quibus amicæ materiam felicem in carmina præbuerunt, vnde iuncta nominâ toto cantantur in orbe. vt canit Ouidius el 3.lib.1. Amorum.
i Latinos reccuset poëtas, quorum ingenia amor excitauit. quorum amores & amicas nemo propemodum non audiuit, qui de ipsis poëtis, quamuis sub alijs nominibus. vide Gyrald. de vitis poëtarum.

In malum medicum. LXXIV.

[k] HOplomachus nûc es, fueras [l] ophthalmicus ante:
[m] Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

k Gladiator armatus. ex ὅπλα & μάχη
l Medicus ocularius. an oculist. Et ludit à vicinia nominum simul & artium. sic ep.31.& 48.l.1. m Excæcas homines. videturque Samnitum & grauis armaturæ gladiatorum pugna fuisse punctim ferire. vide Lipsij Saturnal.

De Gallo Lingono. LXXV.

DVm repetit sera conductos nocte Penates
[a] Lingonus à recta Flaminiaque [b] recens:
[c] Expulit offenso vitiatum pollice talum,
Et iacuit [d] toto corpore fusus humi.
Quid faceret Gallus, qua se ratione moueret?
[d] Ingenti domino seruulus vnus erat,
Tam macer, vt minimam posset vix ferre lacernam:
Succurrit misero casus, opemque tulit.

a Ex vrbe Galliæ Celticæ, *Langres.*
b Al. *via.* Recta autem via Flaminiæ proxima erat.
c Elisit talum, læso pollice pedis.
d Grandi & obeso.

Quatuor

Quatuor [e] inscripti portabant vile cadauer,
[f] Accipit infelix qualia mille rogus.
Hos [g] comes inualidus submissa voce precatur,
Vt quocumque velint, corpus [h] inane ferant.
[i] Permutatur onus, [k] stipataque tollitur altè
Grandis in angusta [l] sarcina sandapila.
Hic mihi de multis vnus, Lucane, videtur:
[m] Cui meritò dici, *mortue Galle*, potest.

e Serui stigmatiæ, literis inusti, literati vespillones. f E pauperibus enim plures in vnum rogum coniijciebātur. g Seruus Galli. h Sterile, & impotens ad generandum sui simile. expers procreatricis facultatis quæ vegetantis animæ est. Arist. de Anima c.4. tex. 48. vide not. m. infra.

i Gallus cadauere. k A quatuor stigmate inustis libitinarijs. *vel* stipata. i. intrusa & inserta in angustam sandapilam quæ præpinguē Gallum vix caperet. l Gallus. m In quem competit dicterium illud in Gallos Cybeles ministros iactum, quibus euiratis mortua erat Venus. not. h. modo.

In Gallicum LXXVI.

Vide ep. 64. l. 5. & ep. 27. l. 7. & Persij Sat. 1, vers. 55.

DIc verum mihi, Marce; dic amabo:
Nil est, quod magis audiam libenter:
Sic & cùm recitas tuos libellos,
Et caussam quoties agis clientis,
Oras, Gallice, me rogasque semper.
Durum est me tibi, quod petis, negare.
Vero verius ergo quid sit audi:
Verum, Gallice, non libenter audis.

Ad Liberum amicum. LXXVII.

[a] LIber amicorum dulcissima cura tuorum,
[a] Liber [b] in æterna viuere digne [c] rosa:
Si sapis, Assyrio semper tibi crinis [c] amomo
Splendeat, & cingant [c] florea serta caput:
Candida nigrescant vetulo [d] crystalla Falerno,
Et caleat blando mollis amore torus.
[e] Qui sic, vel medio finitus vixit in æuo,
Longior huic facta est, quàm data vita fuit.

a Ad eundem Liberum, ep. 74 l. 4.
b In perpetuâ florulentiâ ætatis, voluptatis, deliciarum.
c Vnguentis delibuti & floreis sertis coronati conuiuabantur veteres. vide quæ ad Senecæ Thyesten adnot. vers. 942. & 945.
d Pocula crystallina.
e Pauci anni genialiter acti (quæ Epicureis vera vita est, ep. 16. l. 1. d) æquant immò superant longissimam vitam quæ voluptate caret. Contra verò Cicero & egregiè: *vnus dies bene & ex præceptis tuis* O Philosophia *actus, peccanti immortalitati est anteponendus*. 5. Tuscul. quæst.

De ludis Stellæ. LXXVIII.

[a] QVos cuperet Phlegræa suos victoria ludos,
Indica quos cuperet pompa Lyæe tuos.
Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi.
O pudor, ô pietas! & putat esse parum.

a Stella non carmine tantùm celebrauit victoriam Sarmaticam Domitiani, sed & ludis, qualibus tuum de gigantibus à te in Phlegræis campis, O Hercules, deuictis, vel tuum O Bacche deuictâ Indiâ triumphum celebrari velis. De Phlegræâ vero Herculis potius quàm Iouis victoriâ intelligendum censeo, quod & Silius 1. l. eas coniungit. *Qualis odoratis descendens Liber ab Indis, &c.* mox, *Aut cum Phlegræis confecta mole gigantes Incessit campis tangens Tyrinthius astra.*

[b] Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro
Hermus,& Heſperio qui ſonat orbe Tagus.
[c] Omnis habet ſua dona dies, [d] nec linea diues
Ceſſat, & in populum multa [e] rapina cadit.
Nunc veniunt ſubitis laſciua [f] nummiſmata nimbis:
[g] Nunc dat 2 ſpectatas teſſera larga feras,
Nunc implere ſinus [h] ſecuros gaudet,& 3 abſens
Sortitur dominos, nec laceratur auis.
Quid numerem currus, terdenaque præmia palmæ.
[i] Quæ dare non ſemper conſul vterque ſolet?
Omnia ſed Cæſar tanto ſuperantur honore,
[k] Quòd ſpectatorem te tua laurus habet.

b Stellæ, ad liberalitatem non ſatis eſt quicquid habent auri Hermus & Tagus, in populum ſparſiſſe.
c Plures dies agebantur ludi, in quibus inſtaurabantur dona, eaque varia.
d O quantum negotij & ſudoris indagatoribus Criticis faceſsit hæc *linea*! Bulengerus exponit; ordinem dierum quibus miſsilia dabantur. Turnebus, contextam è gemmis lineam. Calderinus, caueam diuitum & cuneos. Lipſius pro ordine ſubſelliorum, interpretatur *diuitem lineam*, Orcheſtram, in qua Senatus. Cælius Rhod. lineam albā in carceribus Circi. 5. l. 14. c. Raderus, perpetuam ſeriem donorum. Poſt hos, ſi quis coniecturæ meæ locus, dicerem continuata fuiſſe miſsilia ferarum, & volucrum quæ capiebantur lineâ, quod retis genus eſt. vide quæ ad Senecæ Hippolytum 46. v. & Pierij Hieroglyph. 7. e Direptio miſsiuum per teſſeras & ſine teſſeris. f HS ſparſi è loco ſuperiore. g In ſphærulis ceu teſſeris ligneis, quæ ſpargebantur in populum, inſcripta ſunt munera vulgo ceſſura, 2 vel viſarum & præſentium 3 vel abſentium ferarum auiumque. h Viritim diuiſa. vel non cogitantium aut captantium. vel quibus forte per ſymbolū contigit i Plura quā quæ vel duo Conſules in ludis ſuis & ſpectaculis dant. an conſul erat Stella? an votiui hi ludi? k Quod dignaris tuâ præſentiâ ludos hos quibus Stella celebrat lauream tuam Sarmaticam.

In Fabullam. LXXIX.

OMnes aut vetulas habes amicas,
Aut turpes, vetuliſque fœdiores:
Has ducis comites, trahiſque tecum
Per conuiuia, porticus, theatra.
[a] Sic formoſa Fabulla, ſic puella es.

a Inter has vetulas & turpes: his aniculis & ſilicernijs collata vis formoſa & puella videri.

Ad Domitianum. LXXX.

[a] SAnctorum nobis miracula reddis auorum,
Nec pateris, Cæſar, ſecula [b] cana mori:
Cùm veteres Latiæ ritus renouantur arenæ,
Et pugnat virtus [c] ſimpliciore manu.
Sic priſcis ſeruatur honos te præſide templis,
[d] Et caſa tam culto ſub Ioue numen habet.
Sic [e] noua dum condis, reuocas, Auguſte, priora:
Debentur quæ ſunt, quæque fuere tibi.

a Pugillatum reuocas qui antiquæ ſimplicitati & recentium gladiatorum rudi erat in æſtimatione immo admiratione.
b Antiqua, priſca.
c Pugnis nudis. vel cœſtibus.
d Nec Iupiter, donarijs vtcunque diues & magnificis templis cultus, faſtidit humilem ſuam in Capitolio caſam: nec Domitianus Iupiter noſter, in tantâ gladiatorum copiâ, dedignatur ſpectare pugiles. e Templa 4. ep. 9. l. & ſpectacula.

In Gelliam. LXXXI.

NOn per myſtica ſacra [a] Dindymenes,
[b] Nec per Niliacæ bouem iuuencæ,

a Cybeles, à Dyndimo monte Phrygiæ. vel Bonæ Deæ.
b Nec per Apim bouem, ſub cuius ſpecie AEgyptij colebant Oſirim cui nupſit Iſis AEgyptiorum ex Iò vaccâ dea.

Nullos

Nullos denique per deos, deasque
Iurat Gellia : ſed per [c] vniones.
Hos amplectitur, hos deoſculatur:
Hos fratres vocat ; & vocat ſorores :
Hos natis amat acriùs duobus.
His ſi quo careat miſella caſu,
Victuram negat eſſe ſe nec horam.
[c] Eheu quàm bene nunc, Papiriane,
Annei faceret manus Sereni !

c Margaritas, Gemmas. Per ea vero quæ ſibi chariſsima fuerunt, iurabant veteres.
d O vtinam vniones hos ſubduceret piceata furis alicuius, qualis fuit An. Serenus, manus, vt ſtatim moreretur Gellia vſu vitæ indigna, vel ob hoc, quód neſciat quid in vita ſit amandum.

Ad Domitianum. LXXXII.

DAnte tibi turba [a] querulos, Auguſte, [a] libellos,
Nos quoque, qui domino carmina parua damus :
Poſſe [b] deum [c] rebus pariter, [d] Muſisque vacare,
Scimus, & hæc etiam * ſerta placere tibi.
Fer vates, Auguſte, [e] tuos : nos gloria dulcis,
Nos tua cura prior, deliciæque ſumus.
*Non quercus te ſola decet, nec laurea Phœbi:
Fiat & ex edera ciuica noſtra tibi.

a Libellos ſupplices.
b Te Domit. 8. ep. l 5. b.
c Adminiſtrationi Reip. & orbis terrarum.
d Studijs, literis, carminibus.
e Sic Quintil. l. 10. c. 1. *Amas poëticam Cæſar, &c.*
* Non quercus ſola te, O Imp. decet, non laurus, ob ſeruatos ciues deuictoſque hoſtes; ſed & hederæ doctarum præmia frontium tibi poëtæ poëtiſque fauenti debentur. ſic affatur Auguſtum Virg. 8. ecl. *hanc ſine tempora circum Inter victrices ederam tibi ſerpere lauros,*

M. VAL. MARTIALIS
EPIGRAMMATON
LIBER. IX.

A*VE mi Toranni frater cariſſime, epigramma quod* [a] *extra ordinem paginatum eſt, ad Stertinium clariſſimum virum ſcripſimus, qui* [b] *imaginem meam ponere in bibliothecâ ſuâ voluit. De quo ſcribendum tibi putaui,* [c] *ne ignorares, Auitus iſte quis vocaretur. Vale, & para hoſpitium.*

a Separatum à reliquis epigr. vnde in quibuſdam Mſſ. deſideratur.
b Pro more exornandi tum publicas tum priuatas bibliothecas, ſcriptis & imaginibus veterum & optimorum autorum.
c Poëta, volente vt puto ipſo per modeſtiam Stertinio, cùm Auiti nomine inſigniret Stertinium, noluit tamen hoc latere Toranium.

Ad Auitum. I.

[a] NOn te celabis ſublimi pectore vates,
Cui referet ſerus præmia digna cinis.
Hoc tibi ſub noſtra [b] breue carmen imagine viuat,
Quam [c] non obſcuris iungis, Auite, [c] viris.
Ille ego ſum nulli nugarum laude ſecundus :
[d] Quem non miraris, ſed puto lector amas.

a Gruterus, *Note licet nolis.* Alij, *Late lucebis ſubl.*
b Tetraſtichon quod ſeq. *Ille ego ſum, &c.*
c Clariſſ. autorum imaginibus in bibliotheca tua.
d Vide ep. 49. l. 4. *Illa tamen laud, &c.*

Maiores maiora ſonent: mihi parua locuto
Sufficit in veſtras ſæpe redire manus.

De templo Flauiæ gentis. II.

[a] DVm Ianus hiemes, [b] Domitianus autumnos,
[c] Auguſtus annis commodabit æſtates:
[d] Dum grande famuli nomen aſſeret Rheni
Germanicarum magna lux Calendarum:
[e] Tarpeïa ſummi ſaxa dum patris ſtabunt:
[f] Dum voce ſupplex, dumque thure placabit
Matrona diues dulce Iulium numen:
Manebit [g] altum Flauiæ decus gentis,
[h] Cum Sole, & aſtris, cumque luce Romana.
Inuicta quidquid condidit manus, [i] cœlum eſt.

a Quandiu erunt hyemes quarum medio menſi Ianus dedit nomen.
b Quandiu erit autumnus, cuius menſem Octobrem Domitianus à ſe appellari voluit Domitianum.
c Quandiu erunt æſtates, in quibus menſis Sextilis ab Auguſto denominatus eſt.
d Dum magna & prima dies Septembris redit qui à Domitiano nomen habet Germanici ob Germanos Rheni fl. accolas ſubactos.
e Dum ſtabit capitolium Iouis. à Tarpeiâ olim Sabinis proditum.
f Dum matronæ Rom. thure & precibus colent Iuliam Titi filiam, quam perditè amatam & ex conceptu abacto mortuam Domitianus conſecrauit relatam in deam.
g Templum Flauiæ gentis à Domitiano conditum. Suet. Dom. c. 1. 5. & 17. noſter infra 4. & 35.
h Quandiu fulgebunt Sol, aſtra & gloria imperij Rom. locutio Ouidiana. *Cum ſole & Luna ſemper Aratus erit.* 15. eleg. 1. l. Amorum.
i AEternum, vt cœlum, ex ſcholæ Peripateticæ ſententiâ.

—In Lupum. III.

[a] PAuper amicitiæ cùm ſis Lupe, non es amicæ,
Et queritur de te mentula læſa nihil.
Illa [b] ſiligineis pingueſcit adultera cunnis:
Conuiuam paſcit nigra farina tuum.
[c] Incenſura niues dominæ Setina liquantur:
Nos bibimus [d] torti pulla [e] venena cadi.
Empta tibi [f] nox eſt fundis [f] non tota paternis:
[g] Haud ſua deſertus rura ſodalis arat.
Splendet [h] Erythræis perlucida mœcha lapillis:
Ducitur [i] addictus te futuente cliens.
Octo [k] Syris ſuffulta datur lectica puellæ:
Nondum [l] ſandapilæ pondus amicus erit.
I [m] nunc, & miſeros Cybele præcîde cinædos.
Hæc erit, hæc cultris mentula digna tuis.

a Vide Iuuen. 7. ſat. 73. v. ab eadem mente & ingenio.
b Vide ep. 69 l. 14.
c Amicæ tuæ colantur vina optima è Setia, quæ calore ſuo niues, quibus diluuntur, incendant. ep. 67. l. 5. b.
d Supremùm torculari expreſsi,
e Vaticana vina, quæ toxica dixit. ep. 19. l. 1. t. & 92. ep. 6. l.
f Pars noctis.
g Conducta.
h Ep. 38. l. 5. e.
i In carcerem vel ædes creditoris, cui à Prætore addicitur ære obrutus.
k Seruis è Syria octophorum geſtantibus.
l Ep. 81. l. 2.
m Caſtra miſeros cinædos vt tibi ſint ſacerdotes. *Ironicè*. imo Lupum potius lautum cinædum, qui amicos inguini poſthabet.

Ad Domitianum. IV.

QVantum iam ſuperis Cæſar, cœloque dediſti,
[a] Si repetas, & ſi creditor eſſe velis;
[b] Grandis in æthereo, licet auctio fiat Olympo,
Coganturque dei vendere quidquid habent:

a Si tibi rependi velles, nec donares.
b Etiamſi haſtâ poſitâ ſale by outcry, opes ſuas dij deæque vendere velint.

Conturbabis

[c] Conturbabit [d] Atlas, [e] & non erit vncia tota,
Decidat tecum qua pater ipse deûm.
Pro [f] Capitolinis quid enim tibi soluere templis,
Quid pro [g] Tarpeiæ frondis honore potest?
[h] Quid pro culminibus geminis matrona Tonantis?
[i] Pallada prætereo: [k] res agit illa tuas.
Quid loquar [l] Alciden, Phœbumque, piosq; Laconas:
[m] Addita quid [n] Latio Flauia templa polo?
Expectes, & sustineas, Auguste, necesse est:
Nam tibi quod soluat, non habet arca Iouis.

c will proue banquerupt. cedet foro. d Qui cœlum humeris sustinere fingitur. vel cœlicolæ quotquot sustinet Atlas. e Nec ipse Iup. si velit tecum decidere compound and take order with thee. poterit soluere vnciam de asse. fiue grotes in the pound. O miserum decoctorem Iouem! f Capitolium incendio absumptum restituisti, & nouam ædem in Capitolio excitauisti Ioui custodi, Domit. Sueton. c. 5. g Coronæ quernæ vt & laureæ Capitolinæ. vide ep. 1. h. & 54. a. l. 4. h Quid pro geminis delubris tibi soluere potest Iuno? i Cui Chalcioecæ templum erexisti. Cassiod. l. 6 c. 11. cui statuam in cubiculo consecrasti & quinquatria. k Illa a te stat; res tuas, rationes & consilia disponit; tibi familiare numen est, immo mater, vbi enim Domitianus audiuisset ex lib. Sibyllinis, fore vt virgo pareret æternum Imperatorem, nihil amplius voluit quàm se esse filium perpetuæ virginis Dianæ. l Herculi templum in via Appia positum & statuam. vt & Apollini, &, ex pietate Pollucis erga fratrem alternatim immortalibus Castori & Polluci filijs Ledæ Lacenæ. m Templum Flauiæ gentis, quod cœlum vertice tangit. de quo supra ep. 2. & infra. ep. 35. & l. 10. ep. 51.

——In Aeschylum. V.

[a] AVreolis futui cùm possit Galla duobus,
Et [b] plus quàm futui, si totidem addideris:
Aureolos à te cur accipit, Aeschyle, denos?
Non fellat tanti Galla. quid ergo? [c] tacet.

a Nummis aureis.
b Ep. 52. l. 2. & 33. ep. infra.
c Ore morigeratur. ep. 56. l. 3. b.

In Paullam. VI.

NVbere vis [a] Prisco, non miror, Paulla: sapisti.
Ducere [b] te non vult Priscus: & ille sapit.

a Diuiti.
b Infamem.

Ad Domitianum. VII.

TIbi summe [a] Rheni domitor, & parens orbis,
[b] Pudice princeps gratias agunt vrbes:
[c] Populos habebunt: [d] parere iam scelus non est.
Non puer auari sectus arte mangonis
Virilitatis damna mœret ereptæ:
[e] Nec quam superbus computet stipem leno,
Dat prostituto misera mater infanti.
[f] Qui nec cubili fuerat ante te quondam
Pudor, esse per te cœpit & lupanari.

a Germanice. l. 5. ep. 2. d.
b Ep. 4. l. 6. g.
c Postquam castrari mares edicto prohibuisti. vide ep. 2. l. 6. c.
d Vide ep 67. l. 6.
e Nec à paupercula matre leno conducit vel emit puerum prostituendum. infra ep 9.
f Vide ep. 2. l. 6.

In Afrum. VIII.

[g] DIcere de Libycis reduci tibi gentibus Afer
Continuis volui quinque diebus Aue.

g Volui te ex Africa reuersum salutare: sed non admittebas.

Non vacat, aut dormit, dictum bis, terque reuerso.
Iam satis est: [h] non vis Afer auere. vale.

h Si non vis saluere & viuere, abi in malam rem & morere. vide ep. 67. l. 5.

Ad Domitianum. IX.

TAmquam parua foret sexus iniuria nostri
Fœdandos populo prostituisse mares:
[a] Iam cunæ lenonis erant, vt ab vbere raptus
Sordida vagitu posceret æra puer.
[b] Immatura dabant infandas corpora pœnas,
[c] Non tulit Ausonius talia monstra pater.
Idem qui teneris nuper [d] succurrit ephebis,
Ne faceret steriles sæua libido viros.
Dilexere prius pueri, iuuenesque senesque:
At nunc infantes te quoque Cæsar amant.

a Supra, ep. 7. c.
b Infantium.
c Edicto prohibuit Domitianus pueros intra septimum annum prostitui, & Scatiniam reuocauit. Suet. Dom. c. 8.
d Ne castrarentur. supra ep. 7. c. & 6. l. ep. 2. e.

Ad Bithynicum. X.

NIl [e] tibi legauit Fabius, Bithynice, cui tu
Annua, si memini, millia sena dabas.
Plus nulli dedit ille: queri Bithynice noli:
[f] Annua legauit millia sena tibi.

e Quem heredipetam notarat.
f Tibi iam manent 6000. HS, quæ Fabio viuo conferre annua solebas vt heres scribereris.

In Cantharum. XI.

COenes Canthare cùm foris libenter:
Clamas, & maledicis, & minaris.
Deponas animos truces, monemus:
Liber non potes, & gulosus esse.

a Parasitus instruatur necesse est octauâ arte ingenuâ, h. e. Adulatoriâ. gulosus cœnipeta loquatur placentia, vt qui libertatem dapibus vendiderit. ep. 53. l. 2.

¶ De Earino * Domitiani. XII.

[a] NOmen cum violis, rosisque natum,
Quo [b] pars optima nuncupatur anni.
[c] Hyblam quod sapit, [d] Atticosque flores,
Quod [e] nidos olet alitis superbæ:
Nomen nectare dulcius beato,
Quo mallet [f] Cybeles puer vocari,
Et [g] qui pocula temperat tonanti:
Quod si [h] Parrhasia sones in aula;
[i] Respondent Veneres, Cupidinesque.
Nomen nobile, molle, delicatum
Versu dicere [k] non rudi volebam:
Sed [l] tu syllaba contumax repugnas.

* Puero Domitiani.
a Εἀρινὸς, ab ἔαρ ver. quod floribus abundat.
b Ver.
c Mel ex Hybla Siciliæ monte.
d Apibus depastos in Hymetto monte Atticæ.
e Ep. 55. l. 6. b.
f Atys.
g Ganymedes, Iouis pocillator.
h Palatina. ep. 54. l. 7. c.
i Omnis gratia, venustas, elegantia & suauitas respondent.
k Versu eleganti, tereti & rotundo. l Prima breuis cum reliquis patibus officit quo minus versu eleganti dicatur. Hinc *Equotutium* Horatius, *Sigillaria* Lucilius circumlocuti sunt ceu potius conjicienda dedere, *Quæ versu hexametro non planè dicere poßis.*

Dicunt

m Dicunt Earinon tamen poetæ,
n Sed Græci, quibus est nihil negatum,
Et quos ἄρες ἄρες decet sonare;
o Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus seueriores.

m Εἰαρινοῖσιν. Homer Il. β. n Hom. Il. ε. Ἆρες ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα. vbi prima in Ἄρες communiter vsurpatur, sed variato accentu. Hinc & Lucilius lusit, ΑΡΕC ΑΡΕC *Græci vt faciunt.* o Nobis Latinis poetis non permittitur eadem licentia.

De eodem. XIII.

SI daret autumnus mihi nomen, a ὀπωρινὸς essem.
Horrida si brumæ sidera, b χειμέρινος.
Dictus ab æstiuo c θέρινος mihi mense vocarer.
Tempora cui nomen verna dedere, quis est? d

a i. Autumnalis.
b i. Hibernus.
c i. Æstiuus.
d Εἰαρινός. i. vernus.

De eodem. XIV.

NOmen habes, a teneri quod tēpora nūcupat a anni,
Cùm b breue Cecropiæ ver populantur apes.
Nomen, c Acidalia meruit quod c arundine pingi,
Quod Cytherea sua scribere gaudet acu.
Nomen, e Erythræis quod litera facta lapillis,
f Gemma quod Heliadum pollice trita notet.
Quod g penna scribente grues ad sidera tollant,
Quod decet in sola Cæsaris esse h domo.

a Veris.
b Flores vernos, veris honores in Hymetto.
c Cnidio calamo? an columbæ pennâ, quæ Veneris auis? an pennâ Cupidinis Veneris filij? vide ep. 13. l. 6. f.
d Qua Venus præses veris pingit varios flores.
e Ep. 38. l. 5. c.
f Succinum, electrum. vide ep. 25. l. 4. b. & 38. 5. l. n. g Volando ex timentes literam Y cui respondet Latina V quæ *veris* prima est. Alij legunt, *stridente penna.* q. d. aduentu suo veris aduentum nuncient. Alij ad literam Δ, quam ex volatu illarum auium obseruatam inuenisse dicitur Palamedes, referunt. h In qua vernare omnia & florere decet.

In fictos amicos. XV.

HVnc, quem cœna tibi, quem mensa parauit amicū,
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostrea: non te:
Tam bene si cœnem, noster amicus erit.

Errat, inquit Seneca *qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat.*

De Chloë. XVI.

INscripsit tumulo septem a celebrata virorum
b Se fecisse Chloë: c quid pote simplicius?

a Alij *scelerata.*
b Inscripsit tumulo CHLOE FECIT sc. tumulum vel monumentum 7. maritis. c Fatetur se fecisse. intimat poeta, insidias struxisse aut vim vitæ maritorum suorum intulisse.

De coma Earini. XVII.

[a] COnsilium formæ ſpeculũ, [b] dulceſque capillos
[c] Pergameo poſuit dona ſacrata deo,
[d] Ille puer tanto domino gratiſsimus aula,
Nomine qui ſignet tempora verna ſuo.
Felix, quæ tali cenſetur munere tellus,
Nec Ganymedeas mallet habere comas.

a Quod conſulere ſolebat de formâ ſuâ.
b Vide Papinij Sylu. 3. l. de comâ Earini, & præfationem eiuſdem libri ad Pollionem.
c AEſculapio, cui nobile fanum Pergami. patrio ſuo Deo. vide ep. 32. l. 1. b.
d Earinus, de quo præcedentibus epigr.

Ad Aeſculapium. XVIII.

[a] LAtonæ venerande nepos, [b] qui mitibus herbis
Parcarum exoras penſa, breueſque colos:
Hos tibi laudatos [c] dominorum voce capillos
Ille [d] tuus [e] Latia miſit ab [e] vrbe puer.
Addidit & [f] nitidum ſacratis crinibus [f] orbem,
Quo felix facies iudice tota fuit.
Tu iuuenile decus ſerua, ne pulchrior ille
In longa fuerit, quàm breuiore coma.

a AEſculapi fili Apollinis cui mater Latona, medicinæ inuentor.
b Propter Hippolytum vitæ ab AEſculapio reſtitutum.
c Ianus Gulielmus ex Iacobi Hutteri lib. M S. reſtituit *domino rata vota*. tonſura enim voti non raro ſymbolum ep. 32. l. 1. b. & Iunius de Coma. & quæ ad Iuuenal. ſat. 12. v. 81.
d Pergami natus. ep. præced. c.
e Romã.
f Speculum. *ep. ſuperiore*.

Ad Cæſarem Domitianum. XIX.

ESt mihi ſitque precor [a] longum te præſide Cæſar
[b] Rus minimum: parui ſunt & in vrbe Lares.
[c] Sed de valle breui, quas det ſitientibus hortis,
Curua [d] laboratas [e] antlia tollit aquas.
Sicca domus queritur nullo ſe rore foueri,
Cùm mihi vicino [f] Martia fonte ſonet.
[g] Quam dederis noſtris, Auguſte, Penatibus vndam,
[h] Caſtalis hæc nobis, aut Iouis imber erit.

a Te diu præſide.
b De quo ep. 61. l. 8. & infra ep. 99.
c Sed de valle ſubiecta, aqua horto irrigando hauritur.
d Labore multo petitas.
e Hauſtrum, machina ad hauriendum. ab ἀντλέω.
f Ep. 42. l. 6.
g E qua Martiâ ſi mihi permiſeris, O Domitiane, deducere venulam aquæ in ædium mearum vſum
h AEquè grata erit atque aqua è fonte Muſarum aut ab ipſo Ioue.

In Sabellum. XX.

LAudas balnea verſibus trecentis
Cœnantis bene Pontici, Sabelle.
Vis cœnare Sabelle, non lauari.

Poëta cœnipeta, cui venter artis magiſter.

Ad Domitianum. XXI.

[a] HÆc quę tota [b] patet, tegiturq; & marmore, & auro
Infantis domini conſcia terra fuit.

a Area hæc, in qua ſteterat domus Domitiani natalis, iam verò Flauiæ gentis templum marmore & auro magnificè extructum eſt.
b Extenditur. vel vbi templum publicum & omnibus patens.

Felix

Felix [c] quæ tantis ſonuit vagitibus, & quæ
Vidit reptantes, ſuſtinuitque manus.
Hîc ſteterat veneranda domus, quæ præſtitit orbi,
Quod Rhodos, aſtrifero quod pia Creta polo.
[d] Cretenſes texere Iouem crepitantibus armis,
[e] Semiuiri poterant qualia ferre [e] Phryges.
[f] At te protexit Superûm pater, & tibi, Cæſar,
Pro [g] iaculo & parma, fulmen & [h] Ægis erat.

c Quæ ſuſcepit Domitianum, vt Rhodos Neptunum; vt Creta Iouem. *vel*, quæ non minus præſtitit orbi, ſuſcepto Domitiano; quàm Rhodos & Creta cœlo, Ioue ſuſcepto. Rhodij enim Telchines ijdem qui Curetes. ep.1.l.4.c.
d Al. *Curetes*. qui Iouem Saturno ſubductum cymbala pulſantes vel ἐνόπλιον ſaltantes educandum in Cretam deportarunt. e Euirati Corybantes, ſacerdotes Cybeles. f Videntur hæc confuſè intelligi de Ioue cuſtode cui templum condidit Domitianus eo loco quo delituiſſet bello Vitelliano. g Enſe & ſcuto, quæ Corybantum arma ſunt. h Ep.1.l.7.a.

Ad Auctum. XXII.

ARtemidorus habet puerum: ſed vendidit agrum,
Agrum pro puero Calliodorus habet.
Dic, vter ex iſtis melius rem geſſerit, Aucte?
Artemidorus amat, Calliodorus arat.

Ludit in Paronomaſiâ verſus vltimi. & Antithetâ nominum ſignificatione. cùm Artemidorus, cui à Mineruâ deâ caſta nomen, amet: Calliodorus, cui à formæ dono nomen, aret.

Ad Paſtorem. XXIII.

CRedis ob hoc me, Paſtor, opes fortaſſe rogare,
Propter quod vulgus, craſſaque turba rogat.
[a] Vt Setina meos conſumat gleba ligones,
[b] Et ſonet innumera compede Tuſcus ager:
Vt [c] Mauri Libycis centum ſtent dentibus orbes,
Et crepet in noſtris [d] aurea lamna toris:
Nec labris niſi magna meis [e] cryſtalla terantur,
Et [f] faciant nigras noſtra Falerna niues:
[g] Vt canuſinatus noſtro Syrus [h] aſſere ſudet,
Et mea ſit culto ſella cliente [i] frequens:
[k] Aeſtuet vt noſtro [l] madidus conuiua miniſtro,
Quem permutatum nec Ganymede velim:
Vt lutulenta linat Tyrias [m] mihi mula lacernas,
Et [n] Maſſyleum virga gubernet equum.
Eſt nihil ex iſtis: ſuperos, ac ſidera teſtor.
Ergo quid? [o] vt donem Paſtor, & [p] ædificem.

a Vt colam vineas in Setia, vbi vites nobiles.
b Et innumeri ſerui in ergaſtula Thuſca mittantur, opus in compedibus facturi. ep.29.l.3.a.
c Ep.42 l.2.i.
d Ep.33.l.8 g.
e Vaſa cryſtallina, quæ Romanis in luxu.
f Dum niues quibus diluitur vinum Fal. nigreſcunt à vino. ep.63.l.5.
g Vt ſerui mei è Syria *Synecdochicè* veſtiti nobili & rufâ lanâ è Canuſio geſtent lecticam meam.
h Amite lecticæ prominente.
i Stipata.
k Amore. infra ep.26. l Vino. m Purpurato, mulis vecto. n Maſſyli ceu Numidæ virgâ regunt equos non frænis. vnde Virgilio & Auſonio *infræni* dicti. o Honeſtè & — p — Magnificè.

Ad Carum. XXIV.

[a] O Cui virgineo flaueſcere contigit auro,
Dic vbi Palladium ſit tibi Care decus?

a Quid factum eſt O Care de coronâ illâ aureâ in ſimilitudinem foliorum oliuæ Palladiæ expreſſâ (ep.33.l 8.c.) tibi victori in quinquatrijs Mineruæ virginis à Domitiano donatæ? ep.54.l.4.a.

[b] Adſpicis en domini fulgentes marmore vultus,
Venit ad has vltrò noſtra corona comas.
[c] Albanæ liuere poteſt pia quercus oliuæ,
Cinxerit inuictum quòd prior illa caput.

b *Reſpondet Carus.* Illâ coronaui ſtatuam marmoream Domitiani, quam domi meæ, vt vides, colo.
c Querna ſanè *refert Martialis*, qua coronari ſolet Imp. habet quòd oleaginæ huic inuideat hunc honorem.

Ad eundem. XXV.

[a] QVis Pallatinos imitatus imagine vultus
[b] Phidiacum Latio marmore vicit ebur?
[c] Hæc mundi facies, hæc ſunt Iouis ora sereni:
Sic tonat ille deus, cùm ſine nube tonat.
[d] Non ſolam tribuit Pallas tibi Care coronam,
[e] Effigiem domini, quàm colis, illa dedit.

a Quis tibi (O Care) tam affabrè effinxit ſtatuam hanc Imperatoris?
b Ep. 13. l. 6 a.
c Talis fingitur Iouis facies, ſed placidi, ſed ſereni. Ita Theſeus de Plutone apud Senecam in Herc. Fu. v. 723. *Vultus eſt illi Iouis; Sed fulminantis.*
d Ep. præced. a.
e Certè tam artificioſè efficta ſtatua non eſt tibi niſi à Pallade. ep. 13. l. 6 a

In Afrum. XXVI.

[a] DAntem vina tuum quoties adſpeximus Hylum,
[b] Lumine nos Afer [b] turbidiore notas.
Quid rogo? quod ſcelus eſt mollē ſpectare miniſtrū?
[c] Adſpicimus Solem, ſidera, templa, deos:
Auertam vultus, tanquam mihi pocula [d] Gorgon
Porrigat, atque oculos, oraque noſtra tegam?
Trux erat Alcides: ſed [e] Hylam ſpectare licebat.
[f] Ludere Mercurio cum Ganymede licet.
Si non vis teneros ſpectet conuiua miniſtros:
[g] Phineas inuites Afer, & Oedipodas.

a Miniſtrantem conuiuis pocula puerum tuum.
b Vultu ſubirato & toruo. vide ep. 98. l. 10.
c Cum liceat adſpicere res tuo miniſtro multò pulchriores, ſolem ſc. ſidera, &c.
d Meduſa, quæ viſu homines in ſaxa conuertebat.
e 49. ep. l. 5. d.
f Ep. 73. l. 7.
g Inuites cæcos, quales erant Phineas & Oedipus. fabulæ notæ. *Phineas* hîc eſt Accuſatiuus pluralis à Phineus. cos.

❡ *De Nerua.* XXVII.

[a] AVdet facundo qui carmina mittere Neruæ,
[b] Pallia donauit glaucina Coſme tibi.
[c] Pæſtano violas, & cana liguſtra colono,
[d] Hyblæis apibus Corſica mella dabit.
Sed tamen & paruæ nonnulla eſt gratia Muſæ:
[e] Appetitur poſito vilis oliua lupo.
Nec tibi ſit mirum, modici quòd conſcia vatis
Iudicium metuat noſtra [f] Thalia tuum.
[g] Ipſe tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
Laſciuum iuuenis cùm tibi luſit opus.

a Vide eiuſdem ingenij ep. 41. l. 7.
b Ineptè mittit veſtes coloris glauci tibi, cui purpurearum veſtium copia.
c Pæſtum Lucaniæ opp. floribus abundat, etiam bis in anno. ep. 38. l. 5 l.
d Ipſis apibus, vel, iis qui habent apes Hyblæas mittit amari ſaporis mella Corſica.
e Neque enim appoſitis in lautiſsimo conuiuio delicatis piſcibus faſtidimus viles oliuas.
f Ep. 8. l. 4. m. & 16. ep. l. 7. c.
g Ep. 70. l. 8. a.

In

In Chrestum. XXVIII.

CVm depilatos, Chreste, coleos portes,
Et vulturino mentulam parem collo,
Et [a] prostitutis leuius caput culis,
Nec viuat vllus in tuo pilus crure,
[b] Purgentque sæuæ cana labra volsellæ;
[c] Curios, Camillos, Quinctios, Numas, Ancos,
Et quidquid vsquam legimus pilosorum
Loqueris, sonasque grandibus minax verbis,
[d] Et cum theatro, seculoque rixaris.
Occurrit aliquis inter ista draucus, &
[e] Iam pædagogo liberatus, & cuius
[f] Refibulauit turgidum [g] faber penem:
Nutu vocatum ducis, & [h] pudet fari,
Catoniana, Chreste, quod [i] facis lingua.

a Cinædorum.
b Ep.29.l.2.g.
c Et habes vsque in ore veterum incultam grauitatem & continentiam. sic ep.25.l.1.
d Et exclamas, *O tempora! O mores!* indignatus theatra & secula hæc quasi ludicra & lasciua nimis.
e Qui ex ephebis excesserit.
f Fibulam soluit & sustulit. ep.81.l.7.a.
g Erat enim fibula ex ære dict. ep.81.l.7.
h Iubet me pudor tacere, quid agat lingua tua qua te profiteris tertium moribus Catonem.
i Ep.72.l.2.

Epitaphium Latini. XXIX.

[a] DVlce decus scenæ, ludorum fama, [b] Latinus
Ille ego sum, plausus, deliciæque tuæ:
Qui [c] spectatorem potui fecisse [c] Catonem,
[d] Soluere qui Curios, Fabriciosque graues.
Sed [e] nihil à nostro sumpsit mea vita theatro.
Et [f] sola tantùm scenicus arte feror:
Nec poteram gratus * domino sine moribus esse:
Interiùs mentes suspicit ille * deus.
Vos me laurigeri [g] parasitum dicite Phœbi,
Roma sui famulum dum sciat esse * Iouis.

a *Ego sum dulce decus, &c.* ex persona Latini sepulti. quod fit in epitaphijs.
b Celebris mimus, Domitiano charus.
c Ep.3 l.1.
d Inrisum soluere grauissimos illos & continentissimos viros Curium & Fabricium.
e Non contraxit sibi lasciuiam & improbitatem in theatris exprimi solita.
f Non animo, non moribus.
* Domitian. g Mimi & histriones, qui poëtarum carmina recitabant, appellabantur parasiti Apollinis.

Epitaphium Philænis. XXX.

[a] SEcula Nestoreæ permensa Philæni senectæ,
[b] Rapta es ad infernas tam citò Ditis aquas?
[c] Euboïcæ nondum numerabas [d] longa Sibyllæ
Tempora: [e] maior erat mensibus illa tribus.
Heu [f] quæ lingua silet! non illam mille [g] catastæ
Vincebant, nec [h] quæ turba Serapin amat:

a Tria secul. 300. annos vt quidam volunt. vt alij 90. cùm γενεὰ pariendi ac generandi perfectiùs spacium annorum 30. periodum conficiat. Cœl. Rhod. 19. l.22.c.
b Quasi immatura. *Ironicè.* c Cumanæ. d AEtatem M. annorum ex voto suo vt tot annos viueret, quot manu complecteretur arenæ corpora, &c. Ouid. Metam. 14.l. e Fingit Hyperbolicè poëta defuisse Philænidi 3 tantùm menses de ætate Sibyllæ. f Quàm vocalis & Stentorea! g Serui in catastis, i. pegmatis ligneis venales expositi. ep.29.l.6.d. h Isidis sacerdotes inuecto Osiri. Iuu. Sat.8.v.28. vel impura turba quæ in Serapidis sacris solennibus ad Canopum per fossam ex Alexandria descendunt in nauiculis cantantes, frementes, &c. Strab. 17.l.

Nec

Nec matutini [i] cirrata caterua magiſtri,
  Nec qua [k] Strymonio de grege ripa ſonat.
[l] Quæ nunc [m] Theſſalico Lunam deducere rhombo,
  Quæ ſciet hos illos vendere lena toros ?
[n] Sit tibi terra leuis, mollique tegaris arena,
  Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

i Pueri cirrati in ſcholis. Perſ.ſat.1.v.29.
k Gruibus imminente tempeſtate, vel hyeme magno cum clangore è Thracia, cuius Strymon eſt fl. aduolantibus.
l Quæ iam ſaga poſt mortem Philænidis turbine, vertigine magicâ, ceu girgillo, cui inuoluebant filum quo lunam torqueri credebant, deducet? .i. quæ iam maga excantabit lunam ? de qua re & opinione vide quæ nos ad Senecæ Hippolyt. 420. verſ. m Theſſalia olim incantationibus & veneficijs famoſa. n Vide ep. 89. l. 1. d. cuius precationis formulam inuertit poëta verſu ſeq. ſic Ammianus, Εἴη σοὶ κατὰ γῆς, &c. Antholog.

De Antiſtio ruſtico. XXXI.

[a] CAppadocum ſæuis Antiſtius occidit oris
  Ruſticus. ô triſti crimine terra nocens!
[b] Rettulit oſſa ſinu cari Nigrina mariti,
  Et queſta eſt longas [c] non ſatis eſſe vias:
Cumq' daret ſanctā tumulis, [d] quibus inuidet, vrnam,
  Viſa ſibi eſt rapto [e] bis viduata viro.

a Ep. 85. l. 6. c.
b Ex Armeniæ Cappadocia Romam. De more oſſa defunctorum componendi, vide quæ nos ad v. 797. Troad. Senecæ.
c Quo diutius amplecteretur coniugis ſibi chari reliquias.
d Ereptoris illi & ſeruaturis oſſa mariti. e Olim cùm moreretur vir, & iam denuò cum oſſa tumulo mandet.

De Vibij voto. XXXII.

DVm comes [a] Arctois hæreret Cæſaris armis
  [b] Vibius, hanc [c] Marti pro duce vouit [d] auem.
[*] Luna quater binos non tota peregerat orbes,
  Debita poſcebat iam ſibi vota deus.
[e] Ipſe ſuas anſer lætus properauit ad aras,
  Et cecidit ſanctis hoſtia parua focis.
[f] Octo vides patulo pendere numiſmata roſtro
  Alitis ? hæc extis condita nuper erant.
[g] Quæ litat argento pro te, non ſanguine, cæſa
  Victima, iam ferro non opus eſſe docet.

a Sarmaticis. ep. 5. l. 7. a.
b Vibius Criſpus. Sueton. Dom. c. 3.
c Vt ſeruaret Domitianum.
d Anſerem Rom. Imperij cuſtodem. ep. 73 l. 13.
* Octo menſium ſpacio peractum eſt bellum Sarm.
e Non reluctans aut fugiens, quod piaculare fuiſſet.
f Dijs argentum non raro litarunt. ſuſpenſa itaque videtur ad Martis ſtatuam argentea anſeris effigies, nummos octo roſtro porrigens, quæ menſes octo denotarent belli Sarm. g Redijſſe argenteam immo auream ſub Domitiano ætatē palpat poeta. Citra adulationem Domitianus pacem non ferro ſed auro redemit à barbaris vt patet ex Theodoſij fragmento.

Qualem velit amicam. XXXIII.

HAnc volo, quæ facilis, quæ [a] palliolata vagatur:
  Hanc volo, quæ puero iam [b] dedit antè meo:
Hanc volo, quam redimit [c] totam denarius alter:
  Hanc volo, quæ pariter ſufficit vna [c] tribus.
Poſcentem nummos, & grandia verba ſonantem,
  Poſſideat [d] craſſi mentula [d] Burdigali.

a Non togata, non ſtolata ſed ancillari habitu veſtita.
b Ep. 49. l. 2.
c *Omnibus modis largam.* vt ep. 66. l. 12. quæ *Deglubit, fellat, molitur per vtramque cauernam:* Auſon. 70. ep. vide l. 2. ep. 52.
d Diuitis, fatui, inſulſi.

Ad Flaccum. XXXIV.

AVdieris in quo Flacce, balneo plausum,
e Morionis illic esse mentulam scito.

e Benè vasati Alij leg. *Mutonis* i. mutoniati.

In laudem Domitiani. XXXV.

IVppiter a Idæi b risit mendacia busti,
Dum videt Augusti Flauia templa c poli:
Atque inter mensas largo iam nectare fusus,
Pocula cùm Marti traderet ipse suo;
Respiciens Phœbum pariter, Phœbique sororem,
Cum quibus Alcides, & pius d Arcas erat,
Gnosia vos, inquit, nobis monumenta dedistis:
e Cernite quàm plus sit Cæsaris esse patrem.

a Cretensis sepulchri. Ionis enim sepulchrum in Gnoso Cretæ oppido ostenditur, si qua fide digni Cretes, sed vide Callimachum. hymn. de Ioue, & quæ doctiss. *Seldenus* in *Titulis Honorum*. l. 1. c. 7.
b Contempsit præ Flauiæ gentis templo, quod Vespasiano patri Domitianus condiderat. supra. ep. 2. & 4. c Cœlo æmulum templum. sed sunt qui *tholi* legant. de quo vide ep. 71. l. 1. h. d Mercurius, in Cyllene monte Arcadiæ natus. e Videte quam nobile templum patri suo Domitianus ædificauerit, quod superat illud monumentū à vobis mihi extructum. præstitit fuisse me Cæsaris patrem quàm vestrum.

In Philomusum. XXXVI.

ARtibus his semper cœnam Philomuse, mereris,
Plurima dum fingis, sed quasi vera refers.
Scis quid in a Arsacia b Pacorus deliberet aula.
c Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum.
Verba ducis Daci Cattis mandata d resignas,
e Victricem laurum, quàm venit, antè vides.
f Scis quoties g Phario madeat h Ioue i fusca Syene:
k Scis quota de Libyco litore puppis eat:
l Cuius Iuleæ capiti nascantur oliuæ,
Destinet æthereus cui sua serta pater.
m Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me.
Hac lege, vt narres nil, Philomuse, noui.

Vide mihi Theophrasti characterem περὶ λογοποιίας.
a Parthica. Parthorum reges ab Arsace deinde Arsaces dicti vt Pontici, Mithridates; AEgyptij, Ptolemæi; Armenij, Tigranes; Romani Imp. Cæsares, &c.
b Parthorum rex.
c Fingis te referre posse copiarum Germanicarum & Sarm. numerum.
d Aperis, ac si tu posses secreta regum, acceptis resignatisque literis ab illis. e A Sarmatis relatam. ep. 15. l. 8. e. f Tu scis quoties pluat in AEgypto. quod perrarò. g AEgyptia, à Pharo insula. infra, ep. 41. b. h Pluuiâ, imbre. Iupiter enim media aeris regio, ima Luna, summa Minerua, qui magni hinc Dij. i Cuius incolæ à Sole colorantur. Syene enim in confinibus AEgypti sub Tropico Caneri directè locatur *atque vmbras nusquam flectente Syene*. Lucan. k Lynceo vel Strabone perspicacior potes numerum referre nauium Carthaginis portu soluentium. Plin. 7. l. 21. c. l Tu nosti quibus Cæsar coronas in quinquatri, s sit daturus. m Ego inuito te, sub lege silentij.

De Ganymede & Ioue. XXXVII.

VIderat a Ausonium posito modò crine a ministrum
b Phryx puer, c alterius gaudia nota Iouis,

a Earinum, Imperatoris Rom. pocillatorem, comâ depositâ. ep. 17. & 18. supra.
b Ganymedes. c Iouis pocillator, vel, Appositiuè cum *ministrum*, delicias Domitiani, qui Martiali alter Iupiter, nisi fortè (quæ poetæ impia est adulatio) Domitiano Iouem secundū velit.

Quod tuus ecce [d] suo Cæsar permisit [d] ephebo,
Tu permitte tuo maxime rector, ait.
Iam mihi prima latet longis lanugo capillis:
Iam tua me ridet Iuno, vocatque virum.
Cui pater æthereus, puer ô dulcissime, dixit,
Non ego quod poscis, res negat ipsa tibi.
Cæsar habet noster similes tibi mille ministros,
Tantaque sidereos [e] vix capit aula mares.
At tibi si dederit vultus coma tonsa viriles,
Quis mihi, qui nectar misceat, alter erit?

d Earino.
e Tantus eorum numerus est.

In Gallam. XXXVIII.

CVm sis ipsa domi, [a] mediaque ornere [a] Subura,
Fiant [b] absentes & tibi Galla comæ:
[c] Nec dentes aliter, quàm Serica nocte reponas,
[d] Et lateas centum condita pyxidibus:
[e] Nec tecum facies tua dormiat, innuis illo,
Quod tibi [f] prolatum est mâne, supercilio.
Et te nulla mouet cani reuerentia cunni,
Quem potes inter auos iam numerare tuos.
[g] Promittis sexcenta tamen: sed mentula surda est,
Et sit [h] lusca licet, te tamen illa videt.

a Medicaminibus & fucis quæ petuntur empta ex media Subura, vico Rom. celebri.
b Fictitiæ, accersitæ, caliendra.
c Et ex osse vel ebore factitios dentes reponas nocte, vt vestes sericas reponere solent.
d Et mundus tuus, fuci, medicamina, &c. recondantur innumeris pyxidibus.
e Adscititium faciei nitorem singulis noctibus reponas, crastino die nouum sumptura.
f Ex pyxidibus depromptum, *vel*, productum. supercilia enim fuligine sibi producebant. Iuuen. Sat. 2. v. 93.
g Ep. 23. l. 6.
h Lib. 2. ep. 33.

Ad Agathinum. XXXIX.

[a] SVmma licet velox Agathine [b] pericula ludas.
Non tamen efficies, vt tibi parma cadat.
Nolentem sequitur, tenuesque reuersa per auras
Vel pede, vel tergo, clune, vel vngue sedet.
[c] Lubrica Corycio quamuis sint pulpita nimbo,
Et rapiant celeres vela negata Noti:
Securos [d] pueri neglecta perambulat artus,
Et nocet [d] artifici ventus, & vnda nihil.
Vt peccare velis, cùm feceris omnia, falli
Non potes: arte opus est, vt tibi parma cadat.

a Agath. hic ex numero Ventilatorum ac Pilariorum erat, cuius artem & agilitatem eam esse dicit poëta, vt illi opus sit arte, si quando peccare & errare velit.
b Erroris, vel etiam vulneris ab hasta, gladio ceu clypeo quæ isti Ventilatores in altum iacta recipiebant. Lips. Saturn. 2. c. 19.
c Nec scena sparsionibus theatralibus è croco dulci vino misto. *ep. 3. lib. Spect. k.* facta lubrica; nec vento agitata vela, quæ theatro obtenduntur ad arcendum solem & ventos, officiunt tibi aut impediunt quo minus artem præstes.
d Agathin.

De natali Cæsoniæ. XL.

[a] PRima [b] Palatino lux est hæc orta [b] tonanti,
Optasset Cybele qua peperisse Iouem.

a IX Kal. Nouembris natus est Domitianus, qui & Cæsoniæ natalis, quem maritus eius Rufus geminum iure coluit.
b Domitiano.

Hac & [c] Santonici genita est Cæsonia Rufi:
  [d] Plus debet matri nulla puella suæ.
Lætatur [e] gemina votorum sorte maritus,
  [c] Contigit hunc illi quòd bis amare diem.

c Quòd vnum eundemque celebret natalem Cæsaris & vxoris.

c Al. *sancta meo genita est Cæsonia Rufo.*
d Quod ab eâ edita sit natali cum Domitiano illi communi.

De voto Philænis. XLI.

[a] TArpeias Diodorus ad coronas
Romam cùm peteret [b] Pharo relicta,
Vouit pro reditu viri Philænis,
Illam lingeret vt puella simplex,
Quam castæ quoque diligunt Sabinæ:
Dispersa rate tristibus procellis
Mersus fluctibus, obrutusque ponto
Ad votum Diodorus enatauit.
O tardus nimis & piger maritus!
Hoc à litore si puella votum
Fecisset mea, protinus redissem.

a In Quinquatrijs Mineruæ. ep. 54. l. 4. a.
b AEgypto. Pharos AEgypti insula erat ex aduerso Alexandriæ, hodie continenti contigua? *Farion.*
c Sabinæ fœminæ ab omnibus autoribus audiunt castæ, simplices.

In Ponticum. XLII.

POntice quòd numquam futuis, sed [a] pellice læua
  Vteris, & Veneri seruit amica manus:
Hoc nihil esse putas? scelus est mihi crede, sed ingens,
  Quantum vix animo concipis ipse tuo.
[b] Nempe semel futuit, generaret Horatius vt tres;
  Mars semel, vt geminos Ilia casta daret.
Omnia perdiderat, si [c] masturbatus vterque
  Mandasset manibus gaudia fœda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum:
  Istud quod digitis Pontice perdis, homo est.

a Diogenianâ veteris Venere, qui τὸν δ᾽ ὑμέναιον ᾔειδεν παλάμῃ, Λαΐδος οὐ χατέων. Agathius 7. lib. Anthologiæ. quod idem refert Galenus 6. l. περὶ τῶν πεπονθότων τόπων. innuitque ipse Diogenes Luciani, ἐν βίων πράσει.

b Ex vno congressu geniti sunt trigemini illi Horatij qui tres Curiaties singulari de re Rom. certamine commissos deuicerunt: ex vno, geniti Romulus & Remus Romæ conditores. c Vt tu.

Ad Apollinem. XLIII.

[a] CAmpis diues Apollo sic Murinis,
Sic semper [b] senibus fruare [b] cycnis,
Doctæ sic tibi seruiant [c] sorores,
[d] Nec Delphis tua mentiatur vlli,
Sic [e] Pallatia te colant, amentque:

a Sic O Apollo colaris in campis Murinis vel Myrinis, in quibus Gryneum oppidum templo Apollinis, hinc *Grynei* dicti, celebre. Alij legunt *murinis* & referunt ad Apollinem Sminthea μυοκτόνον. Turnebus 24. c. 21. l. legit *Semurinis*. neque placet. b Tibi consecratis. in morte, quam præsciunt, canentibus. ep. 77. l. 13. c Musæ Domitius refert ad sorores fatidicas Fortunæ Prænestinæ, vel Dodonæas. vide quæ ad Medeam Sen. v. 349. d Et vera det responsa sacerdos tua Pythia, Phœbas Delphica, Delphis, idos. e Cæsares in Palatio.

f Vt consulatum Stellæ meo deferat Cæsar.

f Bis senos citò me rogante fasces
Det Stellæ bonus annuatque Cæsar,
Felix tunc ego, debitorque voti
Casurum tibi rusticas ad aras
Ducam cornibus g aureis iuuencum.
Nata est hostia Phœbe, quid moraris?

g De more exornandi maiores victimas. inaurando ijs cornua.

De * statua Herculis. XLIV.

* Vt publicè in conuiuijs excipiebantur Deorum simulachra puluinaribus: ita & priuatim in mensa collocabantur statuæ. Inter cæteras imagines quas Nonius Vindex in cœna ostenderat, erat Hercules epitrapezios. cuius signi artificium ad verbum cum nostro Statius Papinius 4° syluarum exprimit, admiratur, laudat.

a Saxo insidens mitigat duritiem eius instratâ leonis pelle, quæ Herculi pro armatura & lecto erat. Senec. Herc. Fu. 1150. v.

b Imago magni dei Herc. ære expressa.

c. Suspicit cœlum quod Atlantis loco humeris quondam sustinuit. d Sinistrâ clauam, dextra poculum gerens. e Archetypum est, & veteris famæ opus, a Lysippo sc. optimo statuario effictum. alij leg. *Non est forma recens.* f Instrumenti, stili sculptorij. g Alexander natus in Pella Macedoniæ vrbe primus habuit hunc Herculem cum scypho, à Lysippo. h Annis 12. deuicto ab Alex. qui & ipse iuuenis extinctus est. i Possessam hanc stateam Anniball Papinius canit; noster iuratam, Poeticè magis quàm historicè. Annibal nouem annorum puer iurauit se cum primum & quandiu posset Romanos bello persecuturum. k Hoc signum & Sylla possedit; cuius iussu dictaturam posuisse Syllam fingit poeta. l Epitrapezius tandem iste Herc. indignè ferens tyrannicam principium dominorum potestatem quam in viuis vbique vindicarat, nunc priuatas Vindicis ædes colit. m Ep. 64. l. 3. t.

HIc, qui a dura sedens porrecto saxa leone
Mitigat exiguo b magnus in ære deus,
c Quæque tulit, spectat resupino sidera vultu,
d Cuius læua calet robore, dextra mero:
e Non est fama recens, nec nostri gloria f cæli:
Nobile Lysippi munus, opusque vides.
g Hoc habuit numen Pellæi mensa tyranni,
h Qui citò perdomito victor in orbe iacet.
i Hunc puer ad Libycas iurauerat Hannibal aras:
k Iusserat hic Syllam ponere regna trucem.
l Offensus variæ tumidis terroribus aulæ,
Priuatos gaudet nunc habitare Lares.
m Vtque fuit quondam placidi conuiua Molorchi,
Sic voluit docti Vindicis esse deus.

De eadem statua. XLV.

a Herculis imaginem, de qua ep. præced. Lips. t. l. quæst. epist. 5. legit, *Alcides.*
b Basis statuæ inscriptum habet nomen artificis.
c Itanè, *inquit poeta* hocci ne est opus Lysippi qui finxit Alexandrum? credideram ego fuisse Phidiæ potius, qui finxit Iouem.

a ALciden modò Vindicis rogabam,
Esset cuius opus laborque felix.
Risit: nam solet hoc: leuique nutu,
Græcè numquid ait poëta, nescis?
b Inscripta est basis, indicatque nomen,
Λυσίππου lego, c Phidiæ putaui.

ℊ Ad Marcellinum. XLV.

a Vide ep. 25. l. 6. b. & ep. 11. l. 4. c.
b Vrsas tardè mouentes, quia polo vicinas.

a MIles Hyperboreos modò, Marcelline, Triones,
Et Getici tuleris b sidera pigra poli,

Ecce [c] Prometheæ rupes, & fabula montis
Quàm propè ſunt oculis nunc adeunda tuis.
Videris immenſis cùm [d] conclamata querelis
Saxa ſenis, dices [e] durior ille fuit.
Et licet hoc addas, [f] potuit qui talia ferre,
Humanum meritò finxerat ille genus.

c Caucaſus Scythiæ mons cui alligatus fingitur Prometheus præbere aliti iecur in pœnas renaſcens, propter ſubductum Ioui ignem, &c. ep. 7. lib. ſpectac. d Clamoribus Promethei cœlum & terram conteſtantis conſcia ſe pati indigna. AEſchyli Prometh. e Qui talia perpeſſus eſt. f Prometheus duris ſcautibus affixus, ipſe ſaxis durior dura perpeſſus, documenta dat duram eſſe hominis progeniem ab illo autore.

In Gellium. XLVII.

GEllius [g] ædificat ſemper, modò limina ponit,
Nunc foribus claues aptat, emitque ſeras:
Nunc has, nunc illas mutat, reficitque feneſtras.
Dum tamen ædificet, quidlibet ille facit:
Oranti nummos vt dicere poſſit amico
Vnum illud verbum Gellius, *ædifico.*

g Minutula neſcio quæ ſemper reficit, vt ædificandi prætextu illiberalem tegat animum, ne quid in amicos eroget.

In Pannicum. XLVIII.

[a] DEmocritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas,
Quidquid & hirſutis ſqualet imaginibus,
Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor, & heres:
Præpendit mento nec tibi barba minor.
Sed quod, & [b] hircoſis ſerum eſt & turpe piloſis,
In molli rigidum clune libenter habes.
Tu qui ſectarum cauſſas, & [c] pondera noſti,
Dic mihi, [d] præcidi Pannice, dogma quod eſt.

a Crepas vſque Stoicos & Academicos reconditioris ſcientiæ philoſophos, quorum imagines viſuntur hirſutæ & incultæ, ipſe hiſpidus & barbâ promiſſâ grauis: ſed, &c. De huiuſmodi hypocritis vide ep. 28. ſupra, & ep. 25. l. 1. & Iuuen. ſat. 2. b Quibus valle ſub alarum graueolentia. *fertur Valle ſub alarum trux habitare caper.* Catull. c Argumenta, rationes. d Ep. 72. l. 2.

In Gallicum. XLIX.

HEredem cùm me partis tibi, Gallice, quartæ
Per tua iurares ſacra, caputque tuum,
Credidimus, ([a] quis enim damnet ſua vota libenter:)
Et ſpem muneribus fouimus vſque datis:
Inter quæ rari [b] Laurentem ponderis aprum
Miſimus, [c] Aetola de Calydone putes.
At tu continuò populumque, patreſque [*] vocaſti:
[d] Ructat adhuc aprum [e] callida Roma meum.
Ipſe ego (quis credat?) conuiua [f] nec vltimus hæſi:
Sed nec [g] coſta data eſt [g] caudáue miſſa mihi.
De [h] quadrante tuo quid ſperem Gallice? nulla
De noſtro nobis [i] vncia venit apro.

a Quis enim non libenter credat, quod optat & fieri vult? b Laurente ſaltu captum. c Ep. 15. lib. ſpect. a. & ep. 26. l. 7. c. * Inuitaſti. d Præ ingluuie, vt quæ auidè apro veſceretur. e An propter Gallicum & alios diuites qui heredipetas falſa ſpe lactatos fallebant? an propter cœnipetas Romanos? an legendum *pallida*. i. luxu & gulâ alba? f Nec imâ ſede admiſſus, immo præteritus, non vocatus. g Apri. h Quartâ hereditatis tuæ parte. 3 vncijs. i Particula, & reſpicit *hereditatis aſſem*, & quem dixerat *quadrantem*.

De toga à Parthenio sibi data L.

[a] HÆc est illa meis multùm cantata libellis,
Quam meus edidicit lector, amatque togam.
Partheniana fuit, quondam memorabile [b] vatis
Munus: in hac ibam conspiciendus [c] eques:
Dum noua, dum nitida fulgebat splendida lana,
Dumque erat [d] auctoris nomine digna sui:
Nunc anus, & tremulo vix accipienda [e] tribuli,
Quam possis [f] niueam dicere iure tuo.
Quid non longa dies, quid non consumitis anni?
Hæc toga [g] iam non est Partheniana: mea est.

a Ep.28.l.8.
b Ep.6.l.5.& 1.ep.11.l. & 11.ep.l.12.
c Honoratius munere principis, non censu.
d Parthenij. tunc quidem toga παρθένιος, virgo: nunc anus & vetula.
e Algenti & horrenti frigore pauperi tributim & capite censo, vni è turba sine nomine.
f Ep.34.l.4.
g Degenerat ab autoris Parth. benignitate, & meæ conuenit paupertati.

In Gaurum. LI.

INgenium mihi Gaure probas sic esse pusillum,
Carmina quòd faciam, quæ breuitate placent.
Confiteor: sed tu bis denis grandia libris
Qui scribis Priami prœlia, magnus homo [a] es.
[b] Nos facimus [c] Bruti puerum, nos [d] Lagona viuum:
Tu [e] magnus [f] luteum Gaure Giganta facis.

a Tibi videris.
b Ego quidem parua facio carmina, sed viua & vegeta; tu magna, sed stupida & mortua.
c Ep.171.l.14.
d Puerum elegantem, subdolæ ac fucatæ vernilitatis, Lucisci opus. Plin.34.l.8.c.
e Mole non arte & ingenio certans.
f πηλογόνον & γηγενῆ. h.e. magnum, malum, lutulentum opus condis. At populus tumido gaudeat Antimacho. Catull.

De Lucano & Tullo. LII.

QVod semper superos inuito fratre rogasti,
Hoc, Lucane, tibi contigit, antè mori.
Inuidet ille tibi: [g] Stygias nam Tullus ad vndas
Optabat, quamuis sit minor, ire prior.
Tu colis Elysios, nemorisque habitator amœni
Esse tuo primùm nunc sine fratre cupis.
Et si iam nitidis alternus venit ab astris,
Pro Polluce mones Castora, [h] ne redeat.

g Namque ille quamuis natu minor optarat prior mori. vide ep.37.l.1. quod huic concinit.
h Ne velit vitæ vicissitudinem cum fratre Polluce habere, sed, quod tu facis, fratri suo integram nec alternâ morte interruptam vitam cedere.

Ad Quinctum. LIII.

SI credis mihi, Quincte, quòd mereris,
Natales Ouidi tuos Apriles,
Vt nostras amo Martias Calendas.
Felix vtraque lux, diesque nobis
[a] Signandi melioribus lapillis.

a 45.ep.l.8.b.

Hic

b Hic vitam tribuit, sed c hic d amicum:
c Plus dant, Quincte, mihi tuæ Calendæ.

b Natalis meus Cal. Martijs. c Tuus natalis Cal. Aprilis. d Te. e Amicitia nempe tua mihi charior est vitâ meâ.

Ad eundem. LIV.

a NAtali tibi, Quincte, tuo dare parua volebam
Munera, tu prohibes: imperiosus homo es.
Parendum est monitis. fiat quod vterque b iubemus,
c Et quod vtrumque iuuat, tu mihi, Quincte, dato.

a Ep. 64. l. 8.
b Al. *Volemus.*
c Ex inuersa officio elegans mendicatio.

Ad cognatum. LV.

a SI mihi Picena turdus palleret oliua,
Tenderet aut nostras sylua Sabina plagas,
Aut b crescente c vadis traheretur arundine præda,
Pinguis & implicitas virga teneret aues:
d Cara daret solenne tibi cognatio munus,
Nec frater nobis, nec prior esset auus.
Nunc sturnos inopes, fringuillarumque querelas
Audit, & arguto passere e vernat ager.
Inde salutatus picæ respondet arator:
Hinc prope summa rapax miluus in astra volat.
Mittimus ergo tibi paruæ f munuscula f cortis,
Qualia si recipis, g sæpe propinquus eris.

a Si mihi essent turdi, qui Picenâ oliuâ pasti pinguescerent ἐλαιοφυλλοφάγοι ceu ἐλαιοφάγοι κιχῦλαι, Athenæo 2. l. 24. c. aut ex syluis Sabinis feræ.
b Recente, lenta, flexili arundine piscatoriâ, vel quæ prædâ grauis est, vel quæ etiam crescit in longitudinem, alijs atque alijs insitis arundinibus.
c Alij leg. *leuis.* & aues intelligunt, vt ep. 218. l. 14. sed cur idem bis?
d In his Charistijs vel Caris cognatorum (conuiuio sc. solenni cui adsunt cognati tantùm symbola conijcientes. Ouid. 2. Fast. & Val. Max. 2. l. c. 1.) mitterem tibi munus. ep. seq. e Cal. enim Martijs celebrabantur hæc Charistia. f Ep. 30. l. 7. a. b. & c. g Pluribus annuis festis, *vel* pluries in anno.

¶ Ad * Flaccum. LVI.

a LVce propinquorum, qua plurima mittitur ales,
Dum b Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro:
Succurrit nobis ingens, c onerosaque turba,
In qua se primum quisque meumque putat.
d Demeruisse duos, votum est: offendere plures,
Vix tutum: multis mittere dona, graue est.
Qua possum sola veniam ratione e merebor:
f Nec Stellæ turdos, nec tibi, Flacce, dabo.

* Poëtam qui scripsit Argonautica.
a Ep. proxime præced. d.
b Poëtæ, de quo ep. 8. l. 1. &c.
c Amicorum turba, quibus omnibus munera mittere mihi foret onerosum.
d Beneficio mihi conciliare te & Stellam volebam.
e Respicit ad quod prius dixerat *Demeruisse,* f Ita nec vos sibi prælatos querentur cæteri.

De Splendophoro. LVII.

SPlēdophorus a Libycas domini petit armiger vrbes:
Quæ puero dones, b tela Cupido para:

a Domitiani tyro in Africam profectutus.
b Tua arma, *Altera tela arcus, altera tela faces.*

Illa quibus iuuenes figis, mollesque puellas:
Sit tamen in tenera leuis & hasta manu.
Loricam, clypeumque tibi, galeamque remitto,
[c] Tutus vt inuadat prœlia, nudus eat.
[d] Non iaculo, non ense fuit, læsusve sagitta,
Casside dum liber Parthenopæus erat.
Quisquis ab [e] hoc fuerit fixus, morietur amore.
O felix, si quem tam bona fata manent!
Dum puer es, redeas, [f] dum vultus lubricus, & te
Non Libye faciat, sed tua Roma virum.

c Illæsum & à vulneribus immunem præstabit eum inermis nudique forma sua & pulchritudo.
d Meleagri filius, quem forma à vulnere defendebat. *qualis belli iam casside missâ Parthenopæus erat.* Papin. sylu 4. vide ep. 77. l. 6. b.
e Altero Cupidine, & Amoris telis instructo. vt modò, b. f Nondum planè virilis, *discrimine sexus obscuro ambiguoque vultu. vel* vt idem Horat. *Vultus nimium lubricus aspici.* vel in ætatis lubrico, nondum adultus.

In Hedylum. LVIII.

NIl est tritius Hedyli lacernis,
Non ansæ veterum [a] Corinthiorum,
Nec crus [b] compede lubricum decenni,
Non ruptæ [c] recutita colla mulæ.
Nec quæ Flaminiam [d] secant [e] salebræ,
Nec qui litoribus nitent lapilli,
Nec [f] Tusca ligo vinea politus,
Nec [g] pallens toga mortui tribulis,
Nec pigri rota quassa mulionis,
Nec [h] rasum cauea latus bisontis,
Nec dens iam senior ferocis apri,
Res vna est tamen, ipse non negabit,
Culus tritior [i] Hedyli lacernis.

a Vasorum ex ære Corinthio. vide quæ ad 795. vers. Medeæ Senecæ.
b Seruorum in ergastulis. supra ep. 23. b.
c Nouâ cute reuestita.
d Interrumpunt, asperam reddunt.
e Saxa in via eminentiora & léuia. An intelligit lapides quibus milliaria terminantur & distinguuntur?
f Ergastulis Etruscis.
g Defloccata toga, qua amictus efficitur pauper. Romanorum autem cadauera efferebantur togata, pro suâ cuiusque conditione: Censorum, purpureâ; magistratuum, prætextâ; ciuium honestiorum, candidâ; viliorum quoque cadauera, togâ albâ, sed viliori & tritiori. Iuuen. Sat. 3. vers. 170. h Latus bouis syluestris caueâ qua coërcetur tritum i Cinædi.

Ad Nympham. LIX.

[a] NYmpha sacri regina lacus, cui grata Sabinus,
Et mansura pio munere templa dedit:
Sic montana tuos semper colat Vmbria fontes,
[b] Nec tua Baianas Sarsina malit aquas:
Excipe [c] solicitos placidè, mea dona, libellos:
[d] Tu fueris Musis Pegasis vnda meis.
[e] Nympharum templis quisquis sua carmina donat,
[f] Quid fieri libris debeat, ipse monet.

a Fons, ceu Nympha fontis cui Cæsius Sab. de quo ep. 96. l. 7. templum consecrauit.
b Nec minori sis in pretio & æstimatione apud Sarsinates Vmbriæ, quam sunt Baiæ.
c Iudicium Cæsij subueritos. ep. 96 l. 7.
d Mihi eris instar fontis Pegasi vngulâ aperti, poëtis culti & decantati. e Aquarum. f Mergendos sc. & aquâ delendos. sic ep. 99. l. 3. & 10. ep. 4. l.

In Mamurram. LX.

IN [a] ſeptis Mamurra diu, multumque * vagatus,
Hîc [b] vbi Roma ſuas aurea vexat opes.
[c] Inſpexit molles pueros, [d] oculiſque comedit:
Non hos quos [e] primæ proſtituere [e] caſæ,
Sed quos [f] arcanæ ſeruant tabulata [g] cataſtæ,
Et quos non populus, [h] nec mea turba videt.
Inde [i] ſatur menſas,& [k] opertos exuit orbes,
[k] Expoſitumque altè pingue popoſcit ebur,
[l] Et teſtudineum menſus quater hexaclinon,
Ingemuit [m] citro non ſatis eſſe ſuo.
[n] Conſuluit nares, an olerent æra Corinthon:
Culpauit [o] ſtatuas & Polyclete tuas.
Et [p] turbata breui queſtus [q] cryſtallina vitro,
[q] Myrrhina [r] ſignauit, [r] ſepoſuitque decem.
Expendit [ſ] veteres [ſ] calathos, & ſi qua fuerunt
Pocula [t] Mentorea nobilitata manu:
Et [u] virides picto [u] gemmas numerauit in auro,
[x] Quidquid & in niuea grandius aure ſonat.
Sardonychas [y] veros menſa quæſiuit in omni,
Et [z] pretium magnis [z] fecit ïaſpidibus.
[2] Vndecima laſſus cùm iam diſcederet horas,
Aſſe duos calices emit, & [3] ipſe tulit.

a Ep.14.l.2.d.
* *Empturus pueros,argentum,myrrhina,villas.* Iuuen. 7.ſat.132.v.
b Vbi venales exponuntur, oſtentantur, licitantur, emuntur ingentis pretij merces.ep.80.l.10.
c Venales diligenter inſpexit.ep.82.l.6.a.
d Sic ep.97.l.1.l.
e Tabernæ viliores & expoſitæ.
f Reconditiores & remotæ. *vti mox nota k.*
g Supra ep.30.g.& l.6. ep.29.d.
h Nec meæ farinæ & conditionis. pauperes.
i Oculos ſatiatus.
k Retegi poſtulauit & efferri opertas & interius reconditas magni pretij menſas citreas & eburneas rotundas.ep.43.l.2.i.
l Et poſtquam ſæpius emenſus eſt conclaue diſcubitorium ſex lectis inſtructum,teſtudineis putaminibus diſſectis exornatum. vide quæ ad 94.verſ.ſat.11.Iuuenalis. m Quòd non ſatis ampla eſſet menſæ ſuæ citreæ. n An ſtatuæ eſſent ex ære Corinthio quod erat pretioſiſsimum.vide quæ nos ad 795 verſ.Medeæ Senecæ. o Quæ erant ex ære Deliaco. p Vitiata admiſto fragili vitro. q Vaſa.ep.111.& 113.l.14. r Quaſi empturus. ſ Vaſa viminea. *vel* calices vinarios archetypos. t Ep.41.l.3.a. u Smaragdos aureo calici inſertos.109.ep.14.l. x Gemmas & elenchos ab auribus ſuſpendi ſolitos. y Non adulterinos. z Licitatus eſt. 2 Planetaria ſc.i.ſub noctem. 3 *Emphaticè*,quòd ſeruo careret.ſic ep.36.l.5.h.

De corona roſea. LXI.

SEu tu Pæſtanis genita es, ſeu Tiburis aruis,
Seu rubuit tellus Tuſcula flore tuo:
Seu Præneſtino te villica legit in horto.
Seu modò Campani gloria ruris eras:
Pulchrior vt noſtro videare corona Sabino.
De Nomentano te putet eſſe meo.

Quò gratior ſit Cæſio Sabino,putet roſeam hanc coronã quã illi mitto natam fuiſſe in horto meo Nomentano: etſi fortè ſit è bifero Pæſto,Tibure,Tuſculano, Præneſte,ceu Campania. namque mihi empta eſt: ſic ep.94.l.10.

De platano Cordubenſi. LXII.

IN [a] Tarteſsiacis domus eſt notiſsima terris,
Qua diues placidum Corduba Bætin amat;
[b] Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo,
Et linit Heſperium [c] bractea viua pecus:

a Bætica Hiſpaniæ, Tarteſſus enim idem qui Bætis fl. *Strabo.*
b Ep.43.l.2.b. & 38.l.5.h. & 133.l.14.& 100.12.l.
c Rutilus,aureus color natiuus.

Ædibus in medijs totos amplexa Penates
Stat platanus densis [d] Cæsariana comis:
[e] Hospitis inuicti posuit quam dextera felix,
Cœpit & ex [e] illa crescere virga manu.
Auctorem, dominumque [f] nemus sentire videtur:
Sic viret, & ramis sidera celsa petit.
Sæpe sub hac madidi luserunt arbore Fauni:
Sæpe sub hac latuit rustica fronde [g] Dryas.
Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros,
Terruit & tacitam [h] fistula sera domum,
Atque oluere lares [i] comissatore Lyæo,
Creuit & [k] effuso lætior vmbra mero:
Hesternisque [l] rubens delecta est herba coronis,
Atque suas potuit dicere nemo rosas.
O dilecta deis, ô magni Cæsaris arbor,
Ne metuas ferrum, sacrilegosque focos.
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores:
[m] Non Pompeianæ te posuere manus.

d Cæsaris manu sata.
e Cæs. victoris.
f Arbor opaca ingens.
g Nympha querquetulana. vide quæ ad Herc. Oct. Senecæ, v.1053.
h Syrinx in arundines palustres conuersa.
i Baccho conuiuia celebrante.
k Aluntur vino irrigatæ platani. quod de Hortensij luxu refert Macrob. Saturn. 3.l.13.c.
l Rosæ delectæ in coronas. Gruterus legit, *deiecta est*. i. depressa.
m Non Pomp. i. victæ, sed Cæsareæ, victrices.

—— *De Philæni.* LXIII.

Tinctis murice vestibus quòd omni
Et nocte vtitur, & die Philænis,
Non est ambitiosa, nec superba:
Delectatur odore, non colore.

Philænis ep. 66. l.7. eodem laborabat morbo, quo Bæticus 76. ep. l.3. purpuræ itaque odore delectabatur, qui vitij sui saniem referret. vide ep.4. l.4. f.

—— *In Phœbum.* LXIV.

Ad cœnam inuitant omnes te [a] Phoebe cinædi.
Mentula quem pascit, non puto [a] purus homo est

a Ludit forte in nomine. φοῖβος enim *purum* sonat. q. d. nomine purus, re impurus.

De statua Domitiani. LXV.

[a] Herculis in magni vultus descendere Cæsar
Dignatus Latiæ dat noua templa viæ:
Qua [b] Triuiæ nemorosa petit dum regna [c] viator,
[d] Octauum domina marmor ab vrbe legit.

a Domitianus se ad imaginem Herculis, cui templum in Appia via octauo ab vrbe lapide condiderat, fingi & coli voluit. ep. 104. infra.
b Dianæ Aricinæ lucum & templum. cur autem Diana dicatur Triuia, vide quæ adnotauimus ad Hippolytũ Senecæ v.411.
c Pedes. neque enim in gratiam Hippolyti ab equis discerpti qui templum illud Dianæ dicauit, nemus illud aditur equis. Ou. 3. Fast. d Oct. lapidem. i. milliarium à Roma.

De eadem statua. LXVI.

Antè [a] colebatis votis, & sanguine largo
Maiorem Alciden, [b] nunc minor [c] iste colit.

a Al. *Colebatur*.
b Sed nunc ipse Hercules inferior nostro factus Domitianum colit. infra ep. 104. g. c Al. *ipse*.

Hunc-

[d]Hunc magnas rogat alter opes, rogat alter honores:
[e] Illi securus vota minora facit.

d Domitianum, Herc. maiorem.
e Ab illo Herc minore supplices minores petat minora.

Ad Herculem, de eadem statua. LXVII.

ALcide Latio [a] nunc agnoscende tonanti,
Postquam pulchra dei Cæsaris ora geris,
[b] Si tibi tunc isti cultus, habitusque fuissent,
Cesserunt manibus cùm fera monstra tuis,
[c] Argolico famulum non te seruire [c] tyranno
Vidissent gentes, sæuaque regna pati:
Sed [c] tu iussisses Eurysthea, nec tibi fallax
Portasset [d] Nessi perfida dona Lichas:
[e] Oetæi sine lege rogi securus adisses
Astra patris summi, quæ tibi pœna dedit:
[f] Lydia nec dominæ traxisses pensa superbæ:
[g] Nec Styga vidisses, Tartareumque canem.
[h] Nunc tibi Iuno fauet, nunc te tua diligit Hebe:
[i] Nunc te si videat nympha, remittet Hylan.

a Nunc tandem probas te Iouis Capitolini filium, postquam indutus es formam Domitiani. modo ep 65. a.
b Si gessisses ora & vultum Cæsaris, cum feras domares.
c Eurystheo. vide quæ ad Herc. Fu. Senecæ, v. 35. & v. 829.
d Vestem sanguine Nessi & veneno à sagittis Hydræ felle tinctis infectam, muneri à Deianeira missam Herculi per Lycham. vide Senecæ Herc. Oetæi argumentum.
e Non tibi fuisset opus per ignem mortali parte expurgato conscendisse cœlum. sed citra rogum relatus fuisses in Deos, si, qua nunc coleris, formâ indutus esses. f Neque tractasses colum sub Omphale. vide Mythologos. g Nec adiuisses inferos vidissesque Cerberum. h Recepto in cœlum Herculi Iuno conciliata Heben filiam in vxorem dedit. i Amphydatia Nympha quæ tuum rapuit Hylam, nunc eum reddet. ep. 49. l. 5. d.

Ad Fabullum. LXVIII.

VXor cùm tibi sit formosa, pudica, puella,
* Quid tibi [a] natorum iura Fabulle trium?
Quod petis à nostro [b] supplex [c] dominoque, deoque,
[d] Tu dabis ipse tibi, si potes arrigere.

* Quo.
a De iure trium liberorum, vide quæ ad ep. 91. l. 2.
b Per libellos supplices.
c Domitiano. ep 8 l. 5. b.
d Ep. 31. l. 8.

In Aeschylum. LXIX.

LAsciuam tota possedi nocte puellam,
Cuius nequitias vincere nemo potest.
Fessus mille modis [a] illud puerile poposci:
Ante preces totas, primaque verba dedit.
[b] Improbius quiddam ridensque rubensque rogaui:
Pollicita est nullâ luxuriosa morâ.
[c] Sed mihi pura fuit, tibi non erit Æschyle: si vis,
Accipe & hoc munus [d] conditione mala.

a συνφημι ἐκεῖνο, ὅτι πάσχουσιν οἱ παῖδες.
b Ore morigerari.
c Nec tamen feci: pretio deterritus, ceu rei turpitudine. d Magno pretio, vel turpitudinis malâ conscientiâ.

In Magistrum ludi. LXX.

QVid tibi nobiscum est ludi scelerate magister,
Inuisum pueris, virginibusque caput?

a Non dum cristati rupere silentia galli:
Murmure iam sæuo verberibusque tonas.
b Tam graue percussis incudibus æra resultant,
Causidicum medio cum faber aptat equo.
Mitior in magno clamor furit amphitheatro,
c Vincenti parmæ cùm sua turba fauet.
Vicini somnum non tota nocte rogamus:
Nam vigilare leue est, d peruigilare graue est.
Discipulos dimitte tuos, vis garrule quantum
Accipis, vt clames, accipere vt taceas?

a Nondum est gallicinium. b Non intonas minore verberum verborumque strepitu, quàm fabri incus, dum fingitur equestris statua causidico. vide Iuuen. 7. sat. v. 125. & autorem dialogi de Oratorib. c Cùm parmularij, qui Thracibus gladiatoribus parmâ armatis fauēt, suæ factioni victrici applaudunt. d Totam noctem ducere insomnem.

In Polycarmum. LXXI.

CVm futuis, Polycarme soles in fine cacare,
Cùm pædicaris, quid Polycarme facis?

In Cæcilianum. LXXII.

a DIxerat ô mores, ô tempora Tullius olim,
Sacrilegum strueret cùm Catilina b nefas:
Cùm c gener atque socer diris concurreret armis,
Mœstaque ciuili cæde maderet humus.
Cur nunc ô mores, cur nunc ô tempora dicis?
Quod tibi non placeat, Cæciliane, quid est?
Nulla d ducum feritas, nulla est insania e ferri:
Pace frui certa, lætitiaque licet
Non nostri faciunt, tua quòd tibi tempora sordent,
Sed faciunt mores, Cæciliane, tui.

a 1. In Catilinam dixit Cicero, *O tempora! O mores! senatus hoc intelligit, consul videt, hic tamen viuit.* b Patriæ excidium. notum ex Salustio & Cic. c Pompeius, & Cæsar. cuius filia Iulia nupta est Pompeio. neque tamen extat Ciceronem alicubi his verbis exclamasse contra bella ciuilia. d Nunc, vt quondam Pompeij & Cæsaris. e Patriæ ruinam molientis, vt Catilinæ olim.

De leone & ariete. LXXIII.

a MAssyli leo fama iugi, b pecorisque maritus
Lanigeri, c mirum, qua posuere fide.
Ipse licet videas, cauea stabulantur in vna,
Et d pariter socias carpit vterque dapes.
e Nec fœtu nemorum gaudent, nec mitibus herbis:
Concordem satiat sed rudis agna feram.
f Quid meruit terror Nemees, quid portitor Helles:
Vt niteant celsi lucida signa poli?
Sidera si possent pecudesque, feræque mereri,
g Hic aries astris, g hic leo dignus erat.

a Magnitudine corporis nobilissimus in omnibus Libyæ, cuius Massylia pars est, montibus. b Aries. c Mirum est, quàm vnanimiter & placidè inter se conuenerint. Gruterus legit *coïere*. sed & *posuere* sæpissimè absolutè significat. d Vno eodemque cibo vescuntur leo & aries. e Nec leo desiderat ceruos, tauros & alias feras, nec aries herbas sed & aries vescitur agnâ, cibo insolito. f Quid meruit leo Herculis, ep. 66. l. 5. b. quid Phryxi aries, de quo ep. 51. l. 8. h. vt referrentur in astra? g Noster.

Ad

Ad Liberum amicum. LXXIV.

[a] Liber [b] Amyclæa frontem redimite corona,
[c] Qui quatis Ausonia verbera Graia manu,
[d] Clausa mihi texto cùm prandia vimine mittas,
Cur comitata dapes nulla lagena venit?
Atqui digna [e] tuo si [e] nomine munera ferres,
Scis puto debuerint quæ mihi dona dari.

a Ad quem ep.77.l.8.
b Coronate victor in pugilatu, cuius inuentor Pollux Spartanus. Amyclæ autem Laconiæ ciuitas est.
c Qui Græca exerces certamina, ipse Latinus.
d Cum mihi misisses esculenta in sportula; cur non & poculenta adiecisti in lagena? e *Libero.* quod tibi cum vini inuentore Bacchho nomen est commune.

❡ *In Sutorem.* LXXV.

[a] Dentibus antiquas solitus producere pelles,
Et mordere luto putre vetusque [b] solum:
Prænestina tenes defuncti [c] rura patroni,
[d] In quibus indignor si tibi cella fuit.
Rumpis & [e] ardenti [f] madidus crystalla Falerno,
Et [g] pruris domini cum [h] Ganymede tui.
At me literulas [i] stulti docuere parentes:
Quid cum grammaticis, rhetoribusque mihi?
[k] Frange leues calamos, & scinde Thalia libellos:
Si dare sutori calceus ista potest.

a Quod videmus cerdones sutores facere, dum mordicùs extendentes corium adaptant calceis.
b Soleam rupti, quem reficit, calcei.
c Tibi à patrono ceu domino legata.
d In quibus indignum est tibi esse vel cellam serui.
e Ab insita vi, colore, an igni? ep.113.l.14.
f Ebrius.
g Lasciuis φιλόχνισος h Puero delicato. ep.56.l.5. i Non videntes quanto maius vel ex cerdonica quàm ingenuis artibus sit emolimentum. k Iuuenalis 7.sat.27.v. *Frange miser calamos.* Ὄργανα μουσάων, τὰ πολύστονα βίβλια πωλῶ, &c. Πιερίδες στοζοιεδε. Anthol.1.l.17.c.

De effigie Camoni. LXXVI.

Effigiem tantùm pueri pictura Camoni
Seruat, & infantis prima figura manet.
Florentes nulla signauit imagine vultus,
Dum timet ora pius muta videre pater.

Defunctorum imagines charitatis & memoriæ ergo sibi fieri curabant seruabantque veteres. Pater Camoni adolescentis vicennis emortui imaginem expressit, non quidem in illo ætatis flore, ne tantæ spei iuuenis aspectus immodico dolore patrem afficeret, sed infantis formâ effinxit, quo recordatio foret minus ingrata. vide ep.78 subsequens. lege epigr. Αὐτὴν θειοδότην ὁ ζωγράφος, &c. l.3. Anthologiæ, c.12.

❡ *De balneo Tuccæ.* LXXVII.

Non silice duro, [a] structilíve cæmento,
Nec latere cocto, quo Semiramis [b] longam
Babylona cinxit, Tucca balneum fecit:

a Nec lapide cæso ad fundamentum iaciendum, cui ædificium superstruatur.
b Ambitus mœnium Babylonis erat milliariorum nostrorum XI. altitudo pedum CC. latitudo L. pedum: quo nomine Antipater dixit, ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος.

Sed

Sed [c] strage nemorum, pineaque compage,
Vt nauigare Tucca balneo possit:
Idem [d] beatas lautus exstruit thermas
De [e] marmore omni, quod [f] Carystos inuenit,
[g] Quod Phrygia, siue Afra [h] quod Nomas mittit,
Et [i] quod virenti fonte lauit Eurotas.
Sed ligna desunt: [k] subice balneum thermis.

c Lignis, materiâ nauibus magis quàm frigidarijs balneis conueniente.
d Magnificas.
e Materiâ frigidiori quàm thermis & caldarijs conueniebat.
f Insula maris AEgæi ferax marmoris opt.
g Marmor Sinnadicum---
h---Numidicum---i---Laconicum. vide ep.42.l.6.l.& m.
k Ad calefaciendas thermas, ex absurdo.

De effigie Camoni. LXXVIII.

* HÆc sunt illa mei, quæ cernitis, ora Camoni:
Hæc [a] pueri facies, primaque forma fuit.
Creuerat hic vultus bis denis fortior annis,
Gaudebatque suas pingere barba genas,
[b] Et libata semel summos modò purpura cultus
Sparserat: inuidit de [c] tribus vna soror;
Et festinatis incîdit stamina pensis,
Absentemque patri rettulit vrna rogum.
[d] Sed ne sola tamen puerum pictura loquatur,
Hæc erit in chartis maior imago meis.

* Vide ep.76. superius.
a Infantis.
b Et lanugo eius subrufa semel resecta sparserat summos cultus i. vestes vel *vultus. vel* vt alij legunt *cultros.* i. nouaculas. Cultros (inquit Ios. Scal. in Catullum) intelligit *ficulæas.* i. cultros tonsorios.
c Parcis. sic ep.54.l.4. *& semper de tribus vna necat.*
d Pictura infantem ostendit, ipsa infans & interitura: carmen hoc meum fuisse vicennē testatur, monimentum picturâ certius & perennius. sic ep.83.l.7.f.

De conuiuio Prisci. LXXIX.

QVod optimum sit disputat conuiuium,
Facunda Prisci pagina:
Et multa dulci, multa sublimi refert,
Sed cuncta docto pectore.
Quod optimum sit quæritis conuiuium?
[a] In quod choraules non venit.

a Quod ex se lautum non opus habet laudatore Prisco vel alio: vt & ille chorus musicus optimus est, qui ex se dulcis, sublimis, doctus non indiget choraule qui tibiâ choro adspiret.

Ad Picentinum. LXXX.

FVnera post septem nupsit tibi Galla virorum
Picentine: [a] sequi vult, puto, Galla viros.

a A te venefico extincta, vti illa prius 7. maritos sustulerat. vide ep.44.l.8.

Ad Domitianum. LXXXI.

ODerat ante ducum famulos, turbamque minorem,
Et [a] Pallatinum Roma [a] supercilium:
[b] At nunc tantus amor cunctis, Auguste, tuorum,
[c] Vt sit cuique suæ cura secunda domus.

a Fastum aulicum.
b Falsò hoc & adulatoriè, reclamante omnium historicorum fide.
c Vt pluris faciant Cæsarianos quàm suos.

Tam placidæ mentes, tanta est reuerentia nostri,
Tam pacata quies, tantus in ore pudor.
Nemo suos (hæc est aulæ natura potentis.)
Sed domini mores [d] Cæsarianus habet.

d Qui in aulâ Cæsaris versatur.

—— *De Gellio.* LXXXII.

DVxerat esuriens locupletem pauper, anumque
Vxorem: [a] pascit Gellius, & [b] futuit.

a πεπονθητικὸν, vt *lauare, tondere*, &c. b Vxoremne, an alias? vide Ausonij epigr. 134.

¶ *Ad Aulum.* LXXXIII.

LEctor & auditor nostros probat Aule libellos:
Sed quidam exactos esse poëta negat.
Non nimium curo: [c] nam cœnæ fercula nostræ
Malim conuiuis, quàm placuisse cocis.

c Volo carmina mea magis placere beneuolis & simplicibus lectoribus, auditoribusque: quàm æmulis & curiosæ strictæque censuræ poëtis.

¶ *In Cinnam.* LXXXIV.

* DIxerat astrologus periturum te citò, Cinna:
Nec puto mentitus dixerat ille mihi:
Nam tu dùm metuis, ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes.
[d] Bis quartum decies, non toto tabuit anno:
Dic mihi, non hoc est, Cinna, perire citò?

* Iocus est in ambiguitate τοῦ *perire*. quod Astrologus referebat ad vitam, poëta ad bona & fortunas quæ Cinna perdiderat fretus Astrologi prædicto.
d Al. *Bisque suum decies.* i. Vicies centena millia HS.

Ad Cæsarem Domitianum. LXXXV.

INter tanta tuæ miracula Cæsar arenæ,
Quæ vincit veterum munera clara ducum.
[e] Multum oculi, [f] sed plus aures debere fatentur
Se tibi, quòd spectant, qui recitare solent.

e Propter spectacula magnificentissima.
f Propter edictum, quo interdixisti histrionibus scenam, neque enim equites (vt sub Nerone alijsque Imp.) histrioniam exercent, sed ex recitatoribus facti sunt auditores. Suet. 7. c. Domit.

Ad Norbanum. LXXXVI.

CVm tua [a] sacrilegos contra, Norbane, furores
Staret pro domino Cæsare sancta fides:
Hæc ego [b] Pieria ludebam tutus in [b] vmbra,
Ille tuæ cultor notus amicitiæ.
[c] Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris,
Nescia nec nostri nominis Arctos erat.
O quoties veterem non inficiatus amicum
Dixisti, meus est iste poëta, meus!

a Contra sacram Cæsaris maiestatem motos. vide ep. 11. l. 4.
b Secessu suburbano, vel alio, ad studia.
c Fama in Vindeliciam, quæ ad Septentrionem iacet, sparsa, tibi narrabat me defunctum esse ex morbo, quo laborabam. ep. 47. l. 6. & 26. 8. l.

Omne

d Omne tibi nostrum, quod bis trieteride iuncta
Ante dabat lector, nunc dabit auctor opus.

d Nunc tibi ego autor mitto libros vnà digestos; quos à me sexennio scriptos, tibi singulos alij afferebant.

De Paullo. LXXXVII.

e LAnguidior noster si quando est Paullus Atili,
Non se conuiuis abstinet ille suis.
Tu languore quidem subito, fictoque laboras,
Sed mea f porrexit sportula, Paulle, f pedes.

e Paullus vel morbo languens conuiuas vocat: tu ne inuites & alios conuiuijs excipias, morbum simulas. nescio quidem an tu ægrotes, mihi certè moritur perit que sportula & cœnæ tuæ spes. f Translatum à more componendi mortuos, extensis porrectisque in ianuam pedibus.

De filio Silij. LXXXVIII.

a FEstinata sui gemeret cùm fata Seueri
Silius, Ausonio b non semel ore potens:
c Cum grege Pierio mœstus, Phœboque querebar,
d Ipse meum fleui, dixit Apollo, Linon.
Respexitque suam, quæ stabat proxima fratri
Calliopen, & ait, tu quoque e vulnus habes.
Adspice Tarpeium, Pallatinumque tonantem:
Ausa nefas Lachesis læsit vtrumque f Iouem.
Numina cùm videas duris obnoxia fatis,
Inuidia possis exonerare deos.

a Præproperam & immaturam filij sui Seueri mortem.
b Non vno genere. erat enim & orator & poëta. ep.62.l.7.
c Ego Silio condolui, & mecum Apollo atque Musæ. vel, apud Apollinem & Musas questus sum de fato Seueri.
d Respondit Apollo; & nobis Dijs periere filij, mihi Linus, Calliope Orpheus, Ioui Sarpedon Domitiano filius suus Dom. de quo l.6.ep.3. e Metaph ab arenâ. vide quæ ad Senecæ Agam.v.895. f Iouem & Domitianum.

Ad Lupercum. LXXXIX.

SEptem post calices a Opimiani
b Denso cùm iaceam b triente c blæsus,
Affers d nescio quas mihi tabellas,
Et dicis, modo e liberum esse iussi:
Zenas seruulus est mihi f paternus:
Signa. g cras melius, Luperce, fiet.
Nunc signat meus anulus lagenam.

a Ep.27.l.1.e.
b Crebris poculis. triens continet 4. cyathos. ep.28.l.1.b.
c τραυλός, tongue-tied.
d Suppositítias & adulterinas testamentarias vel alias, quas mihi bene poto dicis esse manumissorias tabellas. e Alij leg. *liberum esse iussi Zenam: seruus is est mihi paternus.*
f Bonus, fidus & frugi, vt qui diu seruierit in eadem familia. g σπουδαῖα αὔριον. inquit Archias. Plutarch. Pelopidas. cras, sobrius melius signabo tabellas, nunc lagenas signo & resigno. vasa verò signabant veteres, seruorum λίχνων furta cauentes.

Ad Rufum. XC.

DVm a me captares, mittebas munera nobis:
Postquam cepisti, das mihi, Rufe, nihil
b Vt captum teneas, capto quoque munera mitte,
c De cauea fugiat ne malè pastus aper.

a Amicitiam meam, vel hereditatem.
b Eâdem enim arte seruantur res, qua acquiruntur.
c A simili.

Ad Stellam. XCI.

LEge nimis dura conuiuam ſcribere verſus
Cogis Stella: licet ſcribere, nempe malos.

Neque enim ex tempore, neque inter pocula ſcribuntur boni verſus, Euripide & Virgilio digni. A. Gell. 17. l. 10. Val. Max.

Ad Flaccum. XCII.

SIc in gramine floreo recliuis,
[a] Quà gemmantibus hinc, & inde riuis
Curua calculus excitatur vnda,
Excluſis procul omnibus moleſtis,
[b] Perfundas glaciem triente nigro
[c] Frontem ſutilibus ruber coronis:
Sic vni tibi ſit puer cinædus,
Et caſtiſsima pruriat puella.
[d] Infamem nimio calore Cypron
Obſerues, moneo, precorque Flacce,
Meſſes area cùm teret [e] crepantes,
[f] Et fului iuba ſæuiet leonis
At tu [g] diua Paphi remitte noſtris
Illæſum iuuenem, remitte votis.
Sic [i] Martis tibi ſeruiant [i] Calendæ,
Et cum thure, meroque, victimaque
Libetur tibi [k] candidas ad aras
[l] Secta plurima quadra de placenta.

a Ad lene murmur lympidi riui lapillos lapſu molliter excitantis.
b Supra. ep. 23. f. & ep. 65. l. 5. b. *Videlis in calicibus repentè perfuſis niualium maculas & fruſta nebularium*, &c. Sidonius Apoll. epiſt. 2. l. 2.
c Eod. ep. 65. l. 5. c. & d.
d Vt curam habeas valetudinis tuæ in Cypro inſ. calore æſtiuo infami. ep. 45. l. 8. h.
e Aridas ſc. & ſiccas. i. meſſis tempore,
f Auguſto menſe, quo ſol ſub Leone ortus ardet. ep. 57. l. 4. g. & ep. 72. l. 5. b.
g Venus.
h Flaccum degentem in Cypro. ep. 45. l. 8. h.
i In quibus celebratur natalis Veneris, & mittuntur mulieribus à maritis & amatòribus munera. ep. 85. l. 5. h.
k Supero ſc. numini, cum Manibus nigræ ponantur aræ.
l fruſta. vide ep. 76. l. 3. a.

Adulatur Domitiano. XCIII.

AD cœnam ſi me diuerſa vocaret in aſtra
Hinc inuitator Cæſaris, inde Iouis:
Aſtra licet propius, Pallatia longius eſſent,
Reſponſa ad ſuperos hæc referenda darem:
Quærite qui malit fieri conuiua [a] Tonantis;
Me [a] meus in terris [a] Iuppiter ecce tenet.

a Iouis.
b Domitianus. ep 8. l. 5. b. Videtur huic ep. præbuiſſe materiam epulum illud Domitiani quod celebrat Papinius. 1. ſylu. Cal. Decemb. Saturn.

❡ *Ad Condylum.* XCIV.

QVæ mala ſunt domini, quæ ſerui commoda neſcis
Condyle, qui ſeruum te gemis eſſe diu.
Dat tibi ſecuros vilis [a] lecticula ſomnos:
[b] Peruigil in pluma [c] Caïus ecce iacet.

a Alij leg. *tegeticula*, a mattresse.
b Exomnis nocte totâ, cui curæ ſomnum negant.
c Dominus tuus.

c Caïus à prima tremebundus luce salutat
d Tot dominos: at e tu Condyle f nec dominum.
Quod debes, Caï, redde, inquit g Phœbus, & illinc
g Cinnamus: hoc dicit, Condyle, nemo tibi.
Tortorem metuis? i podagra, cheragraque secatur
Caïus, & k mallet verbera mille pati.
l Quòd nec m mâne vomis, nec cunnum, Condyle, (lingis,
Non mauis, quàm ter Caïus esse tuus?

d Multos, quot habet patronos & potentes amicos. e O serue. f Nullum patronum, immo vix dominum tuum. g Fœnerator. h Lorarium, qui te iussu heri miserè excarnificet. i Sic Catullus. *quem meritò tarda podagra secat.* k Quàm continuum hunc cruciatum podagræ vel cheiragræ. l Quòd non facis turpissima illa quibus delectatur dominus tuus, tua certè conditio ter illius superat. m Ab hesternâ crapulâ, vel epoto vino vili ad purgandum stomachum. vnde nonnulli legunt, *Quòd nec villa vomis.* i. vina vilia.

Ad Calatissum. XCV.

a ADdere quid cessas puer b immortale Falernum?
c Quadrantem duplica de d seniore cado,
Nunc mihi dic, quis erit, cui te, e Calatisse, deorum
f Sex iubeo cyathos fundere? g Cæsar erit.
h Sutilis aptetur i decies rosa crinibus, vt sit,
Qui posuit sacræ k nobile gentis opus.
Nunc l bis quina mihi da basia, fiat vt illud
Nomen, ab Othrysio quod deus orbe tulit.

a Fundere. miscere. b Multos ferens annos. *vel,* Nectari, quod confert immortalitatem, non postponendum. c Funde duos quadrantes .i. sex cyathos. quadrans enim tres continet. ep. 28. l. 1. b. d Veteris tituli, interioris notæ vini optimi & vetusti. e Puer, minister. f Vide sis ep. 72. l. 1. a. g *Respondet puer.* h Ep. 65. l. 5. c. & d. i Vt significet *Domitianum* quod nomen decem habet literas. vide ep. 51. supra. & 72. ep. l. 1. k Templum Flauiæ gentis. de quo supra ep. 2. 4. & 35. l Ad significandum *Germanicum* quod nomen bis quinis constat literis. *modo. not. i.* m 2. ep. l. 5. d. & l. 7. ep. 7. b.

De Hippocrate. XCVI

a SAntonica medicata dedit mihi pocula b virga:
c Os hominis! mulsum me rogat Hippocrates.
Tam stupidus numquam nec tu puto d Glauce fuisti,
Chalcea donanti Chrysea qui dederas.
Dulce aliquis munus pro munere poscit amaro?
Accipiat, sed si potat in e elleboro.

a Hippocrates misit mihi absynthiten, petitque à me tantundem mulsi. Itàne stupidus illi videor, qui mulsum absynthite permutem? Dabo tamen, sed eâ lege vt sumat in illo elleborum purgaturus hanc cerebri sui insaniam. b Virga Santonica. i. Absynthio, cuius tria genera; Ponticum; Seriphium ceu marinum; & Santonicum à Galliæ ciuitate. c Vide impudentiam hominis! d Qui Diomedi dedisti aurea arma pro æreis. Ὃς πρὸς τυδείδην διομήδεα τεύχε' ἄμειβε Χρύσεα χαλκείων. Il. ζ. e Quod insaniam ex melancholia ortam purgat. modo nota a.

De Athenagora. XCVII.

ALphicus antè fuit, cœpit nunc Olficus esse,
Vxorem postquam duxit Athenagoras.

Athenagoras (inquit Calderinus) priùs fuit Alphicus. i. medicus curans vitiliginem, quæ Græcis ἀλφός, ductâ iam vxore factus est Olficus. i. olfacit. &c. Acutior mihi subolet poëtæ sensus, quem tamen non planè assequor, neq; vt per omnia conueniat concinnare possum. Atque vt ingenuè fatear, qui in hoc poëta sexcenticsalibi commentatorum destitutus auxilio mihi vel exitum inuenerim vel fecerim, hic hæreo in vado, hîc mihi nox multa, quam ingenij radio tollat Oedipus aliquis ceu qui Sphingem acceperit Hortensius. Si quis interim indignum existimet in his Cincinniæ Deæ venationibus videri naris obesæ, legat quæ de *Olfaciendo* Ausonius ep. 113. 116. 120. Et de nomine supposititio epist. ad lib. 1. d. & ep. 23. l. 2.

Nomen Athenagoræ credis, Callistrate, verum?
Si scio, dispeream, quis sit Athenagoras.
Sed puto me verum, Callistrate, dicere nomen:
Non ego, sed vester peccat Athenagoras.

De Herode. XCVIII.

[a] CLinicus Herodes [b] trullam subduxerat ægro:
[c] Deprensus dixit, stulte, quid ergo bibis?

a Ep.31.l.1.
b Vas potorium, diminutiu. à truâ vase aquario.

c *O quantum est subitis casibus ingenium!* excusat furtum prætextu curæ, quasi amouisset trullam ne æger præter imperium medici biberet.

Ad Iulium. XCIX.

RVmpitur inuidia quidam, carissime Iuli,
[a] Quòd me Roma legit, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quòd turba semper in omni
[b] Monstramur digito, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, tribuit quòd [c] Cæsar [c] vterque
[d] Ius mihi natorum, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quòd [e] rus mihi dulce sub vrbe est,
Paruaque in vrbe domus, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quòd sum iucundus amicis,
Quod conuiua frequens, rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia, quod amamur, quodq; probamur.
[f] Rumpatur, quisquis rumpitur inuidia.

a Ep.61.l.6.& 61.l.8.
b Ep.1.l.1.a. καταδακτυλίζομαι.
c Titus & Domitianus.
d Ep.91.& 92.l.2.
e L.8.ep.61.
f Videtur in animo habuisse illud Virgilij: *rumpantur vt ilia Codro.*

Ad Ouidium. C.

VIndemiarum non vbique prouentus
Cessauit Ouidi: pluuia profluit grandis.
Centum Coranus amphoras aquæ fecit.

g Al. *profuit*.i.ad lucrum.
h Pater-familias frugi nimium, vel caupo perfidus, qui in vini caritate, vinum reddidit vilius & copiosius infusâ aquâ. vide ep.57.l.1.

Ad Atticum de M. Antonio. CI.

*MArcus amat nostras * Antonius, Attice, Musas,
[a] Charta salutatrix si modò vera refert:
* Marcus [b] Palladiæ non inficianda [c] Tolosæ
Gloria, [d] quem genuit pacis amica quies.

* De hoc Tacit.l.2.Hist.3. & Suet.Vitel.c.18.de huius imagine l.10.ep.23.& 32.
a Epistola salutatoria.l.14.ep 11. Augusta epistolis laudata.Plin.13.l.12.c.

b Colentis literas bonas, quarum præses Minerua. c Oppidi Galliæ Narb. d Non è familia, aut studijs Antonij III viri hostis Reip. aut Antonij Saturnini hom. seditiosi.ep.11.l.4.

Ad librum. CII.

TV qui longa potes dispendia ferre viarum,
[a] I liber absentis pignus amicitiæ

a In Galliam ad Antonium, credo, ad quem ep. superius.

Vilis

Vilis eras, fateor: si te nunc mitteret emptor.
[b] Grande tui pretium muneris auctor erit.
[c] Multum, crede mihi, refert, à fonte bibatur
Qui fluit, an pigro quæ stupet vnda lacu.

b Quod à me autore venit.
c *Quanquam sapor est oblata dulcis in vnda; Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ.*

In Bassum. CIII.

[a] DEnarijs tribus inuitas, & mâne [b] togatum
Obseruare iubes atria, Basse, tua:
Deinde [c] hærere tuo lateri, [d] præcedere sellam:
Ad [e] vetulas tecum plus minus ire decem.
Trita quidem nobis togula est, vilisque, putrisque:
[f] Denarijs tamen hanc non emo, Basse, tribus.

a Nostræ monetæ 22 d. ob.
b Me clientem obseruantem atria vt te patronum salutem.
c Comitis vice.
d Anteambulonis vice.
e Diuites viduas & orbas, quarum hereditates tu officiosâ salutatione ambis. Iuuen. 3. sat. v. 127.
f Sic ep. 26 l. 4.

Adulatur Domitiano. CIV.

[a] APpia, quam simili venerandus in Hercule Cæsar
Consecrat, Ausoniæ maxima fama viæ;
Si cupis [b] Alcidæ cognoscere facta [b] prioris.
Disce: [c] Libyn domuit: aurea poma tulit:
[d] Peltatam Scythico [e] discindit Amazona nodo:
* Addidit Arcadio terga leonis apro.
* Æripedem syluis ceruum, * Stymphali [d]as vndis
Abstulit: * à Stygia cum cane venit aqua:
* Fœcundam vetuit reparari mortibus Hydram:
[f] Hesperias Tusco lauit in amne boues.
Hæc [g] minor Alcides. [h] maior quæ gesserit, audi,
[i] Sextus ab Albana quem colit arce lapis.
[k] Asserüit possessa malis Pallatia regnis:
[l] Prima suo gessit pro Ioue bella puer.
[m] Solus Iuleas cùm iam retineret habenas,
Tradidit, inque suo tertius orbe fuit.
[n] Cornua Sarmatici ter perfida contudit Istri:
[o] Sudantem Getica ter niue lauit equum.
[p] Sæpe recusato Parthos duxisse triumphos
Victor Hyperboreo nomen ab orbe tulit.
[q] Templa deis, [r] mores populis dedit, [s] otia ferro,
[t] Astra suis, [t] cælo sidera, [u] serta Ioui.

a O Appia Viarum Latinarum celeberrima, quam sacram facit Cæsar sub Herculis imagine adorandus. vt ep. 65. a. supra.
b Herculis Alcmenæ filij labores. de quibus * vide Mythologos, & * quæ nos ad Senecæ Herc. Fu. 214. & Herc. Oet. 15.
c Antæum gigantem Afric.
d Scuto breui, cuius extrema in cornua lunantur, vsam.
e Detraxit Amazonum reginæ Menalippæ baltheum.
f Boues Geryonis regis Hispaniæ in Italiam actas lauit Tyberi.
g Ille prior, Alcmenæ filius. namque — h — Domitianus se maiorem Herculem dici colique voluit. ep. 16. lib. Spect. d. ep. 65. & 66. supra.
i Qui colitur sexto ab Albanâ arce lapide; ab vrbe, octauo. ep. 65. a. supra.
k Vindicauit sibi Imperium occupatum á Vitellio. l In bello Vitelliano confugit in Capitolium, &c. vide Sueton. 1. c. Domit. & Xiphilin. Vitell. m Mucianus quidem Vespasiani dux, Vitellio occiso, Domitianum extraxit, cumque eo administrabat omnia summâ potestate, donec Vespasianus in vrbem venisset, Xiphilin. Vesp. nec dubitauit Domitianus imperium adeptus in senatu iactare *& patri se & fratri imperium dedisse: illos sibi reddidisse.* Sueton. 13. c. Domit. n De Cattis & Dacis Istri accolis triumphos duos, de Sarmatis lauream tulit. ep. 15 l. 8. d. cur autem cornutus dicatur Ister, vide ep 7 l. 10. c. o Labore bellico aduersus Getas, i. Dacos. p Cum sæpe negatum illi fuisset à patre proficisci contra Parthos & inde triumphum ducere, Germanici cognomen reportauit à Germanis deuictis. q Supra ep. 4. r L. 6. ep. 4. & 7 & ep 7. supra. s Pacem confecto bello Germ. t Patri, fratri, vxori, filio ἀποθέωσιν. de qua vide Herodianum in Commodo. u Laurum Sarmaticam. modo notâ, n.

Herculeum tantis numen non sufficit actis:
x Tarpeio Deus hic commodet ora patri.

x Colatur potius Iupiter Capitolinus sub imagine Domitiani, quàm Hercules in viâ Appia. supra nota a.

Ad Phœbum. CV.

y QVadringentorum reddis mihi, Phœbe, tabellas:
Centum da potius mutua Phœbe mihi.
Quære alium, cui te tam vano munere iactes:
z Quod tibi non possum soluere, Phœbe, meum est.

y Vide eiusdem ingenij ep. 37. l. 8.

z *Debet enim si quis soluere iure potest.* ep. 3. l. 2.

De geminis fratribus. CVI.

a QVæ noua tā similes genuit tibi Leda ministros?
Quæ capta est cycno nupta Lacæna alio?
Dat faciem Pollux Hiero, dat Castor Asillo:
Atque in vtroque nitet Tyndaris ore soror.
Ista b Therapnæis si forma fuisset b Amyclis,
c Cùm vicére duas dona minora deas;
d Mansisses Helene, Phrygiamque redisset in vrbem
Dardanius gemino cum Ganymede Paris.

a Quænam altera Leda à Ioue cycno compressa peperit Hierum & Asillum Castori & Polluci formâ non inferiores, immo nec Helenæ.

b Castori & Polluci qui nati Amyclis quæ vrbs Laconiæ, vt & Therapnæ, vel vt Stephano & Plinio placet Θεράπναι.

c Cùm à Venere promissa Helena plus valuit apud Paridem de aureo pomo iudicem, quàm promissa à Iunone imperium, à Pallade sapientia. d Castora & Pollucem potius rapuisset Paris, quàm Helenam, si æquè formosi fuissent ac Hiero & Asillus.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER. X.

I.

SI nimius videor, seraque a coronide longus
Esse liber: legito pauca, libellus ero.
b Terque, quaterque mihi finitur carmine paruo
c Pagina facta tibi, quam cupis esse breuem.

a Signo absoluti operis in calce libri posito, hac figura V vel 7, alæ sc. cornicis, translatione ab ædificio, cuius iam absoluti fastigio apponitur cornix. sed vide Cœl. Rhodig. 15. l. 20. c. b Poteris singulo epigrammate præfinire tibi finem libri. c Al. *Pagina fac tibi me quam cupis esse breuem.*

❡ *Ad lectorem.* II.

a FEstinata prior decimi mihi cura libelli
Elapsum manibus nunc reuocauit opus.
b Nota leges quædam, sed limâ rasa recenti:
Pars noua maior erit: lector c vtrique faue.

a Decimus hic epigrammaton libellus, præpropere editus, reuocatur ad incudem, & secundam curam, quæ emendauit, quæ addidit plurima.

b Primâ illâ editione. c Posterioribus illis, & nouis his curis.

Lector[d] opes nostræ, quem cùm mihi Roma dedisset,
[e] Nil tibi quod demus maius habemus, ait.
[f] Pigra per hunc fugies ingratæ flumina Lethes,
Et meliore tui parte superstes eris.
[g] Marmora * Messallæ findit caprificus,[h] & audax
Dimidios [i] Crispi mulio ridet equos:
At chartis nec furta nocent,[k] nec secula præsunt,
Solaque non norunt hæc [l] monumenta mori.

d *Appositiuè*, quo maiores opes non posset mihi Roma dare.
e Namque à lectoris candore & gratiâ librorum immortalitas. vt seq. versu.
f Viues vindicatus ab hominum obliuione & fato. Lethe fl. infernum obliuionis.
g Monimenta vel nobilissima caprificus è muris & saxis erumpens discutere valet. Plin. 16.1.19.c. vide ep. 3.8.l.* *monumenta fatiscunt, Mors etiam saxis nominibusque venit.* Ausonius. ψήχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, &c. 3.l. Antholog. c. 14. h Et vilissimæ quisque conditionis audet deridere vanitatem diuitum quibus statuuntur imagines equestres quas vetustas exedit frangitque. sic. Iuuen. sat 8 v. 4. i Ep. 54.l.4. k Dies non habet ius abolendi carmina. al. *prosunt.* l *Carmina quam donant, fama perennis erit.* οὐ γὰρ ἀοιδὰς ἀμβλύνει αἰὼν (καὶ ἐθέλῃ) δύναται. 3.l. epigr. Græc. 14. c.

Ad Priscum. III.

[a] VErnaculorum dicta, sordidum [b] dentem,
Et fœda linguæ probra [c] circulatricis,
[d] Quæ sulphurato nolit empta ramento
[e] Vatiniorum proxineta fractorum,
[f] Poëta quidam clancularius spargit,
Et vult videri nostra. credis hoc Prisce,
[g] Voce vt loquatur psittacus coturnicis,
[h] Et concupiscat esse Canus ascaules?
Procul à libellis [i] nigra sit meis fama,
[k] Quos rumor alba gemmeus vehit penna.
[l] Cur ego laborem notus esse tam prauè,
[m] Cùm stare gratis cum silentio possim?

a Scurrilia dicteria, qualia sunt vernarum. ep. 42.l.1.a.
b Mordacitatem.
c Vt quisque abiectissimus, ita solutissimæ linguæ est. cuius impuritate maximè strenui sunt vagi, errones, circulatores, γόητες.
d Quæ vilissimos quosque homines proloqui pudeat, Quæ nolit qui vitrea fracta sulphuratis permutat. 42. ep. l. 1. c.
e Vitreorum calicum. à Vatinio Beneuentano artifice. l. 14. ep. 96.
f Ep. 11. l. 7.*. g Vt ego solers poëta loquar raucâ voce indocilis illius & obstreperi poëtastri. Psittacus enim supra alias aues docilis, coturnix indocilis exprimere humanas voces. h Et velim esse talis poëta, non magis quàm celebris choraules Canus (ep. 5.l.4.f) cupiat esse ascaules. i. vtricularius, a bag-piper. ex ἀσκός & αὐλός. i. Malè quæsita & ex aliorum infamia. k Qui ex candore quærunt famam & laudem. l Sic epist. ad lib. 1. f. m Alij leg. *Constare gratis cum silentio possim?*

Ad lectorem. IV.

QVi legis [a] Oedipoden,[b] caligantemq; Thyesten,
[c] Colchidas &[d] Scyllas; quid nisi monstra legis?
Quid tibi raptus[e] Hylas, quid[f] Parthenopæus, &[g] Atys,
Quid tibi [h] dormitor proderit [h] Endymion,
Exutúsve [i] puer pennis labentibus, aut qui
Odit [k] amatrices Hermaphroditus aquas?

a Fabulas & tragœdias de Oedipo, Thyeste, &c. vide Mythologos.
b Quem filios sibi à fratre appositos edentem refugit sol ne videret. vide Senecæ Thyesten.
c Tragœdias de Medea.
d Hanc Nisi, illam Phorci filiam. e Ep. 49.l.5.d. f L.6.ep.77.b.& l.9.ep.57.c. g Puer Cybele dilectus. h Lunæ amasius, ab illa in Latmo sopitus. i Icarus. k Salmacidas. Ouid. Metam. 4. Auson. ep. 99. & 68. vide & infra ep. 26.c.

Quid

Quid te vana iuuant miseræ ludibria chartæ?
Hoc lege, quod possis dicere iure, [l] meum est.
[m] Non hîc Centauros, non Gorgonas, Harpyiasque
Inuenies: hominem pagina nostra sapit.
Sed non vis Mamurra tuos cognoscere mores,
Nec te scire: [n] legas αἴτια Callimachi.

l Vitam meam spectat, mores meos format.
m Meus hic liber non fabulas nubilas & monstrosas garrit: sed vitam humanam corrigit & instituit.
n *Iron.* Callimachus autem scripsit librum de originibus, causis & ritubus sacrorum, quem inscripsit τὰ αἴτια. vide Cœl. Rhodig. l. 12. c. 1. Gyrald. Dial. 3 hist. Iani Parrhas. var. Annot. Obscurum illud & morosum opus historias ab omni cognitione remotas continens, quod Propertius 2. l. vocat *somnia Callimachi.* qui a scripturo sibi finxit per somnum adfuisse musas. vide Antholog. l. 1. c. 67. & 3. l. c. 25. εἰς ποιητάς.

¶ *In maledicum poëtam.* V.

QVisquis [a] stolæve, [b] purpuræve contemptor,
Quos colere debet, [c] læsit impio versu:
[d] Pontes per * vrbis erret exsul, & cliuos,
Interque raucos vltimus [e] rogatores
Oret [f] caninas panis [g] improbi [h] buccas.
[h] Illi December longus, & madens bruma,
Claususque fornix triste frigus extendat:
[i] Vocet beatos, clamitetque felices,
[k] Orciniana qui feruntur in sponda.
Et, cùm supremæ fila venerint horæ,
[l] Diesque tardus, [m] sentiat canum litem,
[n] Abigatque moto noxias aues panno,
[o] Nec finiantur morte supplicis pœnæ:
Sed modò [p] seueri sectus Aeaci loris,
Nunc inquieti [q] monte Sisyphi pressus,
Nunc inter vndas [r] garruli senis siccus
[s] Delasset omnes fabulas poëtarum:
Et, cùm [t] fateri Furia iusserit verum,
Prodente clamet conscientia, [u] *scripsi.*

a Matronarum, quarum est stola.
b Senatorum, patrum purpuratorum.
c Supra ep. 3. f. & ep. 11. l. 7.*
d Ad extremam redactus mendicitatem, stipem roget sedens in ponte aliquo vel cliuo, quæ mendicorum sunt receptacula.
* Alij legunt *orbis.*
e Mendicos.
f Canibus proijciendas, vel quæ genuinum agitent.
g Multis miseris precibus a viatoribus extorti.
h Bucceas, buccellas.
h Longam experiatur hyemem in cella frigida.
i Mortuos præ se beatos prædicet.
k Sandapilâ, feretro. ab Orco vel ἕρκος, vide Cœl. Rhod. 10. l. 18. c.
l Mortis, quam iam dudum votis expetebat
m Dilanietur à canibus.
n Fiat præda auibus. credo eiectis maleficorum corporibus, quo diutius putrescerent insepulta, affixos & appensos fuisse pannos ad terrorem auium. quod apud nos factum videmus in hortis & agris à semente.
o Nec mortis pœnas mors vltima finiat, &c. Ouid. in Ibin. vnde multæ nostri hîc imprecationes.
p Ex sententia AEaci ex inferni iudicibus vnius, in pœnas ingeniosi.
q Saxo quod voluit Sisyphus.
r Tantali cui sitis famisque pœnas garrula lingua dedit.
s Exerceatur pœnis omnium quos poëtæ fingunt apud inferos torqueri.
t Ita Ouid. in Ibin: *Sic tibi de furijs scindet latus vna flagello, Vt sceleris memores confiteare tui.* & Virg. 6. AEn.
u Ego edidi hæc famosa carmina sub nomine Martialis.

De aduentu Cæsaris. VI.

FElices, quibus [a] vrna dedit spectare [b] coruscum
Solibus Arctoïs, sideribusque [c] ducem.

a Vrna vitæ diuturnioris, ceu mortis. prout serius aut ocyus sors exierit. *vel* electionis vrna, qua lecti mittebantur ad principem legati.
b E Germania, quæ ad Arctum & cui præerat Traianus, redeuntem.
c Traianum.

Quando erit ille dies, [d] quo campus,& arbor,& om-
Lucebit Latia culta fenestra nuru? (nis
Quando [e] moræ dulces,longusque à Cæsare[f] puluis,
[g] Totaque Flaminia Roma videnda via?
Quando eques,& [h] picti tunica Nilotide Mauri
Ibitis,& populi vox erit vna, *venit*?

d In ὑποδοχαῖς Imperatorum,procedebant ordines obuiam; per campos & ex arboribus spectabat populus,fœminæ ex ædibus & fenestris: tabernæ,fenestræ,fores ornabantur lauro,fronde,floribus,lucernis appensis. e Ingredientis in vrbem Imperatoris incessus lentus & cum pompâ,omnibus gratus. f In via excitatus. g Multitudo egressa gratulatum Cæs.in via Flam,quæ Germaniam spectat. h Luxus gratia nonnulli equites more Mazacum qui Libyæ pop.sunt,præcurrebant,tunicâ acu ab AEgyptijs elaboratâ induti,infra ep.13.6.

Ad Rhenum. VII.

NYmpharum pater,amniumque[a] Rhene,
Quicunque [b] Othrysias bibunt pruinas.
Sic semper [c] liquidis fruaris vndis,
[d] Nec te barbara contumeliosi
Calcatum rota conterat bubulci:
Sic & [e] cornibus [f] aureis [g] receptis,
Et [h] Romanus eas vtraque ripa:
Traianum populis suis,& vrbi,
[i] Tibris te dominus rogat,remittas.

a Fl.Germaniæ,vnde Traianus.ep.sup.b.
b Ep.7.l.7.b.
c Non Hiberno gelu constrictis.
d Nec te gelu duratum plaustra premant bubulcorum,vel Francorum regis carpentum,quod bubus iunctis agebat,more patrio, bubulcus.vide Eliam Vinetum ad Mosellam Ausonij.
e Finguntur Dij fluminum præsides cornuti propter riparum alueorumque curuitatem,magis propriè tamen cornuti dicuntur illi fluuij qui se diducunt in geminos pluresue alueos,vnde nata fabulæ occasio de Acheloi cornu ab Hercule auulso.Rhenum Virg.9.AEn.dixit *bicornem* propter duo ostia,quibus Drusus tertium addidit,ductâ fossâ aduersus incursum barbarorum. f An propter aurifodinas Germaniæ? an propter ipsos Germanos auricomos? g In vnum alueum. h Subiecta Romanis sit Germania cis transque Rhenum. i Dominus orbis fluuius,Romæ sc.capitis & reginæ triumphati orbis fluuius te rogat,cui tamen imperij ius est.

De Paulla. VIII.

NVbere Paulla cupit nobis,ego ducere Paullam
Nolo: anus est.vellem, si [k] magis esset anus.

k Capulo vicina & breui moritura.

De se. IX.

[l] VNdenis pedibusque,syllabisque,
Et multo sale,nec tamen proteruo,
Notus gentibus ille Martialis.
Et notus populis; quid inuidetis?
[m] Non sum Andremone notior Caballo.

l Hendecasyllabis.
m Nolite mihi ingenij inuidere famam,cum minori sim in pretio & fama apud scurrilis huius æui cultores quàm Sextius Andræmon Caballus scurra.ep 42.l.1.p. alij Andremona volunt esse nomen nobilis equi Circensis.

¶ *In Paullum.* X.

[a] CVm tu [b] laurigeris annum qui fascibus intras,
Mâne salutator limina mille teras:

a Eiusdem ingenij epigr. vide 28.l.2.& l.5.ep.23.& Iuuenal.sat.1.v.117.
b Qui geris consulatum,quem tibi ineunti & annum aperienti præferuntur fasces laureati.

Hic

Hic ego quid faciam ? quid nobis Paulle relinquis,
Qui de [c] plebe Numæ, densaque turba sumus ?
Qui me [d] respiciat, dominum, regemque vocabo ?
[e] Hoc tu, sed quanto blandiùs, ipse facis.
Lecticam, sellamque sequar ? nec ferre recuso :
[f] Per medium pugnas sed prior ire lutum.
[g] Sæpiùs assurgam recitanti carmina ? tu stas,
Et [h] pariter geminas tendis in ora manus.
Quid faciet pauper, cui non licet esse clienti?
[i] Diuisit nostras purpura vestra togas.

c Plebe tenui & paupere, cuiusmodi ipse fuit Numa. d Al. *resistes.* e Egone te patronū salutabo, qui ipse alios salutas multo blandius quā ego te? f Sed & ipse alios præcedis antecambulo, comesque, ep.56 l.3.c. g Quod attendentis, fauentis applaudentisque signum est. h Applaudis. *vel* A facie iactas manus, quasi per admirationem. Iuuen. sat.3.v.106. i AEquè sumus clientes, vos purpurati tantùm distincti estis à nobis togatis. alij leg. *Dimisit* i. vos purpurati clientes exclusistis nos togatos ab officio clientum. Turneb.30.l.30.

In Calliodorum. XI.

NIl aliud loqueris, quàm [a] Thesea, Perithöumque,
Teque putas Pyladi, Calliodore, parem.
Dispeream, si tu [b] Pyladi præstare matellam
Dignus es, aut [c] porcos pascere Perithöi.
Donaui tamen, inquis, amico millia quinque,
Et [d] lotam, vt multum, terque quaterque togam.
Quid quòd [e] nil vmquam Pyladi donauit Orestes?
Qui donat quamuis plurima, plura negat.

a Nobile amicorum par. b Vel infimo seruitij munere defungi, vt præstare matulam, vel porcos pascere. c Fortè, quòd in glandiferis Pindi syluis degebat Peirithoüs. d Candidam, propè nouam. e Quippe qui omnia cum Pylade communicauit. quod quia tu non facis, sed multa negas, non es verus amicus.

Ad Domitium. XII.

[a] ÆMiliæ gentes, & [b] Apollineas Vercellas,
Et * Phaëtontei qui petis arua Padi;
Ne viuam, nisi te Domiti [c] permitto libenter,
Grata licet sine te sit mihi nulla dies.
[d] Sed desiderium tanti est, vt messe vel vna
Vrbano releues colla perusta iugo.
[e] I precor, & totos auida cute combibe soles.
[f] Quam formosus eris, dum peregrinus eris :
Et venies [g] albis non cognoscendus amicis,
[h] Libabitque tuas pallida turba genas.
Sed via quem dederit, rapiet citò Roma colorem,
[i] Niliaco redeas tu licet ore niger.

a Ep.4 l.3.a. b Oppidum Insubrium, vbi Apollo colitur. *vel* vbi aurifodinæ. aurum vero Apollini sacrum est. * Ep.25.l.4.b. c Nisi te secedere permittam. al. *dimitto.* d Sed desiderio nostri tu præfers vnius æstatis rusticationem, qua tui colorandi & animi relaxandi causâ ab vrbanis curis secedis. e Vade itaque, insolationi vaca, qua vtebantur veteres ad figendam valetudinis causâ, & colorandam nitoris gratiâ, cutim. f Quam pulchrè coloratus peregrè redibis. g σκια-τρόφοις, ab vmbrâ vrbanâ pallidis. sole non coloratis. vide ep.56.l.1.l. h Osculo excipit. Al. *Lineb?tque tuis pal. t. genis.* i AEgyptij verò fusci.

Ad Tuccam. XIII.

[a] CVm cathedralicios portet tibi rheda ministros,
[b] Et Libys in longo puluere sudet eques.
[c] Strataque non vnas cingant triclinia [d] Baias,
[e] Et Thetis vnguento palleat vncta tuo:
Candida [f] Setini rumpant crystalla [g] trientes,
Dormiat in pluma nec meliore [h] Venus:
[i] Ad nocturna iaces fastosæ limina mœchæ,
Et [i] madet heu lacrymis ianua surda tuis:
Vrere nec miserum cessant suspiria pectus.
Vis dicam, malè sit cur tibi Tucca? [k] bene est.

a Cùm habeas tecum in rheda vel curru, quoties iter facis, pueros delicatos, teneros, effœminatos, mollitie non cedentes fœminis quarum propriè est cathedra Turneb. 30. l. 3. & 30. c. b Et tibi pro more lautiorum, præcurrant equites Numidæ. Senec. epist. 114. *Omnes sic iam peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen cursorum antecedat.* c Et tibi ad multas tuas thermas & balneas multa extruantur triclinia, diætæ, cœnationes. d Balneas, quibus celebres sunt Baiæ. e Et ampla balnea, quæ & maria dicebantur, palleant ab vnguentis tuis. ep. 12. l. 3. f Optima vina è Setia frangant dum miscentur, vel calore rumpant, vel traluceant pocula tua crystallina. g Calices 4 cyathorum. ep. 28. l. 1. b. h Quæ in olorinâ cubat. i Vide 5 satyræ Persij versum, 165. & quæ nos ad illum. k Ex rerum affluentia nascitur tibi vitiosa miseria.

Ad Crispum. XIV.

CEdere de nostris nulli te dicis amicis.
Sed, sit vt hoc verum, quid, rogo, Crispe facis?
Mutua cùm peterem sestertia quinque, negasti:
Non caperet nummos cùm grauis arca tuos.
Quando fabæ nobis modium, farrisque dedisti?
[l] Cùm tua Niliacus rura colonus aret?
Quando breuis gelidæ missa est toga tẽpore brumæ,
Argenti quando missa selibra mihi est?
Nil aliud video, quo te credamus amicum,
[m] Quàm quòd me coram pedere Crispe soles.

l Cùm colonus tuus in Ægypto multos tibi aret fundos.
m Animam impendere, siue, vt ait ille, aliquid animæ amittere in honorem amici, honestè parùm, at satis familiariter, & pro comitate suillâ dixerim, an Gallicâ? vbi arctioris amicitiæ argumentum habetur, mutuis se officijs comitari ac deducere ad sellas Patroclianas, & dulcissimos conferre sermones in Cloacinæ sacello.

De Apro. XV.

[n] DOtatæ vxori cor arundine fixit acuta,
[o] Sed dum ludit, Aper, ludere nouit Aper.

n In ludo sagittario, quasi per errorem. vel sauciat vxoris cor acutâ amoris, ceu doloris sagittâ, dum ipse ludit in alijs. o Sed dum se ludere nescire simulat, optimè in rem suam ludit, efferendo vxorem bene dotatam. alij leg. *lædere*.

In Caium. XVI.

SI donare vocas promittere, nec dare Caï:
Vincam te donis, muneribusque meis.
Accipe [a] Callaicis quidquid fodit Astur in aruis,
Aurea quidquid habet [b] diuitis vnda Tagi;

a Quicquid auri foditur in Hispania. Gallecia autem & Asturia Hispaniæ regiones sunt. aurifodinis quondam celebres. b Auri ramentis fluens Tagus fl. Hispaniæ.

Quidquid [c] Erythræa niger inuenit Indus in alga,
Quidquid & in nidis [d] vnica seruat auis,
Quidquid [e] Agenore o Tyros [f] improba cogit aëno:
Quidquid habent omnes, accipe, [g] quomodo das.

c Ep 36.l.5 e.
d Phœnix. vide ep.7.l.5 a. & 55.ep.l.6.c.& d.
e Tyrio, purpureo. Tyros enim & Sidon Agenori regnata erant.

f Inuentrix purpuræ qua iterantur lanæ. vestes purpureas appellat Seneca epist.115 *lacernas coloris improbi.* Improbum laborem appellauit Virgilius assiduum & iteratum. ita & vestes *improbi coloris* dibaphas & iteratas aheno purpureo. & hoc facit Plin.9.l.41.c. *Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum, rursus absolutus inebriatur Tyrio, vt sit ex vtroque nomen improbum, simulque luxuria duplex.*14.l.154.ep. g Promissis sc.

De Macro. XVII.

[a] SAturnalicio Macrum fraudare tributo
Frustra Musa cupis: non licet, ipse petit:
Sollenneisque iocos, nec tristia carmina poscit.
Et queritur nugas obticuisse meas.
[b] Mensorum longis sed nunc vacat ille libellis.
Appia [c] quid facies, si leget ista Macer?

a Carmina mea, quæ per Macri, in viâ Appiâ sternēdâ cui præficiebatur ab Imperatore, occupationes intermissa sunt a me in Saturnalibus, exigit Macer tanquā tributum statū & annuum.
b Geometrarum libris Geometricis. vt rationem viæ sternendæ & muniendi percipiat.
c Negligéris sc. meis nugis posthabita.

De Mario. XVIII.

NEc vocat ad cœnam Marius, nec munera mittit,
Nec [a] spondet, nec vult [b] credere: sed nec habet.
[c] Turba tamen non deest, [d] sterilem quæ curet amicū.
[e] Heu quàm [f] perfatuæ sunt tibi Roma [g] togæ!

a Pro clientibus.
b Mutuum dare.
c Clientum.
d Vnde nihil fructus.
e Al. *Eheu quam fatuæ.*
f Insipientes qui gratis seruiant. g Togati clientes? *Metonymicè.*

❡ Mittit librum suum ad Plinium. XIX.

[a] NEc doctum satis, & parum seuerum,
[b] Sed non rusticulum nimis libellum,
Facundo mea Plinio [c] Thalia
I perfer: breuis est labor peractæ
[d] Altum vincere tramitem Suburræ.
Illic [e] Orphea protinus videbis
Vdi vertice [f] lubricum theatri,
Miranteisque feras, [g] auemque regis,
Raptum quæ [h] Phryga pertulit tonanti.
Illic parua tui domus [i] Pedonis
Cælata est aquilæ minore penna.
Sed ne tempore [k] non tuo [l] disertam

a Super tumore defuncti Martialis in epistola vlt. lib.3 ad Priscum, gratatur Plinius laudat & bene precatur poëtæ de hoc epigr. cuius partem ibi referens, *Alloquitur Musam,* inquit de Martiali, *mandat, vt domum meam Exquilijs quærat, adeatque reuerenter, &c.*
b Non tamen omnino inelegantem.
c Musa carminis mei iocosi præses. ep.8.l.4.m. & ep.16.l.7.c.

d Ascendere per decliuem collem è Suburra (de quo vico, ep.35.l.1.c) Esquilias. e In domus alicuius fastigio ceu tholo effictum. f Stillicidio, vel aspersionibus theatri. g Aquilam, illam fortè, de qua ep.56 l 5. h Ganymedem, dicto ep.56.l.5. i Causidici, vel poetæ, iu cuius domo cælata est, vel cuius fastigio insidet aquila minor priore illâ Ganymedem rapiens. k Alio quàm quod iocosis carminibus conuenit. vide ep.8 l.4.l. l Plinij Sec. oratoris diserti.

m Lasciua, petulans, intempestiua.
n Studijs seueris & grauioribus.
o Foro & caussis Centumviralibus. ep. 38. l. 6 c. & 61. ep. 7. l. c & Plinij epist. passim.
p M. Tullij Cic. Arpinatis, quem sibi vbique imitandum proposuisse Plinius profitetur.
q Nonâ horâ aut decimâ. ep. 8. l. 4. l. & m. inter pocula, rosas, vnguenta.
r Namque hac horâ vel rigidi Catones depositâ grauitate calent mero.

Pulses m ebria ianuam, videto.
Totos dat n tetricæ dies n Mineruæ,
Dum o centum studet auribus virorum
Hoc, quod secula, posterique possint
p Arpinis quoque comparare chartis,
Seras tutior ibis ad lucernas:
q Hæc hora est tua, dum furit Lyæus;
Cùm regnat rosa, cùm madent capilli,
r Tunc me vel rigidi legant Catones.

Ad Manium. XX.

a Cur redire velim in patriam meam, visurus Hispaniam aurifodinis celebrem, & Salonem, ep. 50. l. 1. l. tu mihi causa es ô Mani, &c.
b Bilbilim in edito sitam.
c Vsque à pueris qui prætextam gerunt, amicitia culta.
d Tecum vel in arenosis Africæ desertis vel inhospitali Scythiâ degerem.
e Omnis locus pro Româ erit.

a DVcit ad auriferas quòd me Salo Celtiber oras,
b Pendula quòd patriæ visere tecta libet,
Tu mihi simplicibus, Mani, dilectus ab annis,
c Et prætextata cultus amicitia,
Tu facis, in terris, quo non est alter Iberis
Dulcior, & vero dignus amore magis.
d Tecum ego vel sicci Gætula mapalia Pœni,
Et poteram Scythicas hospes amare casas.
Si tibi mens eadem, si nostri mutua cura est,
e In quocunque loco Roma duobus erit.

Ad Sextum. XXI.

a Grammaticus cuius meminit Tranquillus & A. Gell.
* Grammaticus cuius meminerunt Seneca, epist. 66. & Ausonius, epist. 18. ad Vrsul.
a Sed diuinatore Oedipo aliquo, Sibyllâ, imò ipso Apolline.

SCribere te, quæ vix intelligat ipse a Modestus,
Et vix * Claranus, quid rogo, Sexte, iuuat?
Non lectore tuis opus est, a sed Apolline libris:
Iudice te maior b Cinna Marone fuit.
c Sic tua laudentur: sanè mea carmina, Sexte,
Grammaticis placeant, & d sine Grammaticis.

b Poëta, autor egregij quidem laudatique operis sed obscuri. & quo nec se scribere satis digna per modestiam profitetur Virgilius, ecloga 9. c Propter obscuritatem & intricatas tenebras. d Absque ope Grammaticorum interpretum. Quotus tamen quisque Grammaticorum, immo Criticorum, aut (quos M. Cato dixit *Mortuaria glossaria*) philosophorum hæc intelligit?

In Philænim. XXII.

e Ep. 29. 29. l. 2. n.
f Ep. 33. l. 2. & l. 7. ep. 94. ne ge salutem.

CVr e spleniato sæpe prodeam mento,
Albáve pictus sana labra cerusa,
Philæni quæris? f basiare te nolo.

De M. Antonio. XXIII.

IAm numerat placido felix Antonius æuo
[a] Quindecies actas * Primus Olympiadas:
Præteritosque dies, & [b] totos respicit annos:
[c] Nec metuit Lethes iam propioris aquas.
Nulla recordanti lux est ingrata, grauisque:
Nulla fuit cuius non meminisse velit.
Ampliat ætatis spatium sibi vir bonus: hoc est,
Viuere bis, [d] vita posse [d] priore frui.

a Annos LX. ex computatione Chronologorum, quibus Olympias est quatuor annorum spatium. annos LXXV. ex ratione poëtarum qui Olympiada pro quinquennio ceu lustro vsurpant.
* Cognomen Antonij, vt infra ep. 32. ep. 101. l. 9.
b Al. *tutos*. i. extra fortunæ aleam positos. in quos fortuna ius perdidit. c Nec metuit mortem.
d Iucundâ bene actæ vitæ recordatione.

Ad Calend. Martias. XXIV.

NAtales mihi * Martiæ Calendæ,
(Lux formosior omnibus Calendis,
* Qua mittunt mihi munus & puellæ:)
[a] Quinquagesima liba, septimamque
Vestris addimus hanc focis acerram.
His vos, si tamen expedit, roganti
Annos addite [b] ter precor nouenos,
Vt non dum nimia piger senecta,
Sed vitæ [c] tribus aureis peractis
Lucos [d] Elysiæ petam [d] puellæ.
Post hæc tempora, nec diem rogabo.

* In quibus & ipsis puellis mittuntur munera. ep. 92. l. 9. i. & 85. l. 5. h. Natalis item celebrari solebat missis muneribus. ep. 64. l. 8. & 87. l. 10.
a Iam quinquagesimum septimum natalem meum celebro libis & thuris acerra.
b Alij legunt *bis*, & rectius. anni enim 27. additi nimis & vltra votum poëtæ extenderent senectam.
c Aureus Rom. æstimabatur 25. denarijs, trium aureorum denarij sunt 75. numerus sc. annorum quos sibi vouet poëta. Qui *ter nouenos* legerant prius, aureum æstimant 28 denarijs, vt 3. aurei respondeant 84 denarijs sed Lipsij rationi assentior. Alij legunt *tribus areis* & exponunt, pueritiam, iuuentutem, senectutem. Turneb. 30. l. 30. c. d Proserpinæ.

De Mucio. XXV.

IN [a] matutina nuper [b] spectatus arena
Mucius, imposuit qui sua membra focis,
Si patiens fortisque tibi durusque videtur:
[c] Abderitanæ pectora plebis habes.
[d] Nam cùm dicatur tunica præsente molesta,
Vre manum: plus est dicere, non facio.

a Manè pugnabant damnati cum bestijs, post meridiem qui ex bestiarijs superant, inter se. Lips. 3. Saturn. c. 15. Senec. epist. 7.
b Vide hoc spectaculum, ep. 30. l. 8.
c Stolidus est, *Veruecum in patria crassoque sub aëre natus*. vt ait Iuuen 10. sat. v. 50. ad quem, vide quæ nos. d Nam si damnato huic daretur conditio vt repræsentando Mucij manum exustam (de quo ep. 22. l. 1. & l. 8. ep. 30.) redimeret supplicium tunicæ molestæ in qua pice, resina, bitumine, cæterisque ignium alimentis illitâ ardendum illi fuerat: minus fortiter facit (saltem audacter minus) parte quàm toto corpore exusto.

De Varo. XXVI.

a Vare, qui modo in AEgypto (Paraetanium autem AEgypti vrbs) gessisti Rom. tribunatum, cuius insigne est vitis quam gestabat tribunus ad castigandos milites.
b Centurio. Romuli instituto legio, quae constabat 3 millibus, distributa est in 30 centurias, quibus singulis singuli praeerant centuriones. postea tamen mutato numero militum, manipulorum & centuriarum in legione, 60 militibus praeerat centurio, qui primitus 100. c Romae in Italia quam condidit Quirinus. i. Romulus. *vel* Romanis frustra prom. d Namque mortuus es in AEgypto. e Vmbra prom. i. tu promiseras, nos expectabamus reditum. f AEgyptij. à Lago patre Ptolomaei Maced. g Sic, ep. 85. l. 6. g. h AEgypte, quae negabas Varo reditum, mihi funeris curam.

[a] VAre Paraethonias Latia modò vite per vrbes
 Nobilis, & [b] centum dux memorande viris:
At nunc [c] Ausonio [d] frustra [e] promissa [c] Quirino
 Hospita [f] Lagaei litoris vmbra iaces.
[g] Spargere non licuit frigentia fletibus ora,
 Pinguia nec moestis addere thura rogis.
Sed datur aeterno victurum carmine nomen.
 Numquid & hoc [h] fallax Nile negare potes?

Ad Diodorum. XXVII.

a Non rarus. i. frequens.
b Triplicem sportulam.
c Hoc faciunt allecti tua sportulâ, vel in gratiam Imperatoris, cui tu gratus, vt quondam Vespasiano: nemo tamen eorum est qui non te pro ignobili habeat obscuro terraeque filio. Seneca in Apocolocynthosi: *Nemo enim illum vnquam natum putauit.*

NAtali, Diodore, tuo conuiua senatus
 Accubat, & [a] rarus non adhibetur eques,
Et tua [b] tricenos largitur sportula nummos:
 [c] Nemo tamen natum te, Diodore, putat.

Ad Ianum. XXVIII.

a Ep. 2. a. & 8. b. l. 8.
b Prius habuisti sacellum in foro Transitorio; dicto, *vel* quod per id in alia esset transitus vtpote situm inter Capitolium & collem Quirinalem; *vel* à quatuor transitionibus ad 4 portas Iani templi.
c Quibus ornatur templum tuum à Domitiano. Neruâ, Traiano. d Nempe, quatuor, vetus Romanum, Iulium, Augustum, Transitorium. e Ep. 2. l. 8. e. f Praesta pacem aeternam. cuius signum Ianus clausus; vt apertus, belli. ep. 66. l. 8. e.

[a] ANnorum, nitidique sator pulcherrime mundi,
 [a] Publica quem primũ vota precesq; canunt,
[b] Peruius exiguos habitabas antè Penates,
 Plurima qua medium Roma terebat iter,
Nunc tua [c] Caesareis cinguntur limina donis,
 Et fora [d] tot numeras, Iane, [e] quot ora geris.
At tu sancte pater, tanto pro munere gratus,
 [f] Ferrea perpetua claustra tuere sera.

Ad Sextilianum. XXIX.

a In Saturnalibus, ep. 46. l. 4. a. & 85. ep. l. 5. h.
b Qui Veneris natalis quo munera mittuntur foeminis ab amatoribus. ep. 92. l. 9. i. & 85. ep. 5. l. h. Qui idem mihi natalis, quo mihi mitti solent munera. ep. 24. supra. c De toga quam mihi mittere solebas emisti amicae tuae viridem vestem coenatoriam. ep. 46. l. 2. c.

QVam mihi mittebas [a] Saturni tempore lancem,
 Misisti dominae, Sextiliane, tuae.
Et quam donabas [b] dictis à Marte Calendis,
 [c] De nostra prasina est synthesis empta toga.

Iam

Iam constare tibi gratis cœpere puellæ,
[d] Muneribus futuis, Sextiliane, meis.

d Ita aliis dominam meis sumptibus. meo certe damno; dum, quæ me capere oportuit, illa intercipit.

De litore Formiano. XXX.

O Temperatæ dulce [a] Formiæ litus,
Vos, [b] cùm seueri fugit oppidum Martis,
Et inquietas fessus exuit curas,
Apollinaris omnibus locis præfert.
[c] Non ille sanctæ dulce Tibur vxoris,
Nec Tusculanos, Algidósve secessus,
Præneste nec sic, Antiúmve miratur:
[d] Non blanda Circe, Dardanísve Caieta
Desiderantur, nec Marica, nec Liris,
[e] Nec in Lucrina lota Salmacis vena.
Hîc summa leni stringitur [f] Thetis vento:
[g] Nec languet æquor: viua sed quies Ponti
Pictam phaselon adiuuante fert aura,
Sicut puellæ non amantis æstatem
[h] Multa salubre purpura venit frigus.
Nec [i] seta [k] longo quærit in mari prædam,
Sed à cubîclo, lectuloque iactatam
[l] Spectatus altè lineam trahit piscis.
[m] Si quando Nereus sentit Æoli regnum,
Ridens procellas tuta de sua mensa
Piscina, rhombum pascit, & lupos [n] vernas.
[o] Natat ad magistrum delicata muræna.
[p] Nomenculator mugilem citat notum,
Et adesse iussi prodeunt senes mulli.
Frui sed istis quando Roma [q] permittis?
[r] Quot Formianos imputat dies annus
Negotiosis rebus vrbis hærenti?
O [s] vinitores, villicique felices.
[t] Dominis parantur ista, seruiunt vobis.

a Maritima Campaniæ vrbs, vbi villam ceu prætorium habuit Apollinaris ad quem ep. 87. l. 4. & 25. l. 7.
b Cùm se recipit ex vrbis Romanæ occupationibus & negotijs.
c Temperato cœlo & amœnitati Formiarum non præfert Tibur pudicæ suæ vxoris solum natale seu villam, non Tusc. Algidos recessus, Præneste nec Anxur.
d Præ Formijs non desiderat Circæum promontorium, Caietam Troianis conditam, Maricam, Lirin. de quib. vide Geographos & Leandrum in primis.
e Nec lacum Lucrinum in Campania, cuius aqua vt & Baiarum æquè delicata & mollis ac Salmacis in Caria cuius fons effœminate viros dicitur à poëtis. Ouid. 5. Met. Auson. ep. 68. & 92. Anthologiæ. l. 1. c. 67.
f AEquor.
g Nec tamen stagnat, sed leni aurâ portat nauiculas.
h Fr. Modius è v. c. legit *Mota salub.* q. d. AEquè lenis est Formiani sinus aura, atque illa quam sibi faciunt puellæ per æstatem agitantes aëra motâ veste vel flabello. 23. epist. Brodæus flabellum ex pauonis pinnis purpureis confectum intelligit. Miscel. l. 10. c. 22.
i Linea piscatoria.
k Longè.
l Per aquam pellucidam.
m Si quando mare ventis tollatur.
n In suis natos piscinis.
o Sic ep. 30. l. 4. e.
p Qui pisces nominatim citet euocetq;. non secus ac nomenclatores solebant in foro & campo Martio citare reos conuiuasque, & suggerere nomina ciuium dominis suis in ambitu & petitione magistratus salutandorum.
q Per Occupationes & curas vrbanas.
r Quot dies, quos iucundè liceret agere Formijs, possunt imputari quasi perditi vrbanis curis?
s Alijs, *ianitores.*
t Domini rarò, furtim & per otium, ciuicis quasi emissi vinculis has voluptates carpunt; vos, O villici, semper, liberè & ad satietatem ijs fruimini.

In Calliodorum. XXXI.

[a] ADdixti seruum nummis [b] here mille ducentis.
Vt benè cœnares, Calliodore, [c] semel:

a Vendidisti.
b Ep. 44. l. 1. a.
c Ex pretio serui venundati.

Nec

Nec bene cœnasti. mullus tibi quatuor emptus
Librarum [d] cœnæ pompa, caputque fuit.
Exclamare libet, non est hoc improbe, non est
Piscis: homo est, hominem, Calliodore, voras.

d Cœnæ 3. sunt partes. antecœna, cœnæ caput, & secundæ mensæ.

¶ *De imagine Marci Antonij, ad Cæcilianum.* XXXII.

HÆc mihi quæ colitur violis pictura, rosisque,
Quos referat vultus, Cæciliane, rogas?
Talis erat [a] Marcus medijs [a] Antonius annis:
* Primus in hoc iuuenem se videt ore senex.
[b] Ars vtinam mores, animumque effingere possit:
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

a Ep. 101. l. 9.
* Supra ep. 23. *.
b *Quòd si oculis facies honesti cerneretur, mirificos sui amores excitaret.* Plato. Spectabile hoc & imitabile picturam laudandi exemplar.

Ad Numatium Gallum. XXXIII.

SImplicior priscis, Numati Galle, [a] Sabinis,
[b] Cecropium superas qui bonitate [b] senem,
[c] Sic tibi cum soceri claros retinere Penates
Perpetua natæ det face casta Venus:
[d] Vt tu, si viridi tinctos [e] ærugine versus,
Fortè malus liuor dixerit esse meos,
Vt facis, à nobis abigas: nec scribere quemquam
Talia contendas carmina, qui legitur.
[f] Hunc seruare modum nostri nouere libelli,
Parcere personis, dicere de vitijs.

a A quibus per ludorum speciem circumuenti s Romani fœminas rapuerunt.
b Socratem, qui Iuuenali *senex vacuus Hymetto.* Alij Epicurum intelligunt.
c Sic tibi casta Venus det retinere claros Penates soceri cum perpetua face natæ. vxoris sc. tuæ. Alij. leg. *consoceri claros.*
d Vt tu, &c. à nobis abigas. i. me asseras vt ep. 71. & 11. l. 7.
e Maledicentiâ, liuore. quem ep. 71. l. 7. dixerat, *atrum venenum.* f Epist. ad lib. 1. g. & epig. 3. l. 8. m.

Ad Traianum. XXXIV.

DI tibi dent quidquid princeps, Traiane, mereris,
Et rata perpetuo, quæ tribuere, velint:
[a] Qui sua restituis spoliato iura patrono,
Libertis [b] exsul non erit ille suis,
[c] Dignus es, vt possis totum seruare [d] clientem;
[e] Vt liceat tantùm; vera probare potes.

a Qui restituis patronis ius patronatus in libertos suos, quos Domitianus militibus æquârat.
b Iure suo spoliatus tanquam proscriptus & exul.
c Certè dignus es integram inire laudem ex integro ciue Romano pristinæ suæ dignitati restituto. d Ciuem Rom. e Al. *Vt liceat tantùm vera probare, potes.*

De Sulpicia. XXXV.

OMnes [a] Sulpiciam legant puellæ,
Vni quæ cupiunt viro placere.

a Poëtriam, Martiali coæuam cuius meminit Sidonius carm. 9.

Omnes

Omnes Sulpiciam legant mariti,
Vni qui cupiunt placere nuptæ.
[b] Non hæc [*] Colchidos aſſerit furorem,
[*] Diri prandia nec refert Thyeſtæ;
[*] Scyllam,[*] Byblida [c] nec fuiſſe credit;
Sed [d] caſtos docet, & pios amores,
Luſus, delicias, facetiaſque.
Cuius carmina qui bene æſtimârit,
Nullam dixerit eſſe ſanctiorem.
Tales [e] Egeriæ iocos fuiſſe
[f] Vdo crediderim Numæ ſub [f] antro.
[g] Hac condiſcipula, vel hac magiſtra
Eſſes doctior, & pudica [h] Sappho.
Sed tecum pariter, ſimulque viſam
[i] Durus Sulpiciam Phaon amaret.
Fruſtra [k]: namque ea nec tonantis vxor,
Nec Bacchi, nec Apollinis puella
Erepto ſibi viueret Caleno.

b Non ſcribit inſanos Medeæ amores vel non excuſat Medeæ ſcelera. ſic Iuuen. *periuria ignoſcit Eliſæ.* 6. ſat. 436. v.
* Vide Mythologos & 4. ep. ſupra.
c Nec ipſa credit, nec alijs credendas ingerit has fab.
d De amore coniugum.
e Nymphæ, cuius colloquio & inſtitutis ſe vſum finxit Numa rex Rom. II. vide ep. 47. l. 6. e.
f Aricino, fontibus atque aquæductibus madenti, vide Iuuen. 3. Sat. 11. v.
g Si Sulpitiâ vſa fuiſſes magiſtrâ vel condiſcipulâ, O Sappho.
h Poëtria, celebrata decima muſa.

i Qui neglexit, contempſitque Sapphus amorem. k Neque enim Bacchi, Apollinis, ipſiusve Iouis thalamos præferret thalamis coniugis ſui Caleni, ad quem mox ep. 38.

In Munnam. XXXVI.

[a] IMproba Maſſiliæ quidquid [b] fumaria cogunt,
   [c] Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus,
A te Munna venit: miſeris tu mittis amicis
   Per freta, per longas [d] toxica ſæua vias:
Nec facili pretio, ſed quo contenta Falerni
   Teſta ſit, aut cellis [e] Setia cara ſuis.
Non venias quare tam longo tempore Romam,
   Hæc puto cauſſa tibi eſt; ne tua vina bibas.

a Adulterantia vinum.
b Ep. 81. l. 3. u & 13. l. 123. ep.
c Vina apothecis condita ſuperponebantur fumarijs vt præcocem maturitatem à fumi tenore traherent. Horat. 8. od. l. 3. Columella 6. c. 1. l. & Galen. περὶ ἀντιδότ.
Sed inſalubertima eſſe hæc vina teſtatur Plinius l. 23. c. 1. d Vina inſalubertima. vt iam nota c. vide & ep. 19. ep. l. 1. f. e Vina Setina nobilia, è Setia Campaniæ.

¶ *Ad Maternum iuriſperitum.* XXXVII.

[a] IVris, & æquarum cultor ſanctiſſime legum,
   Veridico Latium qui regis ore forum;
[b] Municipi Materne tuo, veterique ſodali
   [c] Callaïcum mandas ſi quid ad Oceanum,
[d] An [e] Laurentino turpes in litore ranas,
   Et ſatius tenues [*] ducere credis [f] acos?

a Iuriſperite ſanctiſſime atque diſertiſſime.
b Mihi conciui tuo & συμπατριώτῃ meditanti patriam & Bilbilim meam viſuro (vt ſupra ep. 20.) ſi quid eſt quod mandatum velis, mandabis nuncio. c Hiſpanum. ep. 16. ſupra. a. d An forté Hiſpaniæ copiæ præfers Italiæ inopiam? e Quod diſtat à Roma 17 M paſſuum. * Capere. f Piſciculos quoſdam viliſsimos.

g Quàm in Hispania captos mullos, nisi trilibres sint in mare reijcere.
h Quibus viuunt, vnde extrahuntur. Pisces verò saxatiles fluuiatilibus meliores.
i Insipidam, nullius saporis.
k Lautissimâ mensâ.
l Ep.11.l.6.d.
m Mitulos.
n Potius quàm in Hispania cœnare ostrea nobilia——
n——quæ non habent quod inuideant.i.non cedentia ostreis in Lucrino lacu prope Baias natis.
o Tanta eorum in Hispaniâ copia.
p Ep.4.l.4.m.

g Ad [h] sua captiuum quàm saxa remittere mullum,
Visus erit libris qui minor esse tribus ?
Et [i] fatuam [k] summa cœnare [l] Pelorida mensa,
[m] Quosque tegit leui cortice concha breuis ?
Ostrea [n] Baianis quàm non liuentia testis,
[o] Quæ domino pueri non prohibente vorent,
Hic [p] olidam [q] clamosus ages in retia vulpem,
Mordebitque tuos [r] sordida præda canes.
[s] Illic piscoso modò vix educta profundo
Impedient lepores [t] humida lina meos.
Dum loquor, ecce redit sporta piscator inani:
Venator capta [u] marte [x] superbus adest.
y Omnis ab vrbano venit ad mare cœna macello:
[z] Callaïcum mandas si quid ad Oceanum.

q Canes hortatus. r Vulpes. s In Hispania. t Retia modò extracta è piscoso mari & in terra capient lepores. u E mustelarum genere. x Perinde ac opimâ prædâ esset onustus. y Ad villas in Italia maritimas pisces ex vrbe feruntur ad mensas instruendas. sic ep.47.q. & 57.ep.nota 25. l.3. z Supra not.c.

Ad Calenum. XXXVIII.

a Iucundos, felices.
* Supra ep.35.

O [a] Molles tibi quindecim * Calene,
Quos cum * Sulpicia tua iugales
Indulsit deus & peregit annos!
O nox omnis & hora, quæ notata est
[b] Caris litoris Indici lapillis:
O quæ [c] prœlia, quas vtrimque [c] pugnas
Felix lectulus, & [d] lucerna vidit
[e] Nimbis ebria Nicerotianis!
[f] Vixisti tribus, ô Calene, lustris.
Ætas hæc tibi tota computatur,
Et solos numeras dies mariti.
g Ex illis tibi si diu rogatam
Lucem redderet Atropos, vel vnam
Malles, quàm Pyliam quater senectam.

b Ep.45.l.8.b.
c τὸ κλινοπάλης.
d Ep.39.l.13.
e Madens aspersionibus & vnguentis à Nicerote aromatopolâ confectis. ep.55.l.6.d.
f Veram egisti vitam solos hosce 15 annos quibus fuisti vxoratus.
g Vnum eiusmodi diem tibi à fatis redditam præferres 4 ætatibus Nestoris.i. 12 seculis. vide ep.30.l.9.a.

In Lesbiam. XXXIX.

Consule te Bruto quid iuras Lesbia natam?
[a] Mentiris: nata es Lesbia rege [b] Numa.
Sic quoque mentiris. namque vt tua secula narrant,
[c] Ficta Prometheo diceris esse luto.

a Immo antiquior es omnibus Consulibus.
b Secundo rege Rom.
c Ita annosa es & simul adeo squallida & turpis vt videatis è luto facta à Prometheo, respicitque figmentum Poëticum. vide ep.67.infra.

Ad Lupum. XL.

SEmper cùm mihi diceretur esse
Secreto mea Polla cum cinædo:
Irrupi Lupe.[d] non erat cinædus.

d Alius erat à cinædo. quod autem fuerit hoc scelus videtur innuere Paronomasia τοῦ *irrupi*. ep.47.l. 2.c.

In Proculeiam. XLI.

[b] MEnse nouo Iani veterem Proculeia maritum
Deseris, atque iubes [c] res sibi habere suas.
Quid rogo; quid factū est? subiti quæ caussa doloris:
Nil mihi respondes? dicam ego,[d] prætor erat.
Constatura fuit Megalensis purpura centum
Millibus, vt nimium munera parca dares:
Et [e] populare sacrum bis millia dena tulisset.
Dissidium non est hoc Proculeia: lucrum est.

b Ianuario. & τὸ *mense* ἀντιθετικῶς τῷ *veterem maritum*.
c In repudijs comprobata sunt hæc verba, *Tuas res tibi habeto*, item, *Tuas res tibi agito*. Caïus l.2.ff.de Diuort.
d Ne itaque vxor dotata & diues marito pauperi designato Prætori cogeretur suppeditare impensas purpuræ (namque purpurati ceu prætextati curabant Megalesia Prætores) & ludorum in honorem Magnæ matris deûm & ad conciliandam gratiam & salutem populi; fecit Proculeia diuortium. e Merula refert ad Floralia. Raderus ad Fornacalia, Palilia ceu Laralia. Ego hæc eadem Megalesia maximè populare sacrum fuisse censeo, vt quæ ad religionem & lætitiam populi celebrata sunt.

Ad [g] Dindymum. XLII.

TAm dubia est lanugo tibi, tam mollis, vt illam
Halitus, & soles, & leuis aura terat:
Celantur simili [h] ventura Cydonia lana,
Pollice virgineo quæ spoliata nitent.
Fortius impressi quoties tibi basia quinque,
Barbatus labris Dindyme fio tuis.

g Ad eundem, ep.42. & 84.l.5.
h Nondum decerpta, intacta adhuc.

Ad Phileroten. XLIII.

SEptima iam Phileros tibi conditur vxor in [i] agro,
[k] Plus nulli Phileros, quàm tibi, reddit ager.

i Sepulchris consecrari agellum moris fuit vt dictum ep.115.& 117.l.1.
k Manent enim tibi dotes sepultarum, vacatque thalamus nouo coniugio.

¶ *Ad [a] Q. Ouidium.* XLIV.

[a] QVincte [b] Caledonios Ouidi visure Britannos,
Et [c] viridem Tethyn, Oceanumque [d] patrem:
Ergo [e] Numæ colles, & [f] Nomentana relinques
Otia, nec retinet rusque, focusque senem?
[g] Gaudia tu differs, at non & stamina differt
Atropos, atque omnis scribitur hora tibi.

a De hoc ep.43.& 44.l.7. & 53.l.9.
b Scotos ep.7.lib.spect.c.
c Cœruleum ceu viride mare.
d Patremne fluminum Physicè? an quia Deus? Dij autem omnes dicti patres. an ex opinione Thaletis qui omnia ex aqua generari sensit? vide quæ nos ad 266.vers.Oedipi Senecæ. e Romam à Numâ secundo rege auctam. f Prædium tuum Nomentanum.de quo ep.106.l.1.& 92.l.7. g Vide ep.54.l.4.& 16.l.1.

Præstiteris

Præſtiteris caro (quis non hoc laudet?) amico,
Vt potior vita ſit tibi ſancta fides.
Sed reddare tuis tandem manſure Sabinis,
[i] Teque tuas numeres inter amicitias.

b *Cæſonio*, vt ep. 43. & 44. l. 7. vel alteri cuiuis am. i Virum probum maximè ſe amare decet, &c. Ariſt. Magn. Mor. 2. l. 13. c. & 14. *Qui ſibi amicus eſt, hunc ſcito amicum omnibus eſſe.* Senec. 6. epiſt.

In delicatum lectorem. XLV.

SI quid [a] lene mei dicunt, & [a] dulce libelli:
Si quid [b] honorificum pagina blanda ſonat:
Hoc tu [c] pingue putas, & [d] coſtam rodere mauis:
Ilia Laurentis cùm tibi demus apri.
[e] Vaticana bibas, ſi delectaris aceto:
Non facit ad ſtomachum [f] noſtra lagena tuum.

a Amatorium, nuptiale, ſalutatorium, &c. b Encomiaſticum. c Craſſum, rude. d Oſſa mauis rodere, quàm guſtare ilia apri. h. e. maledica probas carmina, & acria dulcibus præfers--- e---bibe itaque vina venenoſa (vt ep. 19. l. 1. f. & 92. l. 6) & acetum. h. e. carmina maledica. f Dulce & mite vinum. i. carmen lene, dulce, honorificum.

In Mathonem. XLVI.

OMnia vis [g] bellè Matho dicere: dic aliquando
Et [h] bene: dic neutrum: dic aliquando [i] malè.

g Placenter & ad voluntatem audientium, vel ex regulis Rhetorices & artis lenocinijs. ſic Perſ. 1. ſat. v. 86. h Ad rem propoſitam, omiſsis artis præceptis, ex rei veritate. i Miſsis lenocinijs & blanditijs, atque vbi opus erit, maledicas neque in obſequium maleſico vel potentiſsimo parcas.

Ad [*] ſeipſum. XLVII.

VItam quæ faciunt beatiorem,
Iucundiſſime Martialis, hæc ſunt:
Res [a] non parta labore, ſed [b] relicta:
[c] Non ingratus ager, focus perennis,
Lis numquam, [d] toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, ſalubre corpus,
Prudens ſimplicitas, [e] pares amici,
[f] Conuictus facilis, ſine arte menſa:
Nox non ebria, ſed [g] ſoluta curis:
Non triſtis [h] torus, attamen pudicus:
[i] Somnus qui faciat breues tenebras:
Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis:
[k] Summum nec metuas diem, nec optes.

* Potius, *Iulium Martialem* ad quem 4. l. 64. ep. l. 6. ep. 1. &c. a Parcè enim, duriter & anxiè quæſita, anxiè & non ſine curis tenentur. b A patre ceu maioribus. Πατρῷ᾽ ἔχειν δεῖ τὰ καλῶς εὐδαίμονα. *Paterna rura bobus exercet ſuis.* vide & Senec. de beatâ vitâ c. 23. c Qui ſemina reddit cum largo fœnore, qui ſpem non ementitur. d Officia togata, vrbana, clientum, ambitus, &c. nulla. ep. 51. infra e. e Conuictores faciles & iucundi. f Cibus parabilis, nec mari, terra & aëre exquiſitus, gula non irritata. τὰ μὴ πειθόντα τοὺς μὴ πεινῶντας ἐσθίειν, καὶ τοὺς μὴ διψῶντας πίνειν. Xenoph. ἀπομν. α. g *O quid ſolutis eſt beatius curis!* Catull. h Tori ſocia, vxor. i Somnus facilis, ſuauis, breuis. k Mortis non libido, non fuga. Sen. epiſt. 24. 70. 78. de beata vita. c. 5. &c.

Parat

¶ Parat conuiuium. XLVIII.

[a] NVnciat octauam Phariæ sua turba iuuencæ,
Et [b] pilata [c] redit, iamque subitque cohors.
Temperat [d] hic thermas, nimios [e] prior hora vapores
Halat, & immodico sexta [f] Nerone calet.
[g] Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, venitis?
Septem [h] sigma capit, sex * sumus, adde Lupum.
[i] Exoneraturas ventrem mihi villica maluas
Attulit, & varias, quas habet hortus, opes.
In quibus est lactuca [k] sedens, & [l] sectile porrum:
Nec deest [m] ructatrix mentha, nec [n] herba salax.
[o] Secta coronabunt * rutatos [o] oua lacertos,
[p] Et madidum thynni de sale sumen erit.
[q] Paruus onyx vna ponetur cœnula mensa,
Hœdus [r] inhumani raptus ab ore lupi.
Et, quæ non egeant ferro [s] structoris, [t] ofellæ,
Et [u] faba fabrorum, [x] prototomique rudes.
Pullus ad hæc [y] cœnisque tribus iam perna superstes
Addetur: saturis mitia poma dabo.
De [z] Nomentana vinum sine fœce lagena,
[1] Quæ bis Frontino consule prima fuit.
Accedent sine felle ioci, [2] nec mâne timenda
Libertas, & nil quod tacuisse velis.
[3] De Prasino conuiua meus, Venetoque loquatur:
Nec facient quemquam pocula nostra reum.

a Isidis sacerdotes reuersi ab indagatione filij amissi (quam quotidie repræsentabant) indicant testanturq; esse horam octauam. i. secundam à meridie.
b Armata gladijs & cultris, quibus sibi brachia & humeros sauciabant. Emendat. Ios. Scal. ad Tibull. 1 l. *Atque pilata redit*. i. depilati, calui sacerdotes Isidis. Alij leg. *Et pileata red.*
c Ad templum Deæ Isidis in campo Martio.
d Al. *hæc*. i. hora octaua.
e Septima, . i. prima pomeridiana, octauâ prior.
f Neronianis thermis. ep. 33 l 7.
g Amici & conuiuæ poëtæ.
* *Sex enim conuiuium Cum rege iustum; si super, conuicium est.* Auson. Ephemer. & A Gellius. l. 13. c. 11. vide & Rosinum antiqu. Rom. l. 5. c. 28.
h Lectus ad mensam accommodatus, qui referebat imaginem Græcorum Σ, quod olim formabatur vt Latinũ C. vid. ep. 87. l. 14 Brodæus mensã interpretatur, cui cont. Lips. astipulatur Sauaro ad Sidoniũ. l. 2. epi. 2. e. vide & Stuckium Antiquitatum conuiu. l. 2. c. 34. & Rosinum. c. 28. l. 5. Rom. antiquitat.
i Ep. 88. l. 3. k Sessilis. 47. ep. l. 3. de qua Athenæus l. 2. c. 27. l Ep. 47. l. 3. i. m Quæ ructus ciet. Al. *stupratrix*. Al. *Nec destupratrix mentha, sed h. i.* ἀτιδείῳ, frugiperda, quæ semen destruit. n Eruca, qua salaci appellatâ vt & bulbis interdicit Ouid. 2. Remed. o Ep. 79. l. 5. e. * Rutâ cõditos. p Papillæ suis primiparæ salso thynni liquore imbutæ. ep. 56. l. 13. q Lege *Paruus in his vnâ* i. inter hæc vel vnâ cum his apponetur hœdulus. r Quem lupo raptori obnoxium nos nostrũ faciemus. s Carptoris. vide quæ ad 11 sat. Iuuen. 136. v. t Partes carnium. u Herba qua faba condita *fabrilis* dicebatur. Colum. *quique fabis habilis fabrilia miscet*. x Caules qui primi succiduntur. l. 14. ep. 101. y Quartæ huic cœnæ inseruiens. z Ep. 106. l. 1. b. 1 Qua vinum conditum erat priore consulatu Frontini iterum Cos. 2 Libertas loquendi, cuius nos non pœniteat proximo mâne, vel propter difficilem aliquem conuiuam vel qui dicta foris eliminet, reumque faciat. 3 De factionibus aurigatorum, & studijs Principis & populi. periculosum autem erat sub Nerone, Vitellio & Domitiano ijs fauere, à quibus alieni principes. Prasinæ autem & Venetæ maxime fauebant.

In Cottam. XLIX.

[a] CVm * potes [b] amethystinos [c] trientes,
Et nigro * madeas [d] Opimiano:
Propinas [e] modò conditum Sabinum,

* Bibas vinum nobile.
a Vide geminum huic ep. 86. l. 4.
b Scyphos gemmis ornatos vel vitreos pellucidos instar amethysti. vel respicit ad colorem vini. c Ep. 107. l. 1. d. d Ep. 27. l. 1. e. e Quod tamen ante annum sextum non est potabile.

Et dicis mihi Cotta, *vis in auro?*
Quisquam [f] plumbea vina vult in auro?

f Pessima & vilissima, vt inter metalla plumbum, aureo poculo indigna.

De Scorpo. L.

a FRangat [b] Idumæas tristis * Victoria [c] palmas:
[d] Plange * Fauor sæua pectora nuda manu.
[e] Mutet * Honor cultus, & iniquis [f] munera flammis:
[f] Mitte coronatas Gloria mœsta comas.
Heu facinus! [g] prima fraudatus, Scorpe, iuuenta
Occidis, & [h] nigros tam citò iungis equos.
i Curribus illa tuis semper properata, breuisque
Cur fuit & vitæ tam propè meta tuæ?

* Incitat ad luctus numina quondam Scorpo nobilissi. aurigatori fauentia Victoriam, Fauorem, Honorem, Gloriam.
a Respicit ad publicum luctum, quo *Consul init fractis mœrentem fascibus vrbem*. Ouid. ad Liuiam.
b Idume extrema Iudeæ pars, palmæ ferax. *Arbusto palmarum diues Idume.* Lucan. c Signum victoriæ in certaminibus donabatur palma, quòd depressa ea arbor non cedat, sed aduersus pondus renitatur ac resurgat. Arist. probl. Plutarch. Sympos. d Qui solebas plaudere, plausum in planctum conuerte. e Respicit morem publici luctus, quo patres Rom. depositis quæ ad ornatum & ἐυημερίας insignia pertinebant, atrati, sordidati, pullatique incedebant. f Quæ munera rogo imponantur vide Sueton. Iul. c. 84. Dion. August. Et de more lausandi crines in funere vide quæ nos ad Senecæ Hippol. v. 1176. g Anno ætatis 27. infra ep. 53. h Pro Albis quibus victor vehebaris, jam veheris Plutonijs equis, infernis, nigris. siquidem affectus & studia in morte & apud inferos manere fingunt poëtæ. i Vt semper victoriæ, ita & vitæ metam attingere properabas.

Ad Faustinum. LI.

a SIdera iam Tyrius Phryxeï respicit agni
Taurus, & alternum Castora fugit hiems.
Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbos:
[b] Ismarium pellex Attica plorat Ityn.
[c] Quos, Faustine, dies, qualem tibi Roma Rauennam
Abstulit! ô [d] soles, ô [e] tunicata quies!
O nemus, ô fontes, solidumque madentis arenæ
Litus, & [f] æquoreis splendidus Anxur aquis,
Et [g] non vnius spectator lectulus vndæ,
Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris!
[h] Sed nec [i] Marcelli, [k] Pompeianumque, nec illic
Sunt [l] triplices thermæ, nec [m] fora iuncta quater:
Nec [n] Capitolini summum penetrale tonantis,
[o] Quæque nitent cœlo proxima templa suo.
Dicere te lassum quoties ego credo [p] Quirino.
[q] Quæ tua sunt, tibi habe: [r] quæ mea, redde mihi.

a Signa verna fugarunt hyemem. Taurus cui adsignatur Aprilis respicit Arietem præeuntem mense Martio, Geminis insecutis mense Maio. de Ioue tauro Europam è Tyro in Cretam vehente, de Phryxi ariete & Geminis, vide Mythol. & quæ nos ad Senec. Hip. v. 302. Troad. 1032. v. & Thyest. 851.
b Philomela ver nunciat. fabulam vide apud Ouid. Metam. l. 6. Ismaros mons est Thraciæ.
c Quas delicias, quibus Rauennæ rusticatus frui poteras, tibi auferunt curæ & negotia vrbana?
d Dies clari, iucundi, liberi. *Fulsere quondam candidi tibi soles.* Catullus. e Ab officijs & seruitijs togatorum libera. rusticati quippe & in municipijs agentes togam rarò induebant. ep. 50. l. 1. a. ep. 47. supra. d. Iuuen. sat. 3. v. 171. Cic. in Rull. Plin. 7. l. 3. epist. f Ep. 1. l. 5. i. k. g Ex ipso lectulo prospicere licet hinc paludem, illinc mare. h Sed obijciet quispiam fortasse, non esse hîc vt Romæ, theatra, balnea, templa. i Theatrum Marcelli filij Octauiæ sororis Augusti ab Augusto extructum. k Theatrum Pompeij. l Triplices cellæ in balneis; caldariæ, tepidariæ, frigidariæ. *vel*, thermæ Agrippinæ, Titianæ, Neronianæ. ep. 36. l. 3. & 2. l. 48 ep. m Supra, ep. 28. d. n Capitolium. o Templum Flauiæ genti excitatum à Domitiano. ep. 2. & 4. p Romulo ac Romæ. q Honores tuos cum curis. è formula diuortij. ep. 41. c. supra. r Villam meam, rusticum otium.

De spadone. LII.

THelin viderat in toga [a] spadonem,
[b] Damnatam Numa dixit esse mœcham.

a Mollem & effœminatum.
b Adulterij enim damnatæ non nisi togatæ in publicum prodibant, ep. 39. l. 2.

Epitaphium Scorpi. LIII.

[c] ILle ego sum Scorpus, clamosi gloria circi,
Plausus, Roma, tui, deliciæque [d] breues:
[d] Inuida quem Lachesis raptum [e] trieteride nona,
[f] Dum numerat palmas, credidit esse senem.

c Ep. 50. supra.
d Prærept. morte immaturâ.
e Annos natum 27. vide ep. 38. l. 6. b.

f Propter victoriarum Circensium numerum posset Scorpus videri senex.

In Olum. LIV.

MEnsas, Ole, bonas ponis: sed ponis [g] opertas.
Ridiculum est. possum [h] sic ego habere bonas,

g E quibus tamen aperiebat Olus quas vellet.
h Apponendo opertas. Sed vacuas, quas aperire non licet.

In Marullam. LV.

ARrectum quoties Marulla penem
Pensauit digitis, diuque mensa est:
Libras, [i] scrupula, [k] sextulasque dicit.
Idem post opus, & suas [l] palæstras,
Loro cùm similis iacet remissus:
Quanto sit leuior Marulla dicit.
Non ergo est manus ista, [m] sed statera.

i Vide ep. 89. l. 5 c.
k Sextas vnciæ partes. Budæus de asse. l. 1.
l τὴν κλινοπάλην.
m Quæ tam accuratè pensat ponderatque.

In Gallum. LVI.

TOtis, Galle, iubes tibi [a] me seruire diebus,
Et per [b] Auentinum ter quater ire [b] tuum.
[c] Eximit, aut reficit dentem Cassellius ægrum:
[d] Infestos oculis vris Higine pilos.
[e] Non secat, & tollit stillantem Fannius vuam:
Tristia [f] saxorum stigmata delet Heros.
[g] Enterocelarum fertur [h] Podalirius Hermes:
[i] Qui sanet ruptos, dic mihi Galle, quis est?

a Functum munere clientis. salutando, deducendo, comitando, sequendo, &c.
b Collem Auentinum in quo ædes tuæ.
c Morbis cæteris statuuntur medici & remedia: sed sterili huic officio meo, nullus medicus, remedium nullum, vti dentium dolori, &c.

d Vbi palpebrarum pili oculos lædunt. Celsus 7. l. 7. c. e Absque sectione F. curat deiectam vuam, tuberculum in faucibus. Cels. l. 5. c. 14. f Melius, qui legunt *seruorum*, sic enim de Cinnami arte delendorum stigmatum, ep. 64. l. 6. s. & t. g Herniatum, vbi intestina in scrotum delabuntur. h Chirurgus, medicus. Podalirius autem & Machaon filij fuerunt AEsculapij medici. i Ab Herniæ curatore descendit ad quærendum de curâ rupturæ, non ramicis, sed togæ, calceorum, corporis detriti officijs, quæ nemo patronorum resarciat compensetue.

Ad Sextum. LVII.

[k] ARgenti libram mittebas: facta selibra est,
Sed piperis.[l] tanti non emo, Sexte, piper.

k Vide ep.71.l.8.
l Librâ argenti mihi mitti solitâ.

Ad Frontinum. LVIII.

* ANxuris [a] æquoreï placidos, Frontine, recessus,
Et propius Baias, [b] litoreamque domum,
[c] Et quod inhumanæ [d] Cancro feruente cicadæ
Non nouere nemus, [e] flumineosque lacus,
* Dum colui; [f] doctas tecum celebrare vacabat
Pieridas, nunc nos maxima Roma [g] terit.
Hîc mihi quando dies meus est? iactamur in [h] alto
Vrbis, & in sterili vita labore perit.
Dura suburbani dum iugera [i] pascimus agri,
[k] Vicinosque tibi, sancte Quirine, Lares.
Sed non solus amat, qui nocte, dieque frequentat
Limina,[l] nec vatem talia damna decent.
Per veneranda mihi Musarum sacra, per omnes
Iuro deos,[m] & non officiosus amo.

* Ordo est: Dum colui Anxur, Baias, Rheg. &c.
a Ep.51. supra.l.& ep.1.l.5.i.
b Centum cellas, vel palatia Baijs ad mare extructa.
c Et nemus quod cicadæ non nouere. i. Rheginum, in quo (teste Plinio l.11.c.27.) silent cicadæ.
d Mense Iulio, vbi Sol in Cancro feruet.
e Alicem amnem in Locris, vltra quem canunt cicadæ.
f Musis & carminibus vacabam.
g Officijs vrbanis. ep.56. supra. a & i.
h Monte Quirinali, edito & frequenti. vbi Martialis habitauit. vel *Metaph.* in altis vrbis fluctibus, officiorum sc. curarum, turbarum, &c. Alij villam hanc Martialis in Ianiculo fuisse volunt, confunduntque cum horto ceu suburbano Iulij Martialis 7.l. 16.ep. i Stercoratione, culturâ, repastinatione. ep.96 infra.c. k Ergô in Quirinali, vt modò, nota h. l Ep.71.l.1.l. m Amo te, etiamsi non ceremonijs amorem vsque pra me feram.

In delicatum lectorem. LIX.

[a] COnsumpta est vno si lemmate pagina, transis,
Et breuiora tibi, non meliora placent.
Diues, & ex omni posita est instructa macello
Cœna tibi, sed te [b] mattya sola iuuant.
[c] Non opus est nobis nimium lectore guloso.
Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

a Si vnum epigramma tam longum sit, vt paginam totam impleat. *Lemma* autem est titulus & inscriptio epigrammatis.
b Cupediæ & dulciaria. Athenæo l.14.c.23. maza. *mactea* ceu *mattya* Turneb. c.6.l.22. c Nolo lectorem qui iocorum & acuminum cupedijs saturari velit, sed qui solida expectat carmina & grauia, quasi caput conuiuij. Alij leg. *pene* & intelligunt caudam ceu finem. non placet.

De Munna. LX.

IVra trium petijt à Cæsare discipulorum,
Assuetus semper Munna docere duos.

In miserum literatorem, qui cùm nón haberet 3. discipulos. petijt à Cæsare ius trium discipulorum. Iocus petitus à iure trium liberorum, de quo, ep.91.& 92.l.2.

Epitaphium Erotij. LXI.

[a] HIc [b] festinata requiescit Erotion vmbra,
Crimine quam fati [c] sexta peremit hiems.

a Vide ep.35.& 38.l.5. vnde huic lux.
b Immaturâ, præproperâ.
c Ep.35.l.5.c,

Quisquis eris nostri post me [d] regnator agelli,
[e] Manibus exiguis [f] annua iusta dato.
[g] Sic Lare perpetuo, sic turba sospite solus
Flebilis in terra sit lapis iste tua.

d Dominus agri huius post discessum meum in patriam, seu mortem. e Vmbræ Erotij. f Anniuersaria sacra, feralia, parentalia, ad sepulchrum. g Sic facienti precor tibi domum cum familiâ incolumem, nec habeas alium quempiam e tuis quem fleas. sic ep. 28. l. 6. h.

Ad magistrum ludi. LXII.

LVdi magister parce simplici turbæ:
[a] Sic te frequentes audiant capillati,
[b] Et delicatæ diligat chorus mensæ:
Nec [c] calculator, nec [d] notarius velox
Maiore quisquam [e] circulo coronetur.
Albæ [f] leone flammeo calent luces,
Tostamque feruens Iulius coquit messem.
Scuticaque loris horridis [g] Scythæ pellis,
Qua vapulauit Marsyas [h] Celænæus,
Ferulæque tristes sceptra pædagogorum,
[i] Cessent, & Idus dormiant in Octobris:
Æstate pueri si valent, satis discunt.

a Sic multos habeas discipulos ingenuos, nobiles, cirratos. vide ep. 57 l. 3. nota 8. b Et ameris à discipulis tuis qui coronâ cingentes mensam tibi assident. Lips. 1. l. 5. epist. quæst. legit *chorus musæ*. & exponit pueros deditos musis. c Qui rationes computandi per calculos & Arithmeticam docet. d Qui docet literis seu notis excipere dicta alterius. ep. 208. l. 14. e Coronâ discipulorum. f Ep. 57. l. 4. e. f. g. & ep 72. l. 5. b. g Scythicæ pellis. respicit autem fab. Marsyæ ab Apolline victi traditique Scythæ, vt scuticâ male mulctatus exueretur pelle. h Ad Celænas oppidum Phrygiæ, vbi certauit Marsyas cum Apolline. i Vsque dum deferbuerit æstatis calor, deferbeat scuticæ ferulæque sæuitia.

Epitaphium nobilis matronæ. LXIII.

[a] MArmora parua quidem, sed non cessura viator
[b] Mausoli saxis, [c] Pyrami dumque leges.
[d] Bis mea Romano spectata est [e] vita Terento,
[f] Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinque dedit pueros, totidem mihi [g] Iuno puellas:
[h] Clauserunt omnes lumina nostra manus.
Contigit & thalami mihi gloria rara, [i] fuitque
Vna pudicitiæ mentula nota meæ.

a Tumulum marmoreum. b Lib. spect. 1. ep. m. c Lib. spect. 1. ep. b. d Ludi seculares pestilitatis auertendæ gratiâ instituti vt creditur à Val. Publicolâ, celebrabantur centesimo quoquo anno; cæsis atro boue Diti, concolori iuuencâ Proserpinæ ad aram Ditis in Tarento in campo Martio. spectabatur itaque hæc matrona secundis secularibus. Neque enim carminis huius laude & miraculo dignum fuisset matrona hæc secularibus Claudij & Domitiani, inter quos interfuerunt anni 41. (vide Sueton. Claud c. 21.) vt hunc locum exponunt Ang. Politianus, Beroaldus, Heraldus & Raderus. e Lipsius legit *vitta*. 26. Epist. 3. centur. f Et vita mihi permansit syncerè felix ad exitum vsque. g Quæ præsidet puerperijs, Lucina. h Omnes illi mihi morienti superstites clauserunt oculos, quod erat maximè propinquorum officium. i Vnici mariti fui coniunx.

Ad Pollam. LXIV.

COntigeris [a] regina meos si [b] Polla libellos,
Non tetrica nostros excipe fronte iocos.

a Diues, nobilis. b Vxor Lucani vide ep. 20. & 22. l. 7.

c Ille tuus vates d Heliconis gloria nostri,
Pieria caneret cùm e fera bella tuba,
f Non tamen erubuit lasciuo dicere versu,
Si nec pædicor, Cotta, quid hîc facio?

c Lucanus.
d Poëseos Latinæ decus.
e Ciuilia inter Cæsarem & Pompeium.
f Scripsit etiam lasciua carmina & epigrammata.

❡ *In Carmenionem.* LXV.

CVm te a municipem Corinthiorum
Iactes Carmenion, b negante nullo,
c Cur frater tibi dicor ex Iberis,
Et Celtis genitus, Tagique ciuis?
An vultu similes videmur esse?
Tu flexa nitidus coma vagaris:
d Hispanis ego contumax capillis.
Leuis e dropace tu quotidiano:
Hirsutis ego cruribus, genisque.
Os blæsum tibi, debilisque lingua est:
* Nobis filia fortiùs loquetur.
Tam dispar aquilæ columba non est,
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Quare desine me vocare fratrem,
Ne te Carmenion vocem f sororem.

a Ciuem Corinthium de iure municipum vide A. Gell. l. 16. c. 13. & Rosinum, l. 10. c. 22.
b Molles enim & improbi mores tui hoc loquuntur.
c Cur me Bilbilitanum ex Celtiberia appellas fratrem tuum?
d Horridus, incultus. *vnus decapillatis cuniculosæ Celtiberiæ, &c.* Catull.
e Ep. 29. l. 2. g.
* Filia mea habet vocem magis virilem quam tu.
f Mollem & effœminatum. *Vel* amasium. sororum enim nomine amicas designabant antiqui. vide ep. 4. l. 2.

De Theopompo. LXVI.

QVis, rogo, tam durus, quis tam fuit ille superbus,
Qui iussit fieri a te Theopompe cocum?
Hanc aliquis faciem nigra violare culina
Sustinet? has b vncto polluit b vngue comas?
c Quis potius cyathos, aut quis crystalla tenebit?
Qua sapient melius mixta Falerna manu?
Si tam d sidereos manet e exitus iste ministros,
Iupiter vtatur iam Ganymede coco.

a Emphaticè. Te tam eximiè formosum.
b Manu vnctâ greasie. alij leg. *vncto poll. igne* i. nidore.
c Quis esset magis idoneus minister miscendis poculis?
d Pulchros, & cœlitum conuiuio dignos.
e Culina.

❡ *Epitaphium vetulæ.* LXVII.

PYrrhæ filia, Nestoris nouerca,
Quam vidit Niobe puella canam,
Laërtes auiam senex vocauit,
Nutricem Priamus, socrum Thyestes,
Iam b cornicibus omnibus superstes
Hoc tandem sita c prurit in sepulchro
Caluo Ploria cum Melanthione.

a Vide ep. 39. supra. *Hyperbolicè omnia.*
b Quæ longæuæ sunt. *Cornici nouem ætates nostras tribuit Hesiodus.* Plin. 7. l. 48. e.
c Libidinosam anum fingit etiam sepultam prurire.

In

In Læliam. LXVIII.

a CVm tibi nó Ephesus, nec sit Rhodus, aut Mitylene,
Sed domus in vico Lælia patricio,
b Deque coloratis numquam lita mater Etruscis,
Durus c Aricina de regione pater,
d Ζωὴ καὶ ψυχὴ lasciuum congeris vsque,
Prô pudor! e Hersiliæ ciuis, & Egeriæ.
Lectulus has voces, nec lectulus audiat omnis;
Sed quem lasciuo strauit amica viro.
Scire cupis quo casta modo matrona loquaris.
Numquid cùm f crissas, blandior esse potes?
Tu licet ediscas totam, referasque g Corinthon,
h Non tamen omnino, Lælia, Thais eris.

a Cùm non sis ex aliquâ insula vel parte Græciæ oriunda, sed mediâ nata Româ, vide 6. sat. Iuuen. à versu 186. vnde huic lux & fortassis ingenium.
b Et mater tua ex Etruriâ, nunquam fucata, immò sole offuscata.
c Aricia oppidum Latij, ad cuius cliuum sedebant mendici.
d Vide 195. vers. 6. sat. Iuuenal. & quæ nos ad illum.
e Tu Romana. Hersilia autem Romulo cessit coniux è Sabinis raptis vna. De Egeria, supra ep. 35. e.
f κιγκλίζειν, quod in maribus *cenere* dicitur.
g Linguam græcam, vel magis propriè blanditias & sermones nequam Corinthi, vnde Laïs.
h Nunquam tamen ex deformi & blandâ Læliâ fies pulchra & elegans Laïs.

De Polla. LXIX.

i CVstodes das Polla viro, * nec accipis k ipsa.
Hoc est vxorem l ducere, Polla, virum.

i Ep. 54. l. 2.
* *Non.*
k Quæ tamen versaris cum cinædis, &c. supra ep. 40.
l Exercere imperium in virum, perinde ac si vxor *duxisset* maritum, quæ tamen propriè dicitur *nubere* marito. ep. 12. l. 8.

Ad Potitum. LXX.

QVòd mihi vix vnus toto liber exeat anno,
Desidiæ tibi sum, docte Potite, reus.
Iustius at quanto mirere, quòd exeat vnus,
Labantur toti cùm mihi sæpe dies.
a Nunc resalutanteis video nocturnus amicos:
b Gratulor & multis; nemo, Potite, c mihi.
Nunc d ad luciferam signat mea gemma Dianam:
Nunc me e prima sibi, nunc sibi f quincta rapit.
Nunc g consul, prætorve tenet, h reducesque choreæ:
Auditur toto sæpe i poëta die.
Sed nec k caussidico possis impunè negare,
Nec si te k rhetor, k grammaticusve rogent:
l Balnea post decimam lasso, centumque petuntur
Quadrantes. fiet quando, Potite, liber?

a Vesperi resalutant discedentem patroni, mihique *Vale* dicunt, quibus ego manè *Aue*.
b Nuptias, liberos natos, hereditates, honores, &c.
c Nihil eiusmodi adepto.
d Rogatus annuli mei gemmâ signo testamenta ceu tabellas alias in monte Auentino vbi Lucina parturientium præses colitur.
e Salutationum hora. ep. 8. l. 4. b.
f Occupationes, quarum quinta est hora, ep. 8. l. 4. d.
g Iudicia & caussæ forenses quibus præsunt Coss. & Prætor.
h Reducentiumne patronos? An sacerdotum Isidis, vt supra ep. 48. a? An histrionum vel saltatriculatum?
i Recitans nouum suum carmen.
k Namque & oratores recitabant. Plin. 5. l. 3. epist. vt & Rhetores & Grammatici.
l Cùm itaque per has occupationes seró & post horam statutam lauem cœnemque acceptâ sportulâ, quis quæso locus libro componendo?

De Rabirio. LXXI.

QVisquis læta tuis,& sera parentibus optas
Fata,breuem titulum marmoris huius ama.
Condidit hac caras tellure [a] Rabirius [b] vmbras:
Nulli sorte iacent [c] candidiore senes.
[d] Bis sex lustra tori,nox [e] mitis,& vltima clusit,
Arserunt vno funera bina rogo.
Hos tamen,[f] vt primis raptos sibi quærit in annis,
Improbius nihil [g] his fletibus esse potest.

a Ep.55.l.7.
b Vtriusque parentis sui.
c Feliciore.
d Annos 60.
e Qua vterque miti & maturo fato defunctus est.
f Sic ep.39.l.7.f.quod vide.
g Quibus prosequitur parentes longâ feliciqué vitâ functos,iamque maturo letho defunctos.non itaque tantum flendos.

Adulatorium. LXXII.

FRustra blandiciæ venitis ad me
[a] Attritis miserabiles labellis:
[b] Dicturus dominum,deumque non sum.
Iam non est locus hac in vrbe vobis:
* Ad Parthos procul ite [c] pileatos,
Et turpes humilesque supplicesque
[d] Pictorum [e] sola * basiate regum.
Non est hic dominus,sed imperator,
Sed iustissimus omnium senator:
Per quem de Stygia domo reducta est
[f] Siccis rustica Veritas capillis.
Hoc sub principe,si sapis,caueto,
Verbis,Roma,[g] prioribus loquaris.

a Blanditijsne,an adoratione?
b Non blanditurus Traiano vt Domitiano quondam.vide ep.8.l.5.b.
* Parthi enim seruiliter regem adorant,pedes illius osculati.
c Cum ceteræ gentes pileis rarò vterentur,Parthi & Persæ gestabant mitras tiaras,cydares,ceu pileos turbinatos,vt hodie Turcæ.
d Pictâ veste ceu soccis pictis vtentium.
e Soleas,calceos,soccos.ep.75.l.9.b. f Inunctis & delibutis. g Seruilibus, adulatoribus, quibus nuper sibi placebat Domitianus.quæ tamen non feret Traianus.

Ad Marcum. LXXIII.

[a] LItera facundi gratum mihi pignus amici
Pertulit,Ausoniæ dona seuera togæ:
Qua non Fabricius,sed vellet Apicius vti,
Vellet Mæcenas Cæsarianus eques.
Vilior hæc nobis alio mittente fuisset:
[b] Non quacumque manu victima cæsa [b] litat.
A te missa venit possem nisi munus amare
Marce tuum: poteram [c] nomen amare meum.
Munere sed plus est,& nomine gratius ipso,
Officium docti,iudiciumque viri.

a M. Antonius Tolosanus de quo ep.13.l.9.& 32.ep.l.10.&c.misit mihi literas & togam elegantiorem quam qua vti vellet Fabricius continens ille paupertatis cultor,immo qualem gestare voluisset luxuriosus Apicius & ipse tener ac mollis Mæcenas. sic Iuuen. 12.sat. *vestem Purpuream teneris quoque Mæcenatibus aptam.*
b Non exsacrificat non impetrat.ita donum ab omni missum æquè non placet. c *Marci*,quod mihi tecum commune.

¶ *Ad Romam.* LXXIV.

IAm parce lasso, Roma, gratulatori,
Lasso clienti: quandiu salutator
Anteambulones, & togatulos inter
[a] Centum merebor plumbeos die toto,
Cum [b] Scorpus [c] vna quindecim graues hora
[d] Feruentis auri victor afferat saccos:
Non ego meorum præmium libellorum,
(Quid enim merentur?) Apulos velim campos.
Non Hybla, non me spicifer capit Nilus,
Nec quæ paludes delicata Pontinas
Ex arce cliui spectat vua Setini.
Quid concupiscam quæris ergo? [f] dormire.

a Sportulam, centum quadrantes, nostræ monetæ 18.d.ob.q. sed de plumbeis, vide ep.100.l.1.h.
b Auriga, de quo suprà, ep.50.53.& sæpe aliàs.
c Victoribus aurigis postulabantur aurei per circum. Buleng. de Circo.34.c.& vide quæ nos ad sat.7. Iuuenalis vers. vlt.
d Radiantis colore rutilo.
e Non posco armenta gregesque in campis Apuliæ, non Hyblæ Siculæ mellificia, non fruges fertilis AEgypti, non vineas Setiæ quæ monte sita despectat paludem Pontinam. f Sortem tenuem & modicam, vnde quietus agam & vacem tandem ab his officijs atque molestijs vrbanis.

—*De Galla.* LXXV.

MIllia viginti quondam me Galla poposcit,
Et, fateor, [a] magni non erat illa nimis.
Annus abit: bis quina dabis sestertia, dixit.
[b] Poscere plus visa est, quàm priùs, illa mihi.
Iam duo poscenti post sextum millia mensem,
Mille dabam nummos; noluit accipere.
Transierant binæ forsan, trinæve Calendæ,
[c] Aureolos vltrò quatuor ipsa petit.
Non dedimus. centum iussit me mittere nummos:
Sed visa est nobis hæc quoque summa grauis.
Sportula [d] nos iunxit quadrantibus arida centum.
Hanc voluit: puero diximus esse datam.
Inferius numquid potuit descendere? fecit.
[e] Dat gratis, vltrò dat mihi Galla: nego.

a Nitebat enim tum flore iuuentæ.
b Minùs quippe formosa est facta, atque hinc grauius visum est pretium.
c Deflorente iam indies formâ & ipsa vilescit, contempta inuicem.
d Habuit nos in officio. i. officio meritus fueram sportulam tenuem. Hanc voluit.
e Ep.56.l.2.b.

¶ *De Mæuio.* LXXVI.

HOc fortuna tibi videtur æquum?
[a] Ciuis non Syriæve, Parthiæve,
Nec de Cappadocis eques * catastis,
Sed de plebe Remi, Numæque verna,
Iucundus, probus, innocens, amicus,
Lingua doctus [b] vtraque, cuius vnum est,
Sed [c] magnum vitium, quòd est poëta,

a Non è seruo Syro, Partho aut Cappadoce ciuis Rom. factus & in equestrem ordinem relatus, sed ingenuus. & verè Romæ natus.
* de Catasta. ep 29.l.6 d.
b Græcâ & Latinâ.
c Paupertatis sc. alumna poësis.

[d] Pullo Mæuius alget in cucullo:
[e] Cocco mulio fulget Incitatus.

d Querela hæc & indignatio ipsius Martialis videtur, sed per modestiam sibi adsciscit nomen Mæuij, mali sc. poëtæ. e Purpureus splendet agaso, ad summum mulio Incitatus, quem tamen tanquam aurigam Scorpo coniungit. l. 11. ep. 1. potest etiam legi, *Cocco mulio fulget Incitati*. equi sc. Caligulæ, de quo Dio in Calig. & Sueton. Cal. c. 55.

De Caro medico. LXXVII.

NEquius à [a] Caro nihil vmquã, Maxime, factũ est,
Quàm quòd febre perit: fecit & [b] ille nefas.
Sæua nocens febris saltem quartana fuisset,
Seruari medico debuit illa suo.

a Medico.
b Legend. *illa*. malè fecit febris quæ leniter & sine cruce sustulit tortorem medicum, cui excruciando non satis fuisset vnius quartanæ (quæ medicorum opprobrium est, & cuius medelam imperitus hic medicus professus videtur) eculeus.

Ad Macrum. LXXVIII.

IBis litoreas [a] Macer Salonas.
Ibit rara fides, amorque recti,
Et secum comitem trahet pudorem,
Semper pauperior redit potestas.
Felix [b] auriferæ colone [b] terræ,
Rectorem [c] vacuo sinu remittes,
Optabisque moras, & exeuntem
[d] Vdo Dalmata gaudio sequêris.
[e] Nos Celtas Macer, & truces Iberos
[f] Cum desiderio tui petemus.
[g] Sed quæcumque tamen feretur illîc
Piscosi calamo Tagi notata,
Macrum pagina nostra nominabit.
Sic inter veteres legar poëtas;
Nec multos mihi præferas priores,
[h] Vno sed tibi sim minor Catullo.

a Macrum hunc Hispaniæ & Dalmatiæ diuersis annis præfuisse volunt, propter *Salonas* quæ Dalmatiæ oppidum est. de præfecturâ eius Dalmatiæ non constat, neque omnia hîc conueniunt, præfuisse illum Hispaniæ summâ cum integritate apparet ep. 100. l. 12. Poteris itaque legere, *Ibis litoreum Macer Salona*, fl. Hisp. iuxta Bilbilim, ep. 50. l. 1. l. & infra e lege *Hunc vdo Celta gaud. seq.*
b Dalmatiæ, teste Plinio l. 33. c. 4. Quòd si de Hispania intelligere malis, quis non audiuit de illius aurifodinis?
c Nihil prædatum è prouincia, imo suarum rerum inaniorem reuersum. d Lacrymis præ desiderio Macri abeuntis effusis prorquêris. supra nota a. e Et ego reuisam Celtiberiam meam — f — In tuam gratiam, *vel* non sine desiderio tui quem habuimus prætorem. g Sed quæcunque carmina scribam ad Tagum. i. in Hispania, sonabunt tuum nomen. h Sic ep. 5. l. 5. b. vide & ep. 71. l. 2.

¶ *De Torquato & Otacilio.* LXXIX.

AD lapidem Torquatus habet [a] prætoria quartũ:
Ad quartum breue rus emit Otacilius.
Torquatus nitidas [b] vario de marmore thermas
Exstruxit: [c] cucumam fecit Otacilius.
Disposuit [d] Daphnona suo Torquatus in agro:
Castaneas centum seuit Otacilius.
Consul Torquatus: [e] vici fuit ille magister,
Nec minor in tanto visus honore sibi.

a Villas magnificas.
b Ep. 42. l. 6. k. l. m. o.
c Balneolum. cucuma. i. vas est ad calefaciendam aquam.
d Lauretum.
e Vici singuli, qui in vrbe 424, habuerunt magistros, quos appellabant Viocuros & Vicomagistros.

f Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic puto Torquatus rumpet Oracilium.

f Ex apologo noto.vide Horat.3.sat.2.l 308.vers. vnde hoc ep.sumptum videtur.

De Erote. LXXX.

a PLorat Eros,quoties maculosæ pocula myrrhæ
Inspicit,aut pueros,nobiliusve b citrum.
Et gemitus imo promit de pectore,quod non
c Tota miser cœnat c septa,seratque domum.
Quàm multi faciunt,quod Eros,sed d lumine sicco!
Pars maior e lacrymas ridet,& e intus habet.

a Quod non habet,vnde hæc omnia emat.quæ licitari gestiebat Mamurra, ep.60.l.9.
b Mensam citream. ep.60. l.9 m.
c Omnia quæ venalia exponuntur in septis.ep. 14. l.2.d.& ep.60.l 9 a & b. d Sed tacitè,oculis non lacrymantibus,absque lacrymis. e Risu ficto coërcet dissimulatque lacrymas,quas intus concepit.Ianus Gulielm. verisimil.3.l.25.c.legit *intus hauet*.i.auet,cupit.

De Phyllide. LXXXI.

CVm duo venissent ad Phyllida mâne fututum,
Et nudam cuperet sumere vterque prior:
Promisit pariter se Phyllis vtrique a daturam,
b Et dedit.ille pedem sustulit,hic tunicam.

a Ep.56.l.2.b.
b Et vtrique se præstitit *Donna* Phyllis ceu Iana gemina, ἅμα πρόσσω ϗ ὀπίσσω λεύσσουσα.

Ad Gallum. LXXXII.

a SI quid nostra tuis adicit vexatio rebus,
Mâne,vel à media nocte b togatus ero,
c Stridentesque feram flatus Aquilonis iniqui,
Et patiar nimbos,excipiamque niues.
Sed si non fias quadrante beatior vno,
Per gemitus nostros,d ingenuasque cruces:
Parce precor,lasso,vanosque remitte labores,
Qui tibi non prosunt,& e mihi,Galle,nocent.

a Si cui tibi vsui & emolimento esse possint officia à me cliente,cui submolesta hæc seruitus.
b Officiosus cliens, qui patronum togatus comitatur.
c Iuuen.sat.5.v 79.
d Seruilia officia, quæ non æquo animo fert ingenuus.
e Sic ep.71.l.1.l.

Ad Marinum. LXXXIII.

a RAros colligis hinc & hinc capillos,
Et latum nitidæ,Marine,caluæ
b Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti c redeunt iubente vento,
Redduntúrque sibi,caputque nudum
Cirris grandibus hinc & inde cingunt.
d Inter Splendophorum,Telesphorumque,
e Cidæ stare putabis Halmyroten.
Vis tu simpliciùs senem fateri?
Vt tandem videaris vnus esse,

a Comas à fronte & temporibus vtrinque reijcis & disponis ad tegendam caluam.
b Caluam,quam ep.50.l.5. c.dixerat *aream*,
c In suum locum defluunt.
d Ita calua tua vtrinque cirrata videtur esse caput calui Halmyrotæ inter capita cirrata duorum puerorum Splendophori & Telesphori.vide caluam Labieni,ep.50.l.5.

e Cidæ nescio cuius filius Halmyrotes vel Telesphorus. Heraldus emendatius legit *Sic adstare ſtu*.

Tonsor

Tonsor iam reliquos metat capillos.
Caluo turpius est nihil [f] comato.

f Caluitiem dissimulante vt comatus videatur.

De Afro, ad Cæcilianum. LXXXIV.

MIraris, quare dormitum non eat Afer?
Accumbat cum [g] qua Cæciliane vides.

g Quàm vetulâ & deformi vxore.

De Ladonte nauta LXXXV.

IAm senior Ladon Tiberinæ nauta carinæ
[a] Proxima dilectis rura parauit aquis.
Quæ cùm sæpe [b] vagus premeret torrentibus vndis
Tibris, & hiberno rumperet arua lacu:
[c] Emeritam puppim, ripa quæ stabat in alta,
Impleuit saxis, [d] opposuitque vadis.
Sic nimias auertit aquas. quis credere posset?
Auxilium domino [e] mersa carina tulit.

a Iuxta Tiberim sibi assuetum dilectumque, rus emit.
b Inundans.
c Quæ cessabat, postquam Ladon à duro nautæ labore emeritus rus hoc emisset.
d Molem ad cohibendum inundationis impetum.
e Quæ alias mergit vectorem.

De Lauro. LXXXVI.

NEmo noua calüit sic inflammatus amica,
Flagrauit quanto Laurus amore pilæ.
Sed [f] qui primus erat lusor, dum florüit ætas;
Nunc postquam desit ludere, prima pila est.

f Qui iuuentutem pilæ ludo clusit, senex iam pannosus est instar pilæ compitalis. vide ep. 43. l. 2. c. f. & eleganter iocatur inquiens, qui *primus erat lusor pilâ* iam factus est *prima pila.*

De natali Restituti. LXXXVII.

[a] OCtobres age [b] sentiat [a] Calendas
Facundi pia Roma Restituti.
[c] Linguis, omnibus & [d] fauete votis.
Natalem colimus, [d] tacete lites.
[e] Absit cereus aridi clientis,
Et vani triplices, breuesque mappæ
Exspectent gelidi iocos Decembris.
[f] Certent muneribus beatiores.
[g] Agrippæ tumidus negotiator
[h] Cadmi municipes ferat lacernas.
[i] Pugnorum reus, [i] ebriæque noctis
Cœnatoria mittat [k] aduocato.

a Qui Restituti dies natalis. ad hunc Rest. Plin. epist. 17. l. 6. & l. 7. epist. 1.
b Aduertat, obseruet, celebret missis muneribus. ep. 64. l. 8.
c Silentio & votis fauete sacris. *formula in sacris solemnis* Brisson. l. 1. form.
d *Rituale verbum.* Rebus diuinis, vt fauerent linguis, imperabatur, vtque litibus & iurgijs abstinerent. Cic. 1. de Diuinat.
e Non mittantur Restituto vilia pauperculorum clientum munera, cerei, pugillares, mappæ. mittantur hæc in Saturnalibus Decemb.
f Ditiores amici & clientes mittant certatim munera pretiosa.
g Qui in Agrippæ porticu, & septis campi Martij superbas & pretiosas merces vendebat.
h Tyrias, purpureas. ep 43. l. 2. g.
i Petulantiæ & vis per ebrietatem noctu cuipiam illatæ. cuiusmodi describit Iuuenalis 3. sat. 278. v.
k Tibi.

Infamata

l Infamata virum puella vicit:
Veros sardonychas sed ipsa tradat.
m Mirator veterum senex auorum
Donec n Phidiaci toreuma cœli.
Venator leporem, colonus hœdum,
Piscator ferat æquorum rapinas.
Si mittit sua quisque, quid poëtam
Missurum tibi Restitute credis? o

l Adulterij rea, quæ te patrono absoluta accusatorem vicit, mittat tibi gemmas, sed non fictitias. sic ep. 60. l. 9. y.
m Qualem se profitebatur Euctus, ep. 6. l. 8.
n Crateras & statuas à Phidia nobili toreute torno ac cœlo affabrè tactas. ep. 13. l. 6. a. *.
o Carmina.

Ad Cottam. LXXXVIII.

OMnes persequeris prætorum, Cotta, locellos,
Accipis & ceras: p officiosus homo es.

p *Ironicè.* imò falsarius & furax, loculos enim & tabulas gestandi officium captas, vt compiles, vt corrumpas.

De statua Iunonis. LXXXIX.

IVno a labor Polyclete tuus, & gloria felix,
b Phidiacæ cuperent quam meruisse manus,
c Ore nitet tanto, quanto superasset in Ida
Iudice conuictas non dubitante deas.
d Iunonem Polyclete d suam nisi e frater amaret,
f Iunonem poterat frater amare f tuam.

d Sororem vxoremque suam. e Iupiter. f Statuam hanc tuam.

a Opus Polycleti insignis statuarij.
b Ep. 13. l. 6. a.
c Si hac formâ fuisset Iuno ipsa in contentione cum Pallade & Venere de pulchritudine, ipsi adiudicasset litem arbiter Paris.

In Ligellam. XC.

QVid a vellis vetulum, Ligella, cunnum?
b Quid busti cineres tui lacessis?
Tales munditiæ decent puellas,
Nam tu iam nec anus potes videri.
Istud, crede mihi, Ligella, bellè
c Non mater facit Hectoris, sed vxor.
Erras, si tibi cunnus hic videtur,
Ad quem mentula pertinere desit.
Quare si pudor est, Ligella, noli
d Barbam vellere mortuo leoni.

a Expilas, vt tenerior iuniorque videare.
b Quid suscitas cineres & sopitos ignes demortuæ & sepultæ libidinis tuæ?
c Non anus vt Hecuba, sed firmæ ætatis mulier vt Andromache.
d Extimulare ad libidinem fœtidum os mortuum. alludit ad prouerb. *tondere leonem, & vellere barbam leoni.* h. e. irritare ad iras. quod periculosæ plenum opus est aleæ. vide ep. 93. l. 6. c. & Annot. Prior. Io. Bapt. Pij. c. 15. vbi ad explicationem huius ep. nimis multa.

De Almone. XCI.

OMnes eunuchos habet Almo, nec arrigit ipse,
Et queritur, pariat quòd sua Polla nihil.

Vide ep. 67. l. 6. & 29. n. & Iuuen. sat. 6. vers. 367.

Ad Marium. XCII.

MAri quietæ cultor,& comes vitæ,
Quo ciue prisca gloriatur [a] Atina:
[b] Has tibi [c] gemellas barbari decus luci
Commendo [c] pinus, [c] ilicesque Faunorum,
Et semidocta villici manu structas
[d] Tonantis aras,[e] horridique Siluani,
Quas [f] tinxit agni sæpe sanguis,& hœdi,
[g] Dominamque sancti virginem deam templi,
Et [h] quem sororis hospitem vides castæ
Martem [i] meaum principem Calendarum,
Et delicatæ laureum nemus Floræ,
In quod Priapo persequente confugit.
Hoc omne agelli mite paruuli numen
Seu tu cruore,siue thure placabis:
[k] Vbicunque noster Martialis est dices,
Hac ecce meum dextera litat vobis
Absens sacerdos; vos putate præsentem;
Et date duobus,quidquid alter optârit.

a Italiæ vrbs antiqua,ex iis vna quæ Turno aduersus AEneam arma fabricauit. Virg.7.AEn. *Atina potens, Tiburque superbum,&c.*
b Rediturus in patriam meam commendo tibi rusculum meum Nomentanum cum dijs & sacris.
c Duas pinus, atque ilices Fauno & dijs agrestibus sacras.
d Iouis.
e Hirsuti,capripedis,cornuti,cui & pinus consecrata.
f *Ritè*.Horat.4.od.1.l. idem.
g Dianam,cui dicatur templum cum luco,vti nemorum reginæ.
h Dianæ frater erat Mars.
i Cuius Calendis mihi prima affulsit lux,natalis sc.meus.24.ep.supra & 9.l.53.ep.
k Dices,Martialis noster vbicunque est,absens tamen meâ hac dextrâ vobis hæc sacra facit.

Ad Clementem. XCIII.

[a] SI prior [b] Euganeas Clemens [c] Helicaonis oras,
Pictaque pampineis videris arua iugis;
Perfer [d] Atestinæ non dum vulgata Sabinæ
Carmina,[e] purpurea sed modò suta toga.
Vt rosa delectat,metitur quæ pollice primo:
Sic noua,nec [f] mento sordida charta iuuat.

a Vt primùm adueneris oras & arua Patauij vineis consita.
b Patauini dicti sunt Euganeï quasi εὐγενεῖς, Henetis sc.& Troianis oriundi.
c Filij Antenoris qui Patauium condidit.malè legitur ab alijs, *Heliconis in oras*.
d Ateste ciuitas Venetorum,vnde Sabina vxor Clementis huius.
e Tecta purpurâ.ep.2.l.3.l.
f Ep.67.l.1.k.

Munusculum pomorum. XCIV.

[a] NOn mea Massylus seruat pomaria serpens,
[b] Regius Alcinoï nec mihi seruit ager:
Sed Nomentana [c] securus germinat hortus
Arbore,nec furem [d] plumbea mala timent.
Hæc igitur,[e] media quæ sunt mihi nata Suburra,
Mittimus [f] Autumni cerea poma mei.

a Non mihi sunt aurea & nobilia mala,quæ custodiat draco vigil Ladon, vt in hortis Hesperidum in Libya,cuius pars Massylia.
b Nec nobilis hortus Alcinoï.ep.64.l.4.f.
c Non timens fures.
d Non aurea, non nobilia.
e Empta Romæ in medio vico,vbi forum pomarium,sic ep.61.l.9.
f Horti & Autumni mei matura poma.

Ad

¶ Ad Gallam. XCV.

INfantem tibi vir,tibi Galla remisit adulter.
Hi puto non dubiè se futuisse negant.

Neuter agnoscit suam esse prolem,vt qui tecum rem non habuerint. Quid ergo? vide ep.5.l.9.tacet sc.Galla, ep.96.l.3.b.

¶ Ad Auitum. XCVI.

SÆpe loquar nimium gentes quòd,Auite,[a] remotas
Miraris,Latia factus in vrbe senex;
[b] Auriferumque Tagum sitiam, patriumq;. Salonem,
Et repetam saturæ sordida thura casæ.
Illa placet tellus,in qua res parua beatum
Me facit,& tenues luxuriantur opes.
[c] Pascitur hîc,ibi pascit ager: tepet [d] igne maligno
Hîc focus,ingenti lumine lucet ibi.
Hic [e] pretiosa fames, [f] conturbatorque macellus,
Mensa ibi diuitijs ruris operta sui.
Quatuor hîc æstate togæ,plurésve teruntur:
Autumnis ibi me quatuor vna tegit.
I,cole nunc reges: quidquid non præstat amicus,
Cùm præstare tibi possit,Auite,locus.

a Hispanas,ad quas anhelare videar cum eas vsque loquar,& tamen Romæ consenescam.
b Patriæ appetam fluuios & agros.ep.50.l.1.n & l.
c Ep.58.supra,i.
d Lignis multo emptis.
e Arida cœna & famelica magno empta pretio.
f In quo decoctis opibus conturbantur rationes. ep.26.l.7.k.Alij leg. *conturbaturque macellus*. Alij *conturbatrixque macelli Mensa,ibi.*

De Numa. XCVII.

[a] DVm leuis arsura struitur [b] Libitina [c] papyro,
Dum [d] myrrham,& casiam flebilis vxor emit:
Iam [e] scrobe,iam [f] lecto,iam [g] pollinctore parato
Heredem scripsit me Numa: conualuit.

a Dum tibi deploratâ iam salutis & vitæ spe parantur quæ ad funera spectant & rogum.
b Ep.43.l.8.d.
c Ep.44.l.8.i. d Aromata rogo inijcienda,& ossibus cineribusque vrnæ datis miscenda.ep.26.sup.a. e Sepulchro,tumulo. f Ferali,quo efferendus erat. g νεκρολάπτης, qui cadauer lauat & vngit.

In Publium. XCVIII.

[a] ADdat cùm mihi Cæcubum minister
[b] Idæo resolutior [b] cinædo,
Quo nec filia cultior,nec vxor,
Nec mater tua,nec soror recumbit:
Vis * spectem potius tuas lacernas,
Et [c] citrum vetus, [c] Indicosque dentes?
* Suspectus tibi ne tamen recumbam,
[d] Præsta de grege,sordidaque villa
Tonsos,horridulos,rudes,pusillos
Hircosi mihi filios subulci.
Perdet te [e] pudor hic: habere Publi
Mores non potes [f] hos,& hos ministros.

a Temperet,effundat.
b Ganymede.ep.43.l.2.e.
* Vide ep.26.l.9.
c Citream mensam, quam eburnei sustinent pedes, ep.43.l.2.i.
d Præsta ministros incultos.
e Quo videri vis atque haberi pudicus.
f Pudicos & castos,quales fingis.

De

De figura Socratis. XCIX.

SI Romana forent hæc Socratis ora, fuissent
Iulius in Satyris qualia Rufus habet.

Si hæc Socratis imago non inscriberetur Græce, sed Romano cultu effingeretur; certè ad viuum exprimeret grauitatem Iulij Rufi qualis deridetur à Satyricis, *vel* qui refert Satyrum, namq; & Socrates fuit naso simo & oculis emissitijs, Sileno haud absimilis, vti describitur à Platone & Xenophonte.

In commiscentem versus operi suo. C.

QVid stulte nostris versibus tuos misces?
Cum [a] litigante quid tibi miser libro?
[b] Quid congregare cum leonibus vulpes,
Aquilisque similes facere noctuas quæris?
[c] Habeas licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte frustrà crure ligneo curres.

a Qui tibi litem intendit, & contra te dicit, *Fur es.* vt ep 54. l. 1. h
b Quid nobilibus, claris, altisque carminibus inseris ignobiles tenebrosos, & claudicantes versus tuos? huiusmodi comparationes in eodem argumento vide ep. 54. & 73. l. 1. c Non magis conuenit carminibus meis cum tuis, quàm si quis haberet alterum pedem pernicissimi cursoris Ladæ, alterum ligneum. Ladæ velocitatem celebrant Pausanias in Corinth. & Arcad. Epigr. 4. Anthol. Iuuen. sat. 13. &c,

De Capitolino. CI.

ELysio redeat si fortè remissus ab agro
Ille suo felix Cæsare Galba vetus,
Qui Capitolinum pariter, Galbamque iocantes
Audierit: dicet, rustice Galba tace.

Si reuiuiscat Galba nobilis ille Cæs. Augusti scurra. ep. 42. l. 1. m. & iocis salibusque cum Capitolino contendat, rusticus videretur & insulsus præ Capitolino.

—— *De Phileno.* CII.

QVa factus ratione sit requiris,
Qui numquam futuit, pater Philenus.
Gaditanus Auite dicat istud:
Qui scribit nihil, & tamen poëta est.

Alienâ operâ hic poëta est, ille pater. An Canius sit hic Gaditanus, de quo ep. 62. l. 1. g. N. L.

Ad Bilbilitanos agros. CIII.

[a] MVnicipes [b] Augusta mihi quos Bilbilis [c] agri
Monte creat, rapidis quos [d] Salo cingit aquis;
Ecquid læta iuuat * vestri vos gloria vatis?
Nam decus & nomen, famaque vestra sumus.
Nec sua plus debet [e] tenui * Verona * Catullo,
Meque velit dici non minus illa suum.
[f] Quatuor accessit trigesima messibus æstas,
Vt sine me Cereri rustica liba datis.

a Ciues.
b Colonia sc. Bilbilis, & in æreo Tiberij nummo inscripta *Augusta*, teste Adelpho Occone in Tiberio. Alij leg. *angusta*.
c Varrerius legit. *acri*. Alij, *alto* vt ep. insequenti, & 50. ep, l. 1. & Sidon. Apollinar. c. 22.
d Ep. 50. l. 1.
* Sic ep 62. l. 1. e Nitido, culto. f Iam per 34 autumnos, quibus vos sacra facitis Cereri, absui à vobis, vixique Romæ, ep. seq. f.

Mœnia

Mœnia dum colimus, g dominæ pulcherrima Romæ,
h Mutauere meas Itala regna comas:
Excipitis reducem placida si mente, venimus:
Aspera si geritis corda, redire licet.

g Ep 4.l 1.b.
h Nigras canis mutauere.

Ad librum. CIV.

I Nostro comes, I libelle a Flacco
Longum per mare, b sed fauentis vndæ,
Et cursu facili, tuisque ventis
Hispanæ pete c Tarraconis arces.
Illinc te d rota tollet, & citatus
Altam Bilbilin, & tuum Salonem
e Quincto forsitan essedo videbis.
Quid mandem tibi quæris? vt sodales
Paucos, & veteres, & ante f brumas
Triginta mihi, quatuorque visos
Ipsa g protinus à via salutes,
Et nostrum admoneas subinde Flaccum,
Iucundos mihi nec laboriosos
Secessus spatio paret salubri,
h Qui pigrum faciant tuum parentem,
i Hæc sunt. iam k tumidus vocat magister,
Castigatque moras, & aura portum
l Laxauit melior. vale libelle:
m Nauem, scis puto, non moratur vnus.

a In Hispaniam ituro.
b Sed placidum mare.
c Vrbis, vnde illa Hispaniæ regio in qua Bilbilis, Tarraconensis dicta.
d Vehiculum.
e Quinti diei itinere ipse vehiculo vectus.
f Ep. proximè præced. f.
g Mox vt adueneris Bilbilin.
h Vbi in ocio consenescat parens tuus. i autor libri, epo. ep. 43. l. 6. h.
i Quæ tibi in Hispaniam meam proficiscenti mandata velim.
k Quem vocant tumidi venti, ipse tumidus & imperiosus vectores.
l Vento secundo soluentibus portu iam laxiore facto nauibus.
m Non licet naui expectare vnum, qui moram trahit, vectorem.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER. XI.

I.

QVo tu, quò liber ociose tendis,
a Cultus sindone non quotidiana?
Numquid b Parthenium videre tentas?
Vadas, & redeas * ineuolutus.
Libros non legit ille, sed c libellos:
d Nec Musis vacat, aut suis vacaret.
Ecquid te satis æstimas beatum,

a Eleganter cultus pumice, minio cedro, velamine purpureo, &c. vt ep. 2. l. 3. & 5. l. 6. ep.
b De quo vide ep. 6. l. 5. & 4. l. ep. 45. Cum vero Parthenius interfectus sit sub initio Neruæ Imp. & prodierit hic liber Traiano Imp. videtur poeta vel rationem temporum in epigrammatum libris non obseruasse, vel inceptum iam viuo Parthenio librum absoluisse atque edidisse mortuo, vel non audiuisse de morte Parthenij. * Non lectus. c Supplicum libellos quos Imperatori a cubiculis exhibet. d Quod si vacaret carminibus, certè vacaret suis pangendis, namque & ipse doctus & poeta, vt ep. 6. l. 5. b. & 12. l. cp. 11.

De figura Socratis. XCIX.

SI Romana forent hæc Socratis ora, fuissent
Iulius in Satyris qualia Rufus habet.

Si hæc Socratis imago non inscriberetur Græce, sed Romano cultu effingeretur; certè ad viuum exprimeret grauitatem Iulij Rufi qualis deridetur à Satyricis, *vel* qui refert Satyrum. namq; & Socrates fuit naso simo & oculis emissitijs, Sileno haud absimilis, vti describitur à Platone & Xenophonte.

In commiscentem versus operi suo. C.

QVid stulte nostris versibus tuos misces?
Cum [a] litigante quid tibi miser libro?
[b] Quid congregare cum leonibus vulpes,
Aquilisque similes facere noctuas quæris?
[c] Habeas licebit alterum pedem Ladæ,
Inepte frustrà crure ligneo curres.

a Qui tibi litem intendit, & contra te dicit, *Fur es.* vt ep 54.l.1..h
b Quid nobilibus, claris, altisque carminibus inseris ignobiles tenebrosos, & claudicantes versus tuos? huiusmodi comparationes in eodem argumento vide ep. 54. & 73.l.1.
c Non magis conuenit carminibus meis cum tuis, quam si quis haberet alterum pedem pernicissimi cursoris Ladæ, alterum ligneum. Ladæ velocitatem celebrant Pausanias in Corinth. & Arcad. Epigr. 4. Anthol. Iuuen. sat. 13. &c,

De Capitolino. CI.

ELysio redeat si fortè remissus ab agro
Ille suo felix Cæsare Galba vetus,
Qui Capitolinum pariter, Galbamque iocantes
Audierit: dicet, rustice Galba tace.

Si reuiuiscat Galba nobilis ille Cæs. Augusti scurra. ep. 42. l. 1. m. & iocis salibusque cum Capitolino contendat, rusticus videretur & insulsus præ Capitolino.

De Phileno. CII.

QVa factus ratione sit requiris,
Qui numquam futuit, pater Philenus.
Gaditanus Auite dicat istud:
Qui scribit nihil, & tamen poëta est.

Alienâ operâ hic poëta est, ille pater. An Canius sit hic Gaditanus, de quo ep. 62. l. 1. g. N. L.

Ad Bilbilitanos agros. CIII.

[a] MVnicipes [b] Augusta mihi quos Bilbilis [c] agri
Monte creat, rapidis quos [d] Salo cingit aquis;
Ecquid læta iuuat * vestri vos gloria vatis?
Nam decus & nomen, famaque vestra sumus.
Nec sua plus debet [e] tenui * Verona * Catullo,
Meque velit dici non minus illa suum.
[f] Quatuor accessit trigesima messibus æstas,
Vt sine me Cereri rustica liba datis.

a Ciues.
b Colonia sc. Bilbilis, & in æreo Tiberij nummo inscripta *Augusta*. teste Adelpho Occone in Tiberio. Alij leg. *angusta*.
c Varrerius legit. *acri*. Alij, *alto* vt ep. insequenti, & 50. ep. l. 1. & Sidon. Apollinar. c. 22.
d Ep. 50. l. 1.
* Sic ep 62. l. 1. e Nitido, culto. f Iam per 34 autumnos, quibus vos sacra facitis Cereri, absui à vobis, vixique Romæ, ep. seq. f.

Mœnia

Mœnia dum colimus, [g] dominæ pulcherrima Romæ,
[h] Mutauere meas Itala regna comas :
Excipitis reducem placida si mente, venimus :
Aspera si geritis corda, redire licet.

g Ep 4.l 1.b.
h Nigras canis mutauere.

Ad librum. CIV.

IN ostro comes, I libelle [a] Flacco
Longum per mare, [b] sed fauentis vndæ,
Et cursu facili, tuisque ventis
Hispanæ pete [c] Tarraconis arces.
Illinc te [d] rota tollet, & citatus
Altam Bilbilin, & tuum Salonem
[e] Quincto forsitan essedo videbis.
Quid mandem tibi quæris ? vt sodales
Paucos, & veteres, & ante [f] brumas
Triginta mihi, quatuorque visos
Ipsa [g] protinus à via salutes,
Et nostrum admoneas subinde Flaccum,
Iucundos mihi nec laboriosos
Secessus spatio paret salubri,
[h] Qui pigrum faciant tuum parentem,
[i] Hæc sunt. iam [k] tumidus vocat magister,
Castigatque moras, & aura portum
[l] Laxauit melior. vale libelle :
[m] Nauem, scis puto, non moratur vnus.

a In Hispaniam ituro.
b Sed placidum mare.
c Vrbis, vnde illa Hispaniæ regio in qua Bilbilis, Tarraconensis dicta.
d Vehiculum.
e Quinti diei itinere ipse vehiculo vectus.
f Ep. proximè præced. f.
g Mox vt adueneris Bilbilin.
h Vbi in ocio consenescat parens tuus. i autor libri, ego. ep. 43. l. 6. h.
i Quæ tibi in Hispaniam meam proficiscenti mandata velim.
k Quem vocant tumidi venti, ipse tumidus & imperiosus vectores.
l Vento secundo soluentibus portu iam laxiore facto nauibus.
m Non licet naui expectare vnum, qui moram trahit, vectorem.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER. XI.

¶ I.

QVo tu, quò liber ociose tendis,
[a] Cultus sindone non quotidiana ?
Numquid [b] Parthenium videre tentas ?
Vadas, & redeas [*] ineuolutus.
Libros non legit ille, sed [c] libellos :
[d] Nec Musis vacat, aut suis vacaret.
Ecquid te satis æstimas beatum,

a Eleganter cultus pumice, minio cedro, velamine purpureo, &c. vt ep. 2. l. 3. & 5. l. 6. ep.
b De quo vide ep. 6. l. 5. & 4. l. ep. 45. Cum vero Parthenius interfectus sit sub initio Neruæ Imp. & prodierit hic liber Traiano Imp. videtur poeta vel rationem temporum in epigrammatum libris non obseruasse, vel inceptum iam viuo Parthenio librum absoluisse atque edidisse mortuo, vel non audiuisse de morte Parthenij. * Non lectus. c Supplicum libellos quos Imperatori a cubiculis exhibet. d Quod si vacaret carminibus, certè vacaret suis pangendis, namque & ipse doctus & poeta, vt ep. 6. l. 5. b. & 12. l. ep. 11.

Contingunt tibi si manus [e] minores ;
[f] Vicini pete porticum Quirini :
Turbam non habet ociosiorem
[g] Pompeius, vel [h] Agenoris puella,
Vel [i] primæ dominus [k] leuis carinæ.
Sunt illîc duo, trésve, qui reuoluant
[l] Nostrarum tineas ineptiarum :
[m] Sed cùm sponsio, fabulæque lassæ
De [n] Scorpo fuerint, & [o] Incitato.

e Plebeiæ, vulgi, nisi: & Palatinorum manibus teri affectes.
f In monte Quirinali habitauit Martialis, ep. 48. l. 10. h. In Quirini autem porticu (quæ in valle Quirini, 2. sat. Iuuen. v. 133.) magnus erat hominum conuentus componendi negotiorum gratiâ.
g Porticus Pōpeiana. ep. 14. l. 2. l.
h Porticus Europæ. dict. ep. b. & p.
i Porticus Argonautarū. ep. dict. e. & ep. 20. e. & l. 3. h. Iason autē primus nauigasse fertur à poëtis.
k Alludit Etymon Argûs ab ἀργὸς, leuis.
l Nugas has meas, carmina hæc mea aliàs tineis & blattis relinquendas escas. *per modestiam sua exteniiat.*
m Et tamen legent hæc non nisi à Circi spectaculis ociosi & lassi, vbi cessarint sponsiones & sermones de factionibus & aurigis.
n Ep. 50. & 53. l. 10.
o Ep. 76. l. 10.

Ad lectores. II.

[a] TRiste supercilium, durique seuera Catonis
Frons, & aratoris [b] filia Fabricij,
Et personati fastus, & [c] regula morum,
[d] Quidquid & in tenebris non sumus, ite foràs.
[e] Clamant ecce mei, Iö Saturnalia, versus,
Et licet, & [f] sub te præside Nerua licet.

a Procul O procul este, facessite hinc, quotquot adestis tristis atque censorij supercilij, grauis tetricæque frontis & compositi vultus.
b Pudica & dura à patre duro.
c Censura, censoria regula, præfectura morum.
d Castitas & luce gaudens pudicitia. Nox enim pudore vacat. Ouid. l. 1. Amo. 6. el.
e In quibus libertas & loquendi licentia. Macrob. Saturn. 1. l. c. 10. 11. pueri autem plaudentes clamabant, *Io Saturnalia.* Dio. l. 58. *Saturnalia optimi dierum.* Catull.
f Quo Imperatore verâ fruimur libertate.

Ad lectores. III.

LEctores tetrici [g] salebrosum ediscite Sanctram :
Nil mihi vobiscum est : iste liber [h] meus est.

g Duris numeris philosophica scribentem consulta, nec molli fluentem carmine.
h Mollis, immò lasciuus, ne dicam impius. infra ep. 16.

¶ *De suis libellis.* IV.

NOn * vrbana mea tantùm [a] Pimpleïde gaudent
* Ocia, nec vacuis auribus ista damus :
Sed meus in [b] Geticis ad Martia signa pruinis
A rigido teritur centurione liber.
Dicitur & nostros cantare Britannia versus.
Quid prodest ? [c] nescit sacculus ista meus.
At quàm [d] victuras poteramus pangere chartas,
Quantaque Pieria [d] prœlia flare tuba ;
[e] Cùm pia reddiderint Augustum numina terris,
Et Mæcenatem si mihi Roma daret !

* Rom. ciues ociosi.
a Carminibus meis, musâ. à fonte Macedoniæ ceu Pieriæ dictâ.
b Duas in Dacos expeditiones suscepit Cæsar. Xiphilin. in Nerua.
c Illi quidem legunt carmina mea, sed ego nihil inde lego nummi.
d Grande epos, & victurum quo bella & gesta Cæsaris canerem.
e Si mihi Roma alterum daret Mæcenatem, vt Dij dederunt Romæ alterum Augustum in Nerua.

¶ Precatur deos pro Nerua Traiano. V.

[a] SAcra,[b] Laresq; Phrygũ, quos[c] Troiæ maluit [c] he-
Quã rapere arsuras [d] Laomedontis opes: (res,
[e] Scriptus es æterno nunc primùm Iupiter auro,
Et [f] soror, & summi [g] filia tota patris:
Et [h] qui * purpureis iam tertia nomina fastis
Iane refers Neruæ, vos precor ore pio:
Hunc omnes seruate ducem, seruate senatum:
Moribus [i] hic viuat principis, [k] ille suis.

a Vittæ, Vestæ ignis ἄσβεστε æterne, &c.
b Minerua, Iupiter, Iuno quos recenset. disticho seq. qui tres aëris regiones referant, vnde & *penates* dicti per quos penitus spiramus. vide Macrob. Saturn. 3. l. 4. c.
c AEneas.
d Troianas à Laomedonte Priami patre. e Effictus, inscriptus, insignitus aureâ imagine. f Iuno. g Minerua ἀμήτωρ, è Iouis cerebro nata. h Iane custos Fastorum in quos referuntur nomina consulum, adeóque Neruæ, qui Imperij anno gessit tertium consulatum cum Virg. Rufo. Iunius de tertio consulatu Vlp. Neruæ Traiani intelligit. * Ep. 26. l. 12. c. i Senatus. k Nerua Imp.

¶ In laudem Neruæ Traiani. VI.

TAnta tibi est recti reuerentia, Cæsar, & æqui,
Quanta Numæ fuerat: [a] sed Numa pauper erat.
Ardua res hæc est, [b] opibus non tradere mores,
Et cùm tot [c] Crœsos viceris, esse [d] Numam.
[e] Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,
Elysium liceat si vacuare nemus:
Te volet inuictus [f] pro libertate [g] Camillus,
Aurum [h] Fabricius te tribuente volet.
Te duce gaudebit [i] Brutus: tibi Sylla [k] cruentus
[l] Imperium tradet, cùm positurus erit.
Et te [m] priuato cum Cæsare Magnus amabit:
Donabit totas & tibi [n] Crassus opes.
Ipse quoque infernis reuocatus Ditis ab vmbris,
Si [o] Cato reddatur, Cæsarianus erit.

a Non itaque tam miranda atque ardua res in paupertate erat pietas & sanctitas.
b Non efferri & corrumpi à diuitijs.
c Diuites reges. Decebalum Dacorum, & Armeniæ Parthiæque reges. Xiphilin. Tra.
d Sanctum, æquum, continentem, qualis fuit Numa secundus Rom. rex.
e Si reuiuiscant ab inferis reuersi antiqui illi clarique Romani.
f Lips. l. 1. Epist. Quæst. 5. legit *pra libertate* q. d. Camillus te principem malit, quàm suam illam libertatem. g Qui Romam à Gallis occupatam Dictator absens creatus liberauit. h Qui continentissimè in paupertate viuens munera sibi à Pyrrho & aurum à Samnitibus missum repudiauit. i Iuniusne qui reges eiecit? an Marcus Brutus vnus è Iulij Cæs. percussoribus? k C. M. hominum deleuerat, senatores 90. consulares 15. equites 260. l Vt quondam dictaturam deposuit, secessitque Puteolos. m Non rerum summam affectante, idque ciuili bello. n Liciniusne Crassus, an Marcus qui perijt apud Parthos? o Qui sibi mortem consciuit Vticæ ne videret Cæsarem: tuâ tamen æquitate adductus à Cæsare stabit.

¶ Ad Romam & Dindymum. VII.

[a] VNctis falciferi senis diebus,
[b] Regnator quibus imperat fritillus,
Versu ludere [c] non laborioso

a Ferijs Saturni falcem gerentis (quòd χρόνος, χρόνος. i. tempus omnia metat) in quibus vnctæ cœnæ. b In quibus impunè regnat alea. ep. 14. l. 4. h. & i. & ep. 85. l. 5. a. c Facili, iocoso.

Permittis, puto, [d] pileata Roma.
[e] Risisti: licet ergo, nec vetamur.
Pallentes procul hinc abite curæ:
Quidquid venerit obuium loquamur,
Morosa sine cogitatione.
Misce dimidios puer [f] trientes,
Quales [g] Pythagoras dabat Neroni:
Misce [h] Dindyme, sed frequentiores,
Possum nil ego sobrius; [i] bibenti
Succurrent mihi quindecim poëtæ.
Da nunc basia, sed [k] Catulliana,
Quæ si tot fuerint, quot ille dixit,
Donabo tibi [l] passerem Catulli.

d In Saturnalibus serui incedebant pileos induti velut domini. e Risu annuere & consentire videris. f Ep. 28. l. 1. b. g Puer è contaminatorum grege, cui nupsit Nero. Tacit. Annal. 15. quem Suetonius 29. c. Neronis, Doriphorum nominat. h Puer, Minister. ep. 42. l. 10. & ep. 84. l. 6. i Calens mero (quod animi educit instrumenta) fundam carmina & exprimam ingenia XV simul poetarum. Exprimit certè AEschylum, Aristophanem, Anacreontem, Ennium, Horatium, &c. quibus vinum erat Hippocrene. lege Antipatri epigr. Ὦ ἑλικῶν Βοιωτέ, &c. 2. lib. Anthol. c. 46. k 5300. ep. 34. l. 6. d. vel infinita. *Namque, quum* inquit *millia multa fecerimus, conturbabimus illa, ne sciamus: Aut ne quis*, &c. Catull. 5. epigr. l Carmen tibi non minus gratum quam Catullianum de passere Lesbiæ. Ang. Politianus obscœnum aliquid per passerem intelligi vult: sed Fr. Floridus asserit simplicem sensum. 1. l. subcis. c. 5.

In Paullam. VIII.

[a] IAm certè [b] stupido non dices, Paulla, marito,
 Ad mœchum quoties longiùs ire voles,
[c] Cæsar in Albanum iussit me mâne venire,
 Cæsar [d] Circeïos. iam [e] stropha talis abit.
[f] Penelopæ licet esse tibi sub principe Nerua;
 Sed prohibet [g] scabies ingeniumque vetus.
Infelix quid ages? ægram simulabis amicam?
 [h] Hærebit dominæ vir comes ipse suæ:
Ibit & ad fratrem tecum, matremque, patremque;
 Quas igitur fraudes ingeniosa paras?
Dicet & [i] hictericam se forsitan altera mœcha
 In [k] Sinüessano velle sedere lacu.
Quanto tu meliùs, quoties placet ire fututum,
 Quæ verum mauis dicere, Paulla, viro.

a Mortuo Domitiano cuius imperium prætexebas adulterijs tuis. b Dolos tuos non sentienti. c Domitianus. d Al. *Circæos.* iussit me modò venire in Circæos. e Dolus, fallacia. a στρέφω. f Castæ. g Inueterata libidinis prurigo. h Maritus tuus te comitabitur. i Ictericam, morbo regio laborantem. Turneb. 8. l. c. 4. legit *hystericam.* i. vteri strangulatione laborantem ab ὑστέρα sic & ep. 72. infra. k Sinuessanæ autem aquæ in Campania fœminarum sterilitati alijsque morbis medebantur. Plin. 31. l. c. 2.

De basijs sui pueri. IX.

[a] LAssa quod externi spirant opobalsama drauci,
 Vltima [b] Corycio quæ cadit aura croco,
[c] Poma quod hiberna maturescentia [d] capsa,
 Arbore quod verna luxuriosus ager,

a Quod olent trita opobalsama delicati pueri ex Asia, Græcia, vel AEgypto. b Ep. 64. l. 3. b. & ep. 39. l. 9. c. c Ep. 64. l. 3. a. d Quæ poma hyeme seruantur.

De

De Pallatinis [e] dominæ quod serica prelis,
Succina virginea quod [f] religata manu.
Amphora quod nigri,[g] sed longè fracta, Falerni,
Quod qui [h] Sicanias detinet hortus apes,
Quod [i] Cosmi redolent [k] alabastra, [l] focique deorum,
Quod modò [m] diuitibus lapsa corona comis:
Singula quid dicam? non sunt satis, omnia misce:
Hoc fragrant pueri basia mâne mei.
Scire cupis nomen: nil præter basia dicam.
Iuro tibi, [n] nimium scire, Sabine, cupis.

e Augustæ nempe vestimenta serica seu synthesses, Palatinis recondita prelis. ep.46 l.2.b.
f Legendum, *regelata* vt ep.92.l.3 m. hoc est attritu calefacta. ep.38.l.5.n.
g Odora enim per aërem diffusa gratiora sunt; propius autem admota obstruunt sensorium.
h Siculos apes, mellificia Hyblæa.
i Myropolæ ep.88 l.1.a.
k Pyxides vnguentariæ ex alabastro. l Thure ardentes. m Proinde nardo & vnguento delibutis. n Aliquid vltra basia cupis, qui de pueri nomine quæris.

De statua Memoris. X.

[a] CLarus fronde Iouis, [b] Romani fama [c] cothurni,
[d] Spirat [e] Apellea redditus arte Memor.

a Quernâ ornatus coronâ Iouis Capitolini. ep.54. l.4.a.
b Tragicine carminis poëta, an heroïci? Tragicum fuisse testatur Placiades Fulgentius. c Ep.20.l.3.c. d Ad viuum expressa statua. e Apellis opus. alij leg. *Apollinea*. intelliguntque Memoris statuam in Apollinis bibliothecam receptam, vt Persij prolog.

De Turno. XI.

COntulit ad satyras ingentia pectora [a] Turnus,
Cur non ad Memoris [b] carmina? [c] frater erat.

a Ep.96.l.7.c.
b Heroicane, an tragica? epigr. præced. b.
c Cessit illius carminis gloriam fratri, neque voluit se illi æmulum ingerere, vt Vnicus ep.44 l.12.

Ad puerum suum. XII.

[a] TOlle puer calices, tepidique toreumata Nili,
[b] Et mihi secura pocula trade manu,
[c] Trita patrum labris, & [d] tonso pura ministro;
[e] Antiquus mensis restituatur [e] honor.
Te potare decet [f] gemma, [g] qui Mentora frangis
In scaphium mœchæ Sardanapale tuæ.

a Amoue elaboratos calices vitreos ex AEgypto Romam allatos.
b Et trade mihi pocula faginа vel Saguntina de quibus non sis solicitus ne labantur. ep.108 l.14.
c Fictilia, cuiusmodi à Numa instituta sunt in honorem deorum, & ab antiquis Romanis in vsu. d Non comato & calamistrato, sed rudi & simplici. e Vrnarum & calicum fictilium. f Calice è gemmâ, vel gemmato poculo. g Qui *pocula Mentorea nobilitata manu* (vt dixit ep.60.l.9.t.) diffringis vt inde conficiatur mœchæ tuæ matula, dignum sanè te homine molli & impuro poculum. Sed vide an placeat lectio, *Te potare decet gemma, qui Mentora frangis? In scaphio mœcha Sardanapale tuæ.* q.d. Magis conuenit fictile scaphium quàm calix e gemma illi qui Mentoris opera frangit.

In Zoilum XIII.

Vis iure natorum clarescere, cùm tibi natales sint ortu Nili obscuriores.

IVs tibi natorum vel septem, Zoile, detur,
Dum matrem nemo det tibi, nemo patrem.

Petas licet ius liberorum septem vel sexcentorum si placet ipse vsque obscurus eris & nullius filius, terrâ natus. *Neque tamen ius petebatur liberorum vltra tres.* ep. 91. l. 2.

Epitaphium Paridis. XIV.

a Ep. 28. l. 6. c.
b Ægypti. ep. 42. l. 4. b. c.
c Decus dum viueret, dolor ex morte eius.
d Vide Plauti epitaph. apud A. Gell. l. 1. c. 24.
e Histrio nobilis quem interfici iussit Domitianus, quòd eum deperiret Domitia Augusta. Sueton. c. 3. Domit.

QVisquis [a] Flaminiam teris viator,
Noli nobile præterire marmor.
Vrbis deliciæ, salesque [b] Nili,
Ars & gratia, lusus & voluptas,
Romani [c] decus, & [c] dolor theatri,
Atque [d] omnes Veneres, Cupidinesque,
Hoc sunt condita, quo [e] Paris, sepulcro.

De colono. XV.

HEredes nolite breuem sepelire colonum.
[a] Nam terra est illi quantulacumque grauis.

a Qui pusillus cùm sit, vel leuissimæ terræ ferendæ non sufficit. *Ludit autem poëta in formula* S.T.T.L. vide ep. 89. l. 1. d.

De libro suo. XVI.

a Sunt mihi libelli quos legant castissimæ & pudicissimæ matronæ sed hunc librum volo totum lasciuire vino dissolutum, vnguentis delibutum, nequitias loquentem & amores.
b Vnguento à Cosmo confecto. ep. 88. l. 1. a.
c Planè & apertè, verbis dominantibus & rem significantibus. ep. 67. l. 3. e.
d Quam prisci illi probique maiores nostri non erubescebant proprio nomine indigitare, & tanquam rudes Macedones ligonem ligonis nomine appellare.
e Libertate vsos Decembri & licentiâ Saturnalibus permissâ. ep. 2. supra. e.

[a] SVnt chartæ mihi, quas Catonis vxor,
Et quas horribiles legant Sabinæ,
Hic totus volo rideat libellus,
Et sit nequior omnibus libellis:
Qui vino madeat, nec erubescat
Pingui sordidus esse [b] Cosmiano.
Ludat cum pueris, amet puellas:
[c] Nec per circuitus loquatur illam
Ex qua nascimur omnium parentem,
[d] Quam sanctus Numa mentulam vocabat.
Versus hos tamen esse tu memento
[e] Saturnalitios Apollinaris.
Mores non habet hic meus libellus.

Ad lectores. XVII.

a Plebi.

QVi grauis es nimium, potes hinc iam lector abire
Quò libet: [a] vrbanæ scripsimus ista [a] togæ,

Nam

Nam mea [b] Lampsacio lasciuit pagina versu,
Et [c] Tartessiaca concrepat æra manu.
O quoties rigida pulsabis pallia [d] vena,
Sis grauior Curio, Fabricioque licet!
Tu quoque nequitias nostri, lususque libelli
[e] Vda puella leges: sis [f] Patauina licet.
Erubuit, posuitque meum Lucretia librum:
Sed coram Bruto. [g] Brute recede, leget.

b Priapeïo. Lampsacum oppidum est Hellesponti, in quo Priapus exquisitè colebatur.
c Vide ep. 71. l. 6. a,
d Inguine.
e Vide Iuuen. Sat. 6. vers. 65.
f Patauinæ mulieres audiebant castæ & pudicæ. Plin. epist. 14. l. 1. vide ep. 42. l. 6. d.
g Et ipsa Lucretia vt vt pudica legerit absente marito.

Ad Sabinum. XVIII.

NOn omnis nostri [h] nocturna est pagina libri:
Inuenies & quod [i] mâne, Sabine, legas.

h Ebria, petulans, impudica.
i Sobrius, & saluâ verecundiâ.

In Lupum. XIX.

* DOnasti Lupe [a] rus sub vrbe nobis:
Sed rus est mihi maius [b] in fenestra.
Rus hoc dicere, rus potes vocare?
[c] In quo ruta facit nemus Dianæ,
Argutæ tegit ala quod cicadæ,
Quod formica die comedit vno,
Clausæ cui folium rosæ corona est:
In quo non magis inuenitur herba,
Quam [d] costi folium, piperve crudum:
In quo nec cucumis iacere rectus,
Nec serpens habitare tuta possit.
[e] Erucam malè pascit hortus vnam,
Consumpto moritur culex salicto,
Et talpa est mihi fossor, atque arator.
Non boletus hiare, non mariscæ
Ridere, aut violæ patere possunt.
Fines mus populatur, & colono
Tamquam [f] sus Calydonius timetur,
[g] Et sublata volantis vngue Procnes
In nido seges est hirundinino,
[h] Et cùm stet sine falce, mentulaque,
Non est dimidio locus Priapo.
Vix implet cochleam peracta messis,
Et mustum nuce condimus [i] picata.
Errasti Lupe, [k] litera sed vna;
Nam quo tempore *prædium* dedisti,
Mallem tu mihi *prandium* dedisses.

* Huic geminum vide 2. Antholog. Luciliani. Ἀγρὸν Μηνοφάνης, &c.
a Prædiolum vrbanum.
b Plebs Romana in fenestris alebat ad speciem hortorum flores & frutices. quod videmus in Hispania & Italia monachos facere in fenestris ostendentes arbusculas, malos citreas, hortulos pensiles, &c.
c Quem hortum ruta vnica tegit obumbratque non secus ac si esset nemus Dianæ Aricinæ. *Hyperbolicè vt cetera quæ seq.*
d Quæ non nascitur in Italia, vti nec piper.
e Vermiculum qui olera depascitur.
f Ep. 15. lib. spect. a.
g Cuius segetem ceu herbam vno impetu correptam aufert hirundo ad nidum condendum.
h Nec dimidio Priapo vel inermi locus est. ep. 36. l. 1. h. & 3. l. 57. ep.
i Allusum ad dolia & testas quæ picabantur ne vina expirarent animam.
k Literâ e in n mutatâ. mallem *prandium* quàm tale *prædium*.

In Gallam. XX.

QVæris cur nolim te ducere, Galla? diserta es.
Sæpe solœcismum mentula nostra facit.

Pete huius ep. ingenium & expositionem à Iuuenalis Sat. 6. vers. 448. & 457 Ad Lucillij item epigr. c. 46 l. 2. Anthol. τᾷ χειρὶ σολοικίζει, Martialis *inquit Brodæus* Lanuuij ad portas non attigens dicit, *Sæpe solœcism*, &c.

Ad lectorem grauem. XXI.

* CÆsaris Augusti lasciuos liuide versus
Sex lege, qui tristis verba Latina legis.
l Quòd futuit Glaphyran Antonius, hanc mihi pœnā
Fuluia constituit, se quoque vti futuam.
Fuluiam ego vt futuam, quid si me Manius oret?
Pædicem: faciam? non puto si sapiam.
Aut futue, aut pugnemus, ait. quid quòd mihi vitā
Carior est ipsa mentula? signa canant,
* Absoluis lepidos nimirum, Auguste, libellos,
Qui scis Romana simplicitate loqui.

* Duo primi versus sunt Martialis, vt & duo vltimi, hexasticon intermedium Augusti erat quod citat poëta ad excusandam carminis sui lasciuiam.
l Fuluia vxor M. Antonij (inquit Octauius) incitante Manio, quò vlciscatur mariti sui petulantiam in Glaphyra, sese offert mihi corrumpendam, imò petit. nego, horreoque non minus quàm si me Manius oret vt, &c. interminata deinde mihi bellum ciuile ni faciam, posthabeo ipsam vitam pudicitiæ. * Apostrophe poetæ ad Augustum supra *.

In Lydiam. XXII.

LYdia tam laxa est,[a] equitis quàm culus aëni,
Quam celer arguto qui sonat ære [b] trochus,
Quàm [c] rota transmisso toties impacta [c] petauro,
Quàm vetus à [d] crassa calceus vdus aqua,
Quam quæ rara vagos exspectant retia turdos,
[e] Quàm Pompeiano vela negata Noto,
Quàm quæ [f] Delphitico lapsa est armilla cinædo,
Culcita [g] Leuconico quàm viduata suo,
Quàm veteres [h] brachæ Britonis pauperis, & quàm
Turpe [i] Rauennatis guttur [k] onocrotali.
Hanc in piscina dicor futuisse marina.
Nescio: piscinam me futuisse puto.

a *Equitis* pro *equi* positum censet cum alijs Brodæus Misc. l. 10. c. 33.
b Ep. 168. l. 14.
c Turnebus *petaurum* putat esse lignum per rotam à Petaurista traiectum. l. 8 c. 4. Corn. Vitellius contra Georg. Merulam c. 13. contendit petaurum ipsum esse petauristam qui se transmittit per rotam quasi in aëre volantem, vnde nomen. vide Mercurial. l. 3. de arte gymnastica 8. c.
d Cœnosa.
e Quàm vela theatri Pompeiani (vide ep. 39. l. 5. c.) quæ iacent laxa, vbi non tument sublata ventis.
f Græco è Delphis nisi forte legendum *Deliaco*. g Lanæ genere, quo culcitræ farciebantur. Pulmanus legit, *Culcitta quàm pluma quæ viduata sua est*. Vide ep. 159 l. 14. h Femoralia, quæ Britannis Gallis in vsu. de quibus vide quæ Ios. Scal. ad 4. l. Propertij, & Is. Casaub. ad Sueton. August.
i In Rauennæ paludibus degentis. k Auis, quæ Æliano 16 l. hist. Animalium 4. c. Cela esse videtur. Gillius ibidem onocrotalum esse autumat. dictum à ruditu asini ex ὄνος & κρόταλον. & Plin. l. 10. c. 47.

In pædiconem masturbantem. XXIII.

MOllia quòd niuei [a] duro teris ore [b] Galesi
Basia, quòd nudo cum Ganymede iaces;
Quis negat hoc nimium? sed sit satis: inguina saltem
Parce fututrici solicitare manu.
Leuibus in pueris plus hæc, quàm mentula, peccat:
Et faciunt digiti, [c] præcipitantque virum.
Inde [d] tragus, celeresque pili, mirandaque matri
Barba, [e] nec in clara balnea luce placent.
Diuisit natura mares; pars vna puellis,
Vna viris genita est, vtere parte tua.

a Barbato.
b Pueri.
c Ante tempus accelerant ætatem, faciem, & opus virile.
d Hircus, fœtor alarum. Virus autem hirci redolent illi qui rem agunt Veneream, quique ea ætate sunt quæ Veneri sufficit, primo non coquente humorem vt in pueris. Arist. probl. & ab eadem causâ, pil., maximè in locis humidis.
e Ne appareant pilosi.

In Silam. XXIV.

NVbere Sila mihi [a] nulla non lege parata est:
Sed Silam nulla ducere lege volo.
Cùm tamen instaret, [b] decies mihi dotis in auro
Sponsa dabis dixi: quid minus esse potest?
Nec futuam quamuis prima te nocte maritus:
Communis tecum nec mihi lectus erit:
Complectarque meam, nec tu prohibebis, amicam;
Ancillam mittes, sed mihi iussa tuam.
Te spectante dabit nobis lasciua minister
Basia, siue [c] meus, siue erit ille [d] tuus.
Ad cœnam venies: sed sic diuisa recumbes,
Vt non tangantur pallia nostra tuis.
Oscula rara dabis nobis, & non dabis vltrò.
[e] Nec quasi nupta dabis, sed quasi mater anus.
Si potes ista pati, si nil perferre recusas:
Inuenies qui te ducere Sila velit.

a Qualibet conditione.
b Decies centena millia sestertium, nostræ monetæ 78125. l. 10. ss. eaque in auro appensa, nomine dotis.
c Puer.
d Eunuchus, spado.
e Non tota, non amoris; sed parca, sed casta, sed religionis. ep. 105. infra, e.

Ad Labullum. XXV.

[a] DVm te prosequor, & domum reduco,
[b] Aurem dum tibi præsto garrienti,
Et quidquid loqueris, facisque, laudo,
Quot versus poterant, Labulle, nasci?
Hoc damnum tibi non videtur esse,
Si quod Roma legit, requirit hospes,

a Einsdem ingenij vide ep. 82. l. 10. & 71. l. 1. dum cliens te saluto, deduco, reduco, tibi obsequor, attentor & eiusmodi præsto officia perit dies, pereunt studia carminaque.
b Vide ep. 97. l. 1. & Theophrasti charact. περὶ κολακείας. & quæ Casaubonus ibi, λέγοντος δ' αὐτοῦ τι, τοὺς ἄλλους σιωπᾶν κελεῦσαι, καὶ ἐπαινέσαι.

Non deridet eques, tenet senator,
Laudat caussidicus, poëta [c] carpit,
Propter te perit. [d] hoc, Labulle, verum est?
Hoc quisquam ferat, vt [e] tibi tuorum
Sit maior numerus togatulorum,
Librorum mihi sit minor meorum?
Triginta propè iam diebus vna est
Nobis pagina vix peracta: [f] sic est,
Cùm cœnare domi non vult poëta.

c Vellicat & reprehendit, pro more æmulantium artificum & inuidentium. inuidis autem displicere felicitatis argumento est. ep. 61. l. 6. c. & 77. l. 4.
d Hoccine æquum est? *Ah idne verum est?* Terent.
e Me addito cæteris tuis clientibus.
f Ita fit, vt, cùm cœnam officijs demereor, dum foris cœnare volo, negligantur studia, pereant poëmata.

In Linum. XXVI.

ILla salax nimium, nec paucis nota puellis
Stare Lino desit mentula: [g] lingua caue.

g Ep. 78. l. 1. & ep. 62. infra huius lib.

Ad Telesphorum. XXVII.

O Mihi grata quies, ô blanda Telesphore [a] cura.
Qualis in amplexu non fuit antè meo;
Basia da nobis vetulo puer vda Falerno,
Pocula da labris [b] facta minora tuis.
Addideris super hæc Veneris si gaudia vera:
Esse negem meliùs cum Ganymede Ioui.

a Amor. deliciæ.
b Trita, degustata labris tuis. *Et qua tu biberis, hac ego parte bibam.* Ouid. el. 4. l. 1.

Ad Flaccum. XXVIII.

FErreus es, si [a] stare potest tibi mentula Flacce,
Cùm te sex cyathos orat amica dare;
Vel duo frusta rogat [b] cybij, tenuémve lacertum,
Nec dignam toto se [c] botryone putat:
Cui portat gaudens ancilla [d] paropside rubra
Alecem, sed quam protinus illa voret:
[e] Aut cum perfricuit frontem, posuitque pudorem,
Succida palliolo vellera quinque petit.
At mea me libram [f] foliati poscat amica,
Aut virides gemmas, sardonychásve [g] pares:
Nec nisi [h] prima velit de [i] Tusco Serica vico,
Aut centum aureolos, [k] sic velut ægra, roget.
Nunc tu velle putas hæc me dare dona puellæ?
Nolo: sed his vt sit digna puella volo.

a In amica quæ paruo pretio licet, vt quæ poscat 6 vini cyathos, &c.
b Ep. 79. l. 5. e.
c Racemo.
d Lance fictili.
e Quòd si maiore cum fiducia velit magnum quiddam rogare, poscit illotam lanam in pallium.
f Vnguenti ex folijs Nardi alijsque folijs odoratis.
g Geminas.
h Optima.
i Textura Sericarum & bombycinarum vestium exercebatur in Tusco vico Romæ.
k Tanquam eo vix contenta.

De

—De Phrenetico medico. XXIX.

l Inuasit medicus sica phreneticus Eucli,
Et m præcidit Hylan. hic puto sanus erat.

l Al. *Inuasit medicum Nasica Phreneticus Aucte.* & est lemma *ad Auctum.*

m Iocus est in ambiguitate τοῦ *Præcidit* & ab inexpectato. cùm enim timendum esset ne insanus præcideret. i. incideret, vulneraret: sanior ille præcidit, vt ep. 72. l. 2.

—Ad Phyllidem. XXX.

LAnguida cùm vetula tractare virilia dextra
Cœpisti, a iugulor pollice Phylli tuo.
Nam cùm me b vitam, cùm me tua lumina dicis:
Horis me refici vix puto posse decem.
c Blanditias nescis: dabo dic tibi millia centum,
Et dabo Setini iugera culta soli:
Accipe vina, domum, pueros, d chrysendeta, mensas:
Nil opus est digitis; sic mihi, Phylli, frica.

a *Mentula mensque cais.* ep. 17 l. 7.
b Ep. 81 l. 10. d. *murem* legit Ang. Politianus c. 96. Misc. q. d. salacissimum. ita enim esse mures scribit probatque AElianus l. 12. de Animal. b.
c Quæ mihi placeant. neque enim excitor palpantis vetulæ blanditijs; sed pretio, sed muneribus. d Ep. 43. l. 2. m.

—In Zoilum. XXXI.

e OS malè caussidicis, & dicis olére poëtis:
Sed f fellatori, Zoile, peius olet.

e Propter maledicta hoc? an à studio diutino impedita concoctione? ep 4. l. 4. h.
f Tibi. ep 81. l. 3.

In Cæcilium. XXXII.

a ATreus Cæcilius cucurbitarum
Sic illas quasi filios Thyestæ
In partes lacerat, secatque mille.
b Gustu protinus has edes in ipso,
Has c prima feret, d alterave cœna,
Has cœna tibi tertia reponet.
* Hinc seras e epidipnidas parabit,
* Hinc pistor f fatuas facit placentas,
* Hinc & multiplices struit g tabellas,
Et notas h caryotidas theatris:
* Hinc exit varium coco i minutal,
Vt k lentem positam, fabamque credas,
Boletos imitatur, & l botellos,
Et caudam m cybij, breuesque n mænas:
* Hinc o cellarius experitur artes,

a Cucurbitas enim dissecat in frusta variéque apparat, vt Atreus quondam fratris Thyestæ filios. Senec. Thyest v. 758. vide Ammiani epig. l. 2. Anthol. c. 40. Ως κῆπον τεθυκώς, δεῖπνον παρέθηκεν Ἀπελλῆς Οἰόμενος βόσκειν ἀντὶ φίλων πρόβατα, &c. Apelles Pythagoreâ cœnâ excepit amicos perinde ac hortum immolasset, vel pecora pasturus esset.
b Cœnæ exordio, antecœnâ. ep. 31. l. 10. d.

c Caput, pompa, flos cœnæ. dict. ep. 31. l. 10. d Secunda mensa. *ibid.* vide & Rosin. l. 5. Antiquit. Rom. c. 29. * Ex his cucurbitis. e Dapes, bellaria, quæ ἐπὶ δεῖπνον post cœnam apponuntur distribuunturue. f Insipidas sc. & insulsas, è cucurbitis. g Quadras de placenta. ep 76. l. 3. h Palmulas. ep. 27. l. 13. i Cibus è varijs minutim concisis. k Pultem ex lente ac faba. l Ep. 79. l. 5. g. m Ep. 79. l. 5. e. n Pisciculos, de quibus Athenæus 7. l. 18. c. & Plin. 32. l. 7. c. o Promus, promus condus. vide Beroaldum in Seruium.

Vt condat vario vafer sapore
In rutæ folium p capellianæ.
Sic implet q gabatas,paropsidasque,
Et leues scutulas,cauasque lances.
Hoc lautum vocat,hoc putat venustum,
Vnum ponere ferculis tot assem.

p Rutæ fibris tanquam capillamentis multicomæ. *vel* rutæ caprariæ,quam capreæ sectentur & pascant.
q Ep.47.l.7.r.

In Nestorem. XXXIII.

a NEc toga,nec focus est,nec tritus cimice lectus,
b Nec tibi de bibula sarta palude teges:
Nec puer,aut senior,nulla est ancilla,nec infans,
Nec sera,nec c clauis,nec canis,atque calix.
Tu tamen affectas Nestor d dici atque videri
Pauper,& e in populo quæris habere locum.
Mentiris,vanoque tibi blandiris honore,
f Non est paupertas, Nestor habere nihil.

a Sic Catullus ep.20. *Furi, quoi neque seruus est,neque arca,&c.* vide & nostrum, ep.93.l.1.
b Nec teges ceu storea ex vlua,scirpo, ceu canna palustri. a fedgemat.
c Ep.36.l.5.h.
d Ep 19.18
e Plebeius esse & proletarius. f Sed mera mendicitas.

De Prasino. XXXIV.

SÆpius ad palmam Prasinus post fata Neronis
Peruenit,& victor præmia plura refert.
I nunc liuor edax: dic tu cessisse Neroni:
Vicit nimirum,non Nero,sed Prasinus.

Prasinæ factioni(cui fauebat Nero)obstrepebant aliarum factionum fautores, vicisse suos aurigas non propria virtute,sed gratia Imperatoris.respondet ijs poeta falsum hoc esse,postquam Nerone mortuo & huic factioni frequens cedat palma.

De Apro. XXXV.

AEdes emit Aper,sed quas nec noctua vellet
Esse suas: adeò nigra,vetusque casa est.
Vicinos illi nitidus Maro possidet hortos.
g Cœnabit bellè,non habitabit Aper.

g Fecit hoc optimo quidem consilio: quò inuitaretur sæpius a nitido lautoque vicino. *Al quid boni propter vicinum bonum.*

Ad Fabullum. XXXVI.

IGnotos mihi cùm voces trecentos,
Quare non veniam vocatus à te,
Miraris,quererisque,litigasque.
h Solus cœno,Fabulle,non libenter.

h Solus,quippe videtur, qui inter ignotos nec suæ conditionis est,vtcunque magnus sit illorum numerus.

De

Desine: non possum libertum ferre g Catonem.
Esse virum iam me dicet amica tibi.

g Censorium castigatorem,qualis fuit Cato ma.

De Luperco. XLI.

FOrmosam Glyceren amat Lupercus,
Et solus tenet,imperatque solus:
Quam toto sibi mense non fututam
h Cùm tristis quereretur,& roganti
Caussam reddere vellet Æliano:
Respondit,Glyceræ dolere dentes.

a Dum causatus est dolorem dentium in causa fuisse quo minus oris operam posset præstare,apertè fatebatur se capiti Glyceræ illudere.

De Amynta. XLII.

a INdulget pecori nimium dum pastor Amyntas,
b Et gaudet fama,luxuriaque gregis:
c Cedentes oneri ramos,syluamque fluentem
Vicit concussas ipse secutus opes.
d Triste nemus diræ vetuit superesse rapinæ,
Damnauitque rogis noxia ligna pater.
Pingues Lygde sues habeat vicinus Iölas:
Te satis est nobis e annumerare pecus.

a Dum vehementi studio saginat porcos.
b Dum laudem quærit ex pinguibus factis suibus.
c Ascendit ilicem glande onustam & incuruatam excussurus glandes,sed pondere pueri fractis ramis qui vix suum sustinebant onus, decidit ipse excussas secutus glandes.sic Hylam secutum vrnam dixit Iuuenalis sat.1.v.164. d Pater Amyntæ succisam arborem filij rogo damnauit
e Non,quo Amyntas studio,saginare properare.

In Cæcilianum. XLIII.

a VIuida cùm poscas epigrammata,b mortua ponis
c Lemmata, quid fieri, Cæciliane,potest?
d Mella iubes Hyblæa tibi,vel Hymettia nasci,
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api?

a Illustria,insignia.
b Vilia,humilia abiecta. *vel* de mortuis quale fuit præcedentis ep.de Amynta argumentum.
c Ep.59.l.10.a.
d Neque enim dulcia mella,qualia ex thymo Hymetti Attici aut Hyblæ Siculæ fiunt,potest apis vel optima conficere ex amaris Corsicæ taxis.ita nec,&c.

In vxorem. XLIV.

DEprensum in puero tetricis me vocibus vxor
Corripis,& culum te quoque habere refers.
Dixit idem quoties lasciuo Iuno tonanti?
Ille tamen gracili cum Ganymede iacet.
a Incuruabat Hylam posito b Tyrinthius arcu.
Tu c Megaram credis non habuisse nates?
Torquebat Phœbum Daphne fugitiua: sed illas
d Oebalius flammas iussit abire puer.

a Ad turpe ministerium. quod Iuuen *Inclinabat.* sat.9.v.26 & 10.v.224.
b Hercules à Tyrintho opp.vbi nutritus est cultusque.
c Vxorem Herculis. d Hyacinthus ex Amyclis Laconiæ ciuitate.

Bryseis

De Caio Proculo. XXXVII.

CAius hanc lucem [a] gemma mihi Iulius alba
  Signat, Iò votis [b] redditus ecce meis.
[c] Desperasse iuuat, veluti iam rupta sororum
  Fila. minus gaudent, qui timuere nihil.
[d] Hypne quid expectas piger? [e] immortale Falernum
  Funde, [f] senem poscunt [g] talia vota cadum.
[h] Quincunces, & sex cyathos, bessemque bibamus,
  Caius vt fiat, Iulius, & Proculus.

a Ep.45 l.8 b.
b Conualescens & restitutus è morbo desperato.
c Multo mihi dulcior est deplorati dudum ac depositi amici recepta insperata salus.
d Puer, minister.
e Ep.95 l.9 d.
f Ep.95 l.9 c.
g Tam grata ex tam insperatis. h De hoc more ebibendi nomen amici, vide ep.72 l.1. hîc autem quincunx respondet τῷ *Caius*, τῷ *Iulius* semis.i.6.cyathi, τῷ *Proculus* bes.i.8.cyathi. vide 28.ep.l.1.b.

In Zoïlum. XXXVIII.

ZOile [i] quid tota gemmam præcingere libra
  Te iuuat, & miserum perdere sardonycha?
[k] Annulus iste tuis fuerat modò cruribus aptus;
  Non eadem digitis pondera conueniunt.

i Cur eques è seruo factus annulum gestas libralem *Hyperbolicè* magnũ sc. prægrauemque & occultas gemmam nimio auro? An credis idem pondus conuenire digito & annulo, quod modò gestabas in compedibus? ep.29.l.3. k Compes. *frontem literati, capillum semirasi, & pedes annulati*. Apuleius.

De mulione surdo. XXXIX.

MVlio viginti venit modò millibus, Aule.
  Miraris pretium tam graue? [l] surdus erat.

l Ex ἀπροσδοκήτῳ auget vel innuit flagitioso domino magis placere seruos surdos quos nemo roget de criminibus domini vide 9.sat.Iuu.104.v.

In Charidemum. XL.

CVnarum fueras [a] motor, Charideme, mearum,
  Et pueri custos, assiduusque comes.
Iam mihi nigrescunt tonsa [b] sudaria barba,
  Et queritur [c] labris puncta puella meis.
[d] Sed tibi non creui: te noster villicus horret:
  Te dispensator, te domus ipsa pauet.
Ludere nec nobis, nec tu permittis amare:
  Nil mihi vis, & vis cuncta licere tibi.
Corripis, obseruas, quereris, suspiria ducis,
  Et vix à ferulis abstinet ira manum.
Si [e] Tyrios sumpsi cultus, vnxiue capillos:
  Exclamas, numquam fecerat ista pater.
Et [f] numeras nostros adstricta fronte trientes,
  Tamquam de cella sit cadus ille tua.

a Al. *monitor*.i. infantiæ pueritiæque moderator. sed & τὸ *motor* placet.
b Linea, quæ demessam à tonsore barbam excipiunt.
c A rasura asperis duritique.
d Tibi tamen etiamdum puer videor, nec qui in verum transcriptus liberius viuendi potestatem habeam.
e Vestes purpureas.
f ἀριθμεῖ, πόσας κύλικας πέπωκε. Theophrast. charact. περὶ μικρολογίας. de trientibus vide quæ ad ep.28.l.1.b.

Desine:

[e] Bryseïs multùm quamuis auersa iaceret,
  Æacidæ propior [f] leuis amicus erat,
[g] Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus,
  Teque puta cunnos vxor habere duos.

e Brysei filia Hippodamia Achillis amica.
f Patroclus imberbis.
g Ne putes illam partem in fœminis æquè gratam esse atque in maribus. ep.98.l.12.

Ad senem orbum. XLV.

ORbus es, & locuples, & [h] Bruto consule natus,
  Esse tibi veras credis amicitias?
Sunt veræ: sed quas iuuenis, quas pauper habebas,
  Qui nouus est, [i] mortem diligit ille tuam.

h Senex. *Hyperbolicè*.
i Captator est & heredipeta adulatorius, vultur assidens, qui mortem tuam cupit, cadauer expectat. ep 63.l.6.b.

In Cantharum. XLVI.

INtrasti quoties [a] inscriptæ limina cellæ,
  Seu puer arrisit, siue puella tibi:
Contentus non es foribus, [b] veloque, seraque,
  * Secretumque iubes * grandius esse tibi.
Oblinitur minimæ si qua est suspicio rimæ,
  Punctaque [c] lasciua quæ terebrantur [c] acu.
* Nemo est tam teneri, tam soliciti que pudoris,
  Qui vel pædicat, Canthare, vel futuit.

a Titulum professæ & habentis nomen inscriptum lupæ quæ ibi merebatur. Iuuen.6.sat.v.124.
b Ep.35 l.1.c.& d.& Iuuen.8.sat.v.168.
* Grandius scelus cogitas, grandius secretum postulas.
c Calamistro. *Acu lasciuiore comam sibi inserunt*. Tertullian. de Virgin. veland.c.12.

In Mæuium. XLVII.

IAm, nisi per somnum, non arrigis, & tibi, Mæui,
  Incipit [a] & medios meiere [b] verpa pedes:
Truditur & digitis [c] pannucea mentula lassis,
  Nec leuat exstinctum solicitata caput.
Quid miseros frustrà cunnos, culosque lacessis?
  [d] Summa petas: [e] illîc mentula viuit [f] anus.

a Al. *In medios*.
b Penis.
c Debilis, laxa, rugosa. quod & de pomis dicitur, Plin. l.15.c.14 & Macrob. l.3.c.19.
d Os.
e Ep.50.l.4.
f Vide ep.40. not.2. & 106. ep.c.l.1.

In Blataram. XLVIII.

OMnia fœmineis quare dilecta cateruis
  Balnea deuitat Blatara? ne futuat.
Cur nec [a] Pompeia lentus spatiatur in vmbra,
  Nec petit [b] Inachidos limina? ne futuat.
Cur [c] Lacedæmonio luteum [d] ceromate corpus
  Perfundit gelida [e] Virgine? ne futuat.
Cùm sic fœminei generis contagia vitet,
  Cur lingit cunnum Blatara? ne futuat.

a Porticu Pompeij. ep.14.l.2.l.
b Isidis porticum ceu templum, vbi conuentus & colloquia de adulterijs. *Multas illa facit, quod fuit ipsa Ioui*, Ouid.2.de Arte. *Isiacæ sacraria lenæ*. Iuuen.6.sat. v.490. c Palæstram inueniebant exercebantque Lacedæmonij. d Ep.57.l.3.nota 4. e Aqua. ep.21.l.5.t.

In

In Silium. XLIX.

f Silius Ciceronis atque Virgilij studiosissimus imitator, huius aram religiosissime coluit. ep. 51. infra, illius villas comparauit. Plin. l. 31. c. 1.

f Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis,
   Iugera facundi qui Ciceronis habet.
Heredem, dominumque, sui g tumulique, h Larisque
   i Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.

g Virgilij. h Ciceronis ædium. i Erat enim orator & poeta. ep. 62. l. 7.

In Phyllida L.

a Amore tui.
b Lacrymis fictis.
c Amisso vel deminuto, atuitoue. ἀπολυμάσω. i. simulans relictum, quo me pretio eius emungat.
d Annulus cui gemma includitur.
e Elenchus. *Et pressusque cauâ fingitur aure lapis*. Ou. 1.
d Arte.
f Nunc fingit surreptas vestes bombycinas, nouasque a me sibi emi poscit.
g Vt ego repleam vnguento Cosmiano ep. 81. l. 3. z.

NVlla est hora tibi qua non me, Phylli, a furentem
   Despolies: tanta calliditate rapis.
Nunc b plorat speculo fallax ancilla c relicto:
   d Gemma vel à digito, vel cadit aure e lapis.
f Nunc furtiua lucri fieri bombycina possunt:
   g Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx.
Amphora nunc petitur nigri h cariosa Falerni,
   i Expiet vt somnos garrula saga tuos.
Nunc vt emā grandémve lupū, mullúmve bilibrem,
   k Indixit cœnam diues amica tibi.
Sit pudor, & tandem veri respectus, & æqui.
   Nil tibi Phylli nego: l nil mihi Phylli nega.

h Propter vetustatem. i Somniorum portenta mala moris erat molâ salsâ, viuo flumine, vino & re diuinâ expiare, procurare, auertere. k Statuit se venturam cœnatum apud me, quod & *condicere cœnam* dicitur. l Ep. 12. l. 4.

De Silio. LI.

* Cenotaphium & memoriam, neque enim de tumuli loco constat.
m Lectio sanior *Andino*. Sed & hunc versum alij legunt, *Silius Andino succurrere censuit vmbræ*.

IAm prope desertos * cineres, & sancta Maronis
   * Nomina qui coleret pauper, & vnus erat.
Silius m Arpino tandem succurrit agello;
   Silius, n & vatem non minus ipse tulit.

Andes autem vicus non procul à Mantua Virgilij patria. n Qui agellus habet dominum Silium non minus vatem ac Virgilium. Lips. l. 1. 5 epist. quæst. legit *& vatem non minus ipse colit*. i. Silius poeta Virgilio non inferior colit Virgilium. vide ep. 14 l. 4. n. & ep. 49. supra.

De Titio. LII.

o Priapus, αἰδοῖον.
p Ep. 17. l. 11. b. & l. 3. ep. 67. e.
q Ipse ingens & αἰδοιο-σαάνης. an quia sub aquis musturb.

TAnta est quæ Titio o columna pendet,
   Quantam p Lampsaciæ colunt puellæ.
Hic nullo comitante, nec molesto,
Thermis grandibus, & suis lauatur:
q Angustè Titius tamen lauatur.

Ad

Ad Iulium Cerealem. LIII.

COenabis bellè, Iuli Cerealis, apud me:
[a] Conditio est melior si tibi nulla, veni.
Octauam poteris seruare: [b] lauabimur vna:
Scis quàm sint Stephani balnea iuncta mihi.
Prima tibi dabitur ventri lactuca [c] mouendo
Vtilis, & porris fila resecta suis.
Mox vetus, & tenui maior [d] cordyla [e] lacerto:
Sed [f] quam cum rutæ frondibus oua tegant.
[g] Altera non deerunt [h] tenui versata fauilla,
Et [i] Velabrensi massa recocta foco:
Et [k] quæ Picenum senserunt frigus oliuæ,
Hæc satis in [l] gustu: cetera nosse cupis?
[m] Mentiar vt venias, [n] pisces, [o] conchylia, [p] sumen,
Et [q] cortis saturas, atque [r] paludis aues:
Quæ [s] nec Stella solet rara nisi ponere cœna.
Plus ego polliceor: [t] nil recitabo tibi.
[u] Ipse tuos nobis relegas licet vsque Gigantas,
Rura vel æterno proxima Virgilio.

a Al. *Conditio melior si tibi nulla venit.*
b Ante cœnam lauabant, æstate, horâ octauâ; hyeme, nonâ diuites cum cœnâ præbebant conuiuis balnea priuata, pauperes publica conducebant. hinc poëta Cerealem ad Stephani balnea inuitat.
c Ciendo, lubricando.
d Ep. 2. l. 3. d. & 13. l. 1. ep.
e Ep. 79 l. 5. e.
f Ep. 48 l. 10. *.
g Oua alia.
h Sic Ouid. 8. Met. *Ouaque non acri leuiter versata fauilla.*
i Caseus Velabrensis fumo focoque induratus, vt ep. 32 l. 13.
k Ep. 36. l. 13.
l Antecœna, ep. 32. supra, b.
m Promittam tibi lautiore apparatu caput cœnæ appositum, vt venire velis. n Pisces verò in lautioribus conuiuijs primas habebant. o Ostrea. p Ep. 44 l. 13. q Gallinas. ep. 30. l. 7. b. r Anates. s Non ipse lautus & nobilis Stella, de quo, ep 78 l. 8. & alibi. t Namque conuiuas suos importunâ lectione sæpe enecabant istæ hirudines. ep. 79. l 5. r. & Lucian. 2. Anthol. c. 47. u Tu nobis legas Gigantomachiam à te scriptam & Georgica tua Virgilij Georgicis non cedentia.

De Claudia Rufina. LIV.

[a] CLaudia [b] cœruleis cùm sit Rufina Britannis
Edita, [c] cur Latiæ pectora plebis habet?
Quale decus formæ! [d] Romanam credere matres
Italides possunt, Atthides esse suam.
[e] Dî bene, quòd [f] sancto peperit fœcunda marito
[g] Quot sperat [h] generos, [i] quotque puella [k] nurus.
Sic placeat superis, vt coniuge gaudeat vno,
Et semper natis gaudeat illa tribus.

a Eadem fortè quæ Pudenti nupsit, ep. 13. l. 4.
b An quia Britanni se glasto colorabant, vt tradunt Cæsar 5 com. bel. Gal. Mela, Plinius l. 22. c. 11. Solin. 35 c. atque hinc dictos autumat doctiss. Camdenus. *Brith* enim antiquâ linguâ patriâ *depictu & coloratum* significat. sic ep. 99. l. 14.
c Al. *Quam Latiæ pectora gentis habet!* d Neque enim cedit Græcis dominis aut matronis Latinis. e Vide Brissonium. 1. l. form. f Pione? an defuncto? namque & defuncti veteribus *sancti*. g Al. *Quòd.* h Filiabus. i Al. *Quodque.* k Filijs.

In Zoilum. LV.

[a] VNguenta, & casias, & olentem funera myrrham,
Thuraque de medio semicremata rogo,
Et quæ de [b] Stygio [c] rapuisti Cinnama [b] lecto,
Improbe de turpi, Zoile, redde sinu.

a Ep. 47. l. 10. d.
b Capulo, feretro.
c Notat in bustuario fure seruilem conditionem. non enim nisi viles & inhonesti homines è rogo quippiam diripuerunt.

A pedibus didicere manus peccare proteruæ.
Non miror furem, qui fugitiuus erat.

Ad Vrbicum. LVI.

[a] HOrtatur fieri quòd te Lupus Vrbice patrem,
Ne credas. nihil est quod minùs ille velit.
Ars est captandi, quod nolis velle videri:
Ne facias optat, quod rogat, vt facias.
[b] Dicat prægnantem tua te Cosconia tantùm:
Pallidior fiet iam pariente Lupus.
At tu consilio videaris vt vsus [c] amici,
[d] Sic morere, vt factum te putet esse patrem.

a Quòd Lupus te hortatur liberis operam dare, vel quòd Lupus tibi vouet liberos ex vxore.
b Fingat modo se concepisse.
c Lupi, qui amicè & fideliter hoc consuluisse videri vult.
d Nihil illi ex testamento relinque.

❡ *In Cheræmonem.* LVII.

QVòd nimiùm laudas, Cheræmon Stoïce, mortem,
Vis animum mirer, suspiciamque tuum.
[a] Hanc tibi virtutem fracta facit vrceus ansa,
Et tristis nullo qui tepet igne focus.
Et teges [b] & cimex, & nudi sponda grabati,
Et breuis, atque eadem nocte diéque toga.
[c] O quàm magnus homo es, qui fæce rubentis aceti,
Et stipula, & nigro pane carere potes!
[d] Lingonicis [e] agedum tumeat tibi culcita lanis,
Constringatque tuos purpura texta toros:
Dormiat, & tecum, qui cùm modò Cæcuba miscet,
Conuiuas roseo torserat ore puer:
O quàm tu cupias ter viuere [f] Nestoris annos,
Et nihil ex vlla perdere luce voles!
Rebus in angustis facile est contemnere vitam;
[g] Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

a Non hoc facis ex virtute & fortiter, sed ex inopiâ rerum & pusillanimitate.
b *Et tritus cimice lectus.* supra ep. 33.
c *Jronicè.*
d Al. *Leuconicis.* vide ep. 159. l. 14.
e Quod si tibi res suppeteret ampla, & lauta.
f Ep. 30, l. 9 a.
g Vide ep. 5. l. 1. & 80. l. 2.

❡ *Ad Seuerum.* LVIII.

[h] MIraris docto quòd carmina mitto Seuero,
[i] Ad cœnam quòd te, docte Seuere, vocem.
Iupiter ambrosia satur est, & nectare viuit:
[k] Nos tamen exta Ioui, thura, merumque damus.
Omnia cùm tibi sint dono concessa deorum:
Si quod habes, non vis; ergo quid accipies?

h Ep. 27. l. 9.
i Vt Mæcenatem Horatius. ode 29. l. 3.
k Delectatur tamen pietate nostrâ & grato animo. vide Senec. de Benefic. 7. l.

—*In Telesphorum.* LIX.

CVm me velle vides [a] tecumq; Telesphore, sentis.
Magna rogas, puto me velle negare [b] licet?

a Alij *certumque.* Turnebus l. 8 c. 4. *tentumque* vt ep. 74. infra.
b Al. *Nihil.*

Et

Et nisi iuratus dixi, *dabo*, subtrahis illas,
[c] Permittunt in me quæ tibi multa, nates.
Quid si me tonsor, cùm stricta nouacula supra est,
Tunc libertatem, diuitiasque roget ?
Promittam : [d] nec enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat : res est imperiosa timor.
Sed fuerit curua cùm tuta nouacula theca,
Frangam tonsori crura, manusque simul.
At tibi nil faciam : [e] sed lota mentula lana
[f] Λειχάζειν cupidæ dicet auaritiæ.

c Quæ faciunt vt multâ in me licentiâ vti audeas.
d Non quatenus tonsor, sed quasi latro.
e Al. *Sed motâ mentula lenâ*. vt 42. ep. 1 9 & 74. infra.
f Te cupidum & auarum dimittet labellis vdis & spumantibus. ep 97. l. 1. m. vel lege Αἰάζειν. h. e. iubebit te auarum plorare. è formula testatorum, qui *plorare iubebant* illos quibus nihil legarant.

De Charino. LX.

SEnos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit annulos,
Nec cùm lauatur. caussa quæ sit, quæritis ?
[g] Dactyliothecam non habet.

g Non habet repositorium annulorum, vt qui sui non sint sed conducti.

De Chione & Phlogide. LXI.

SIt Phlogis, an Chione Veneri magis apta requiris ?
Pulchrior est Chione, sed Phlogis [a] vlcus habet.
[a] Vlcus habet, [b] Priami quod tendere possit [c] alutam,
[d] Quodque senem [e] Pylium non sinat esse senem.
Vlcus habet, quod habere suam vult quisq; puellam,
[f] Quod sanare Criton, non quod Hygea potest.
At Chione [g] non sentit opus, [h] nec vocibus vllis
Adiuuat : absentem, marmoreamque putes.
Exorare dei si vos tam magna liceret,
Et bona velletis tam pretiosa dare:
Hoc quod habet Chione corpus, faceretis haberet
Vt Phlogis ; & Chione quod Phlogis vlcus habet.

a Veneris sensum, vrticas, pruriginem, lasciuiam.
b *Quo incendi iam frigidus æuo Laomedontiades & Nestoris hernia possit*. Iuuen. sat. 6. v. 326.
c Neruum languentem & laxum instar alutæ.
d *Quo Pylius iuuenescere posset, Tithonusque annis fortior esse suis*. Ouid. 6. eleg. 3. l. Amor.
e Al. *Peliam*.
f Nam *fœmina simplex* Iuuen. 6 sat. 328. v. cui medicus non medica opem ferre potest. sic infra ep. 72. d Hygeia autem filia AEsculapij. Pausanias in Atticis & Plin. l. 35. c. 2. h. e. sanitas. g *Fatua est* vt de Lausella dixit ep. 81. l. 3. *Infelix, cui torpet hebes locus ille, &c.* Ouid. 3. de Arte. h Καὶ συμένης ἀπλάς, οὐδ' ἱερῶντ© ἰχὺς. Anthol. 7. l. ep. Philodemi. & infra ep. 105.

De Manneio. LXII.

[a] LIngua maritus, [a] mœchus ore Manneius,
[b] Summœnianis inquinatior buccis :
Quem cùm fenestra vidit à * Suburana
Obscœna [c] nudum [d] lena, fornicem clausit,

a λείχων, φοινικίζων, δύων.
b Ipsis prostibulis Suburanis, ep. 35. l. 1. e. *quorum artificis valet habitus oris*, &c. Iuuen. 10. Sat. 238 v. c In lupanaribus nudæ prostabant meretrices. Petronius, Iuuen. 6. Xiphil. in Heliogab. d Al. *Leda*. vt ep. 4. l. 4. k.

c Mediumque mauult basiare, quàm summum:
Modò qui per omnes viscerum tubos ibat,
Et voce certa, consciaque dicebat,
Puer, an puella matris esset in ventre,
(Gaudete cunni, vestra namque res acta est)
Arrigere linguam non potest fututricem.
Nam, dum tumenti mersus hæret in vulua,
Et vagientes intus audit infantes,
f Partem gulosam soluit indecens g morbus,
h Nec purus esse nunc potest, i nec impurus.

c τὴν ἕδραν μᾶλλον τῶ στόματ☉.
f Linguam reddidit paralyticam, siderauit. vt infra ep. 86.
g Paralysisne ἀπὸ τῆς ἀφέδρου καὶ τῶν ἐμμηνίων quorum malefico humore marcescunt segetes, apes immoriuntur, &c. Plin. 15. c. 7, l. an sideratio? vt ep. 86. infra. h Morbo illo contaminatus. i Linguâ vt prius mœchus.

De Lesbia. LXIII.

LEsbia se iurat k gratis numquam esse fututam.
Verum est: cùm futui vult, numerare solet.

k Sine pretio, voluit illa significare *accepto*, intelligit poeta *dato*.

In Philomusum. LXIV.

SPectas nos Philomuse cùm lauamur,
Et quare mihi tam mutoniati
Sint leues pueri subinde quæris.
Dicam simpliciter tibi roganti:
Pædicant Philomuse l curiosos.

l Similes tui cinædos, qui curiosis oculis & deuorantibus spectas quærisque per balnea mutoniatos. vide ep. 97. l. 1. l. & l. 9. ep. 60. d.

In Faustum. LXV.

NEscio tam multis quid scribas, Fauste, puellis:
Hoc scio, quòd scribit m nulla puella tibi.

m An itaque pueri? An hinc voluit se videri in gratiâ esse apud puellas? ep. 62. l. 3. h. quarum tamen nulla illi rescripsit.

In Iustinum. LXVI.

a SExcenti cœnant à te, Iustine, vocati
b Lucis ad officium, quæ tibi prima fuit:
Inter quos, memini, non vltimus esse solebam:
Nec locus hic nobis inuidiosus erat.
c Postera sed festæ reddis solemnia mensæ:
d Sexcentis hodie, cras mihi natus eris.

a Permulti. *Synecd.*
b Ad natalem tuum celebrandum.
c Iam vero me velut imi ordinis amicum inuitas ad reliquias & analecta in crastino conuiuij.
d Hodie itaque inuitati celebrent natalem tuum muneribus, pro more, genethliacis: ego cras vel numquam. neque enim veniam vocatus.

In Vacerram. LXVII.

ET delator es, & calumniator:
Et fraudator es, & negotiator:

Et fellator es, & lanista. miror
e Quare non habeas Vacerra nummos.

e Quod vulgo dicitur: he hath too many occupations to thriue. *Qui vbique est, nusquam est.* Sen. epist. 2. *Multa nouit vulpes, echinus vnum magnum.*

In Maronem. LXVIII.

NIl mihi das viuus: dicis post fata daturum.
Si non es stultus, scis Maro f quid cupiam.

f Mortem tuam vt ep. 63. l. 6. b. ep. 27. l. 8. & supra 45. ep.

Ad Mathonem. LXIX.

PArua rogas magnos: sed nõ dant hæc quoq; mag-
g Vt pudeat leuiùs te Matho, magna roga. (ni.

g Leuior quippe ignominia ex repulsa in magnis quàm paruis, & aduerte Polyptoton in *magnos, magni, magna.*

Epitaphium canis Lydiæ. LXX.

a AMphitheatrales inter b nutrita magistros
Venatrix, syluis aspera, blanda domi,
Lydia b dicebar, c domino fidissima dextra,
Qui non Erigones mallet habere d canem:
e Nec qui Dictæa Cephalum de gente secutus
f Luciferæ pariter venit ad astra deæ.
g Non me longa dies, nec inutilis abstulit ætas,
Qualia Dulichio fata fuere cani.
h Fulmineo spumantis apri sum dente perempta,
Quantus erat i Calydon, aut k Erymanthe tuus.
Nec queror, infernas quamuis citò rapta sub vmbras:
Non potui fato l nobiliore mori.

a Inter Venatores qui curant venationes exhibendas in Amphitheatro nutrita.
b *Prosopopæia canis.*
c Domino meo æquè fida ac dextra propria. Alij leg. *Dextro* vt sit κύελον.
d Meram, Hymeram, seu Neæram, canem, quæ Erigone monstrauit vbi pater Icarius à pastoribus Atticis occisus iaceret insepultus. Hygin. 130. fab.
e Nec Lælaps canis à Ioue custos Europæ appositus, quem à Minoë acceptum Procris coniugi suo Cephalo reliquit. Hygin. 2. l. & Ouid. 7. Metam. f Ad Lunam, seu Dianam gaudentem venatione & canibus. *vel,* inter astra relatus est à Ioue. g Neque eram annosa vt ille Vlysis canis Argus, qui reuersum post 20 annos agnouit herum. Odyss. 17 & Aristot. 6 l hist. anim. h Obliquè ferienti instar fulminis. *vel* vrenti: inesse enim aprorum dentibus igneam vim testatur Xenophon in κυνηγητ. & Oppian. 3. κυνηγ. λευκὸν ἰδόντα Ἀχ-θερον ἐντὸς ἔχειν μαλερὴν πυρόεσσαν ἀϋτήν. k Sus Erymanthius, quem interemit Hercules. *Apostrophe.* l Quàm venatione & pugnâ in Amphitheatro.

In Tuccam. LXXI.

VEndere Tucca a potes centenis millibus emptos?
b Plorantes dominos vendere Tucca potes?
Nec te blanditiæ, nec verba, c rudesque querelæ,
Nec te d dente tuo saucia colla mouent?

a Sustines?
b Pueros amasios, vt amicæ dictæ sunt *dominæ.* vel pueros plorantes orantesque te ne veneant dominis alijs.
c Puerilès, non fictæ. d Dum amore furens impressisti eorum ceruicibus memorem dente notam.

Ah facinus, tunica patet inguen vtrimque leuata,
Inſpiciturque tua mentula facta manu.
Si te delectat numerata pecunia, vende
Argentum, menſas, [e] myrrhina, rura, domum.
Vende ſenes ſeruos, agros & vende paternos:
Ne pueros vendas, omnia vende miſer.
Luxuria eſt emere hos, quis enim dubitátve, negátve?
[f] Sed multo maior vendere luxuria eſt.

e Ep. 113. lib. 14.
f Sic ep. 63. l. 2. *hæc mage luxuria eſt.*

—De Leda. LXXII.

[a] HYſtericam vetulo ſe dixerat eſſe marito,
Et queritur futui Leda neceſſe ſibi:
[b] Sed flens, atque gemens tanti negat eſſe ſalutem,
Seque refert potiùs propoſuiſſe mori.
Vir rogat vt viuat, [c] virides nec deſerat annos,
Et fieri, quod iam non facit ipſe, ſinit.
Protinus accedunt [d] medici, medicæque recedunt,
[e] Tolluntúrque pedes: ô medicina [f] grauis!

a Vteri ſtrangulatione laborantem, cui morbo præſcribunt remedium medici validam congreſſus ſuccuſſationem.
b Sed tamen lacrymans diſsimulat mori ſe malle quàm huiuſmodi conualeſcere remedio.
c Nec ætatis flore velit mori.
d Supra ep. 61. f. e In Venerem. ep. 81. l. 10. b. f *Scopticè.*

—De Nata. LXXIII.

DRauci Nata ſui vocat [g] pipinnam,
Collatus cui Gallus eſt Priapus.

g Turnebus l. 8. c. 4. legit *bipennam.* Ianus Parrhaſius in Var. Annot. & Cælius Rhod. l. 4. c. 5. legunt *vepenem*, exponuntque. Nata vaſtum ſubactoris ſui virile diminutiuo nomine appellat vepenem. i. paruulum penem, cui tamen ſi conferas Priapum ipſum (ep. 36. l. 1. h.) videatur præ hoc Gallus euiratus.

—In Lygdum. LXXIV.

VEnturum iuras ſemper mihi, Lygde, roganti,
Conſtituiſque horam, conſtituiſque locum.
Cùm fruſtrà iacui longa prurigine tentus,
Succurrit pro te ſæpe [a] ſiniſtra mihi.
[b] Quid, precor, ô fallax, meritis & moribus iſtis,
[c] Vmbellam [d] luſcæ Lygde, feras [d] dominæ.

a Ep. 42. l. 9. & 59. ſupra. e.
b Al. *Quid precer ô fallax.* & melius.
c Lib. 14. ep. 28.
d Inſeruias deformi dominæ, quoniam non vis amari à domino.

—De Bacchara. LXXV.

CVrandum penem commiſit Bacchara Græcus
Riuali medico: Bacchara Gallus erit.

Quo amatâ frueretur ſine riuali, Baccharam caſtrauit medicus *Chironomicâ* (vt ait Sidonius Apollinaris ep. 12. l. 2.) *magis inſtitutus quàm Machaonicâ.* Qualis & ille fuit ep. 98. l. 9. ſupr.

In Cæliam. LXXVI.

[e] THeca tectus aënea lauatur
Tecum Cælia seruus. vt quid, oro,
Non sit cùm [e] citharœdus, aut choraules?
Non vis, vt puto, mentulam videre.
Quare cum populo lauaris ergo?
[f] Omnes an tibi nos sumus spadones?
Ergo [g] ne videaris inuidere,
Seruo, Cælia, fibulam remitte.

e Fibulâ ære circumligatâ. vide ep. 34. & 81. l. 7.
f An ille solus in nobis vir est? sic ep. 34. l. 7. *An sola est, &c.*
g Ne videaris eius conspectum nobis inuidere, tibi reseruare, te fibula seruum tuum.

Ad Pætum. LXXVII.

SOluere, Pæte, decem tibi me sestertia cogis:
[h] Perdiderat quoniam Bucco ducenta tibi.
Ne noceant, oro, mihi non mea crimina: [i] tu qui
Bis centena potes perdere, perde decem.

h Al. *Perdiderit*. i. conturbârit.
i A Maiori lepidè iocatus rogat vt iacturam 10 H S ferat in se, qui tulit 200 in alio.

In Vacerram. LXXVIII.

IN omnibus Vacerra quòd conclauibus
Consumit horas, & die tota sedet:
[k] Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

k Non sedet compescendi alui gratiâ, sed vt inuitetur ab aliquo domino earum cœnationum seu conclauium in quibus sedet.

Ad Victorem. LXXIX.

VTere fœmineis complexibus, vtere Victor,
Ignotumque sibi mentula discat opus.
[a] Flammea texuntur sponsæ, iam virgo parata est:
[b] Tondebit pueros iam noua nupta tuos.
Pædicare semel cupido dabit illa marito,
Dum metuit teli vulnera prima noui.
Sæpiùs hoc fieri nutrix, materque vetabunt,
Et dicent, *vxor, non puer, ista tibi est.*
Heu quantos æstus, quantos patiere labores,
Si fuerit cunnus res peregrina tibi!
[c] Ergo Suburanæ tironem trade magistræ.
Illa virum faciet: non bene virgo docet.

a Flammeum erat velamentum luteum seu rubeum quo noua nupta tegebatur pudoris gratiâ, vel in subiectionis symbolum.
b Tondebit catamitos tuos tanquam emeritos & exoletos, postquam vxorem duxeris ep. 18. l. 12.
c Trade te instituendum meretrici cuipiam Suburanæ, quæ melius docebit te officium viri quàm noua nupta & rudis.

Ad Pætum. LXXX.

[d] AD primum decima lapidem quòd venimus hora
Arguimur lentæ crimine pigritiæ.
Non est ista quidem, non est mea, sed tua culpa;
Misisti mulas qui mihi, Pæte, [e] tuas.

d Ad suburbanum tuum quod mille passus ab vrbe distat.
e Tam pigras & tardas.

De Baiis. LXXXI.

a Locum gratum, venustum, blandum, delicatum, lasciuiæ immò vitiorum diuersorium.

b Sed malo valetudini & voluptatibus meis indulgere, quam, dum salubres Baias mille versibus laudo, saluti meæ parùm consulu. isse videri.

[a] LItus beatæ Veneris aureum Baias,
Baias superbæ blanda dona naturæ,
Vt mille laudem, Flacce, versibus Baias:
Laudabo dignè non satis tamen Baias.
[b] Sed Martialem malo, Flacce, quàm Baias.
Optare vtrumque pariter, improbi votum est.
Quòd si deorum munere hoc tibi detur:
[c] Quid gaudiorum est Martialis & Baiæ!

c Quantulum gaudij erit ex Baijs à Martiale laudatis?

De spadone, & sene. LXXXII.

a Vnde illa apud Ouid. *Dedecus hoc sumptâ dissimulauit aquâ.* 3. l. amor. 6. el.
b Eunuchus. ep. 39. l. 6. n. Iuuen. Sat. 6. v. 367.
c Senex. & lege *hic inutilis annis.*
d Venus, thalami præses.

CVm sene communem vexat spado Dindymus Æglen,
Et iacet in medio [a] sicca puella toro:
Viribus [b] hic operi non est, [c] hic vtilis annis.
Ergo sine effectu prurit vterque labor.
Supplex illa rogat pro se, miserisque duobus,
Hunc iuuenem facias, hunc [d] Cytherea virum.

De Philostrato. LXXXIII.

a A balneis & cœnâ in quæ inuitabatur Sinuessæ, quæ vrbs est Campaniæ.
b Serâ iam nocte, quæ domum suam repetere monebat.
c Qui, apud Homerum Odyss. κ ebrius è scalis deuolutus interijt.

[a] A Sinuessanis conuiua Philostratus vndis
Conductum repetens [b] nocte iubente larem,
Pænè imitatus obit sæuis [c] Elpenora fatis,
[d] Præceps per longos dum ruit vsque gradus.
[e] Non esset, nymphæ, tam magna pericula passus,
Si potius vestras ille bibisset aquas.

d Dum ebrius ruit è scalis per quas conscendit ad conducta cœnacula. e Non hoc illi accidisset, O Nymphæ Sinuessanæ, si vestras bibisset aquas quæ vel insaniam abolent. Plin. 31. l. 2. c. vide ep. Antipatri l. 3. Anthol. c. 20.

Ad Sosibianum. LXXXIV.

f Namque viscato hoc hamatoque munere orborum diuitum hereditates captas.

NEmo habitat gratis, nisi diues & orbus apud te.
[f] Nemo domum pluris, Sosibiane, locat.

¶ *Ad Antiochum tonsorem.* LXXXV.

a Huic geminum est Lucilij ep. εἰς κουρέας 2. Anthol. c. 26. Αρες ἄρες βροτολοιγὲ, &c.

[a] QVi nondum Stygias descendere quærit ad vndas;
Tonsorem fugiat, si sapit, Antiochum.
Alba minus sæuis [b] lacerantur brachia cultris,
Cùm furit ad [c] Phrygios [d] enthea turba [c] modos.

b Sacerdotes in sacris Isidis vt & * Cybeles Phrygiæ Deæ quam eandem cum Iside esse volunt cultris sibi humeros, pectus & lacertos sauciabant. c Acta Corybantia, tympana, vlulatus, &c.
d Numine inflata, furore sacro correpta.

[e] Mitior implicitas Alcon secat [f] enterocelas,
Fractaque [g] fabrili dedolat ossa manu.
Tondeat hic inopes [h] Cynicos,& [h] Stoica menta,
[i] Collaque puluerea nudet equina iuba.
Hic miserum [k] Scythica sub rupe Promethea radat:
Carnificem nudo pectore [l] pascat auem.
[m] Ad matrē fugiet Pentheus,ad Mænadas Orpheus:
[n] Antiochi tantùm [n] barbara tela sonent.
Hæc quæcumque meo numerasti [o] stigmata mento,
In veteli [p] picta qualia fronte sedent,
Non iracundis fecit grauis vnguibus vxor:
Antiochi ferrum est,& scelerata manus.
[q] Vnus de cunctis animalibus hircus habet cor:
Barbatus viuit,ne ferat Antiochum.

e Chirurgus Alcon leuiori manu secat enterocelas.
f Hernias ex intestinis in scrotum delapsis.
g Dura & graui instar fabri,non molli & tonsoriâ.
h Philosophi promissas alebant barbas,graues & venerandas, quas sæpe vellit Lucianus.
i Detondeatque equorum iubas.
k Ep.7.lib.spect.& 9.l.46.ep.
l Lege po[...]ceet.id est,Prometheus libentiori animo præbebit iecur laniandum aquilæ,quam mentum radendum Antiocho. & huic lectioni astipulatur versus insequens.
m Ab hoc tonsore fugiet vel ad matrem suam Agauen à qua dilaniatus est:ab hoc fugiet Orpheus ad furentes Bacchas à quibus discerptus est.
n This Barbers barbarous tooles.
o Rudis manus errantisque nouaculæ incisuras & quasi puncturas.ep.64.l.6.f. scorches.
p Rugosa *inquiunt* & sulcata. Alij leg. *Pyctæ* & nomen esse volunt pugilis cicatricibus deformis. Ego retinendum *picta* opinor,& de stigmatiâ intelligo,qualem habes ep.29 l.2.n & o.
q Certè supra hominem adeoque omnia animalia hircus sapit,qui mauult prolixam pascere barbam quàm subire rudes manus & barbara tela tonsoris Antiochi. Καὶ τεάγ@ εὐπώγων εὔσολός ἐστι Πλάτων. Anthol.2.l.52.c.

—*In Zoïlum.* LXXXVI.

[r] SIdere percussa est subito tibi, Zoile,lingua,
Dum lingis cunnum,Zoile: nunc futues.

r Ep.91.l.7.e,& supra, ep.62.g.

In Parthenopæum. LXXXVII.

LEniat vt fauces medicus,quas aspera vexat
Assiduè tussis Parthenopæe tibi:
[a] Mella dari,[b] nucleosque iubet, dulcesq; placentas,
[c] Et quidquid pueros non sinit esse truces.
At tu non cessas totis tussire diebus.
[d] Non est hæc tussis Parthenopæe: gula est.

a Præscribunt enim medici dulcia ad sistendum moderandumque humorem acrem distillantem.
b Pineos.*pityida è pinastris singulare remedium aduersus tussim,in melle decocta*,&c.Plin.15.l.10.c.
c Et dulciaria, quæcunque pueros flentes iracundosq; placant.
d Vide ep.40.l.2.c& i.

—*Ad Charidemum.* LXXXVIII.

DIues eras quondam: sed tunc pædico fuisti,
Et tibi nulla diu fœmina nota fuit.
Nunc [e] sectaris anus.ô quantum cogit egestas!
Illa fututorem te,Charideme,facit.

e Vt ex hoc opere victum quærites.Iuuen.sat.1. vers.38.

De

De Charisiano. LXXXIX.

MVltis iam, Lupe, posse se diebus
Pædicare negat Charisianus.
Caussam cùm modò quærerent sodales,
[f] Ventrem dixit habere se solutum.

f Qua imprudenti excusatione fatebatur se pati solitum, non agere.

Ad Pollam. XC.

[g] INtactas quare mittis mihi, Polla, coronas?
[g] A te vexatas malo tenere rosas.

g Amatoribus quippe gratiores corollæ quæ amicas quasi olerent & saperent, quàm quæ recentè spirarent fragrantiam. vnde illæ meretriculæ vexatas corollas & poma adrosa amatoribus mittere solebant. Lucian. Toxaris.

In Chrestillum XCI.

CArmina nulla probas, molli quæ limite currunt,
Sed quæ per salebras, altaque saxa cadunt.
[a] Et tibi Mæonio quod carmine maius habetur,
[b] Lucili *columella hic situs Metrophanes:*
[c] Attonitusque legis *terraï frugiferaï*,
Accius & quidquid Pacuuiusque vomunt.
Vis imiter veteres Chrestille, tuosque poëtas?
Dispeream [d] si scis, mentula quid sapiat.

a Et tibi magis placet dissolutum, asperum & humile Lucilij ceu negligentis alterius cuiuspiam & lutulenti poëtæ carmen quàm altum, grande, sonorum Homeri. vide Cerealij ep. 2. l. Anthologiæ. c. 46 & Antipatri ep. cap. 47

b *Hic situs est Metrophanes columen familiæ.* versus partem citat Donatus ad Terentium. c Nec sine admiratione legis veterum poetarum duriora verba & hiantia qualia hæc *terraï frugiferaï* ex resolutione diphthongi. d Alij *ni* Alij *nisi*. q. d. Et tamen qui affectas antiquorum verba, vteris præsentibus moribus. Qui probas durum carmen, molliter viuis. vt versus iste meus *Dispeream*, &c. compositione durus est sensu mollis.

Epitaphium Canaces. XCII.

[a] ÆOlidon Canace iacet hoc tumulata sepulchro,
[b] Vltima cui paruæ septima venit hiems.
Ah scelus, ah facinus! properas quid flere viator?
Non licet hîc vitæ de breuitate queri.
Tristius est leto leti genus: horrida vultus
Abstulit, & tenero sedit in ore [c] lues:
[d] Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi,
Nec data sunt nigris tota labella rogis.
Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant alia fata venire via.
[e] Sed mors vocis iter properauit cludere blandæ,
Ne posset duras flectere lingua deas.

a AEolidarum familiæ ac generis. vultque hanc ducere originem ab illâ Canace AEoli filiâ de qua Ouid. in epist. Alij leg. *AEolidos.* Alij, *AEolis heu Canace.*
b Septennis.
c Aphtha, cancer, mentagra. ep. 79. l. 1.
d Crudelis morbus serpit exeditque os Canaces.
e Quæ, nisi vocis organa morbo fuissent interclusa, vel ipsas inexorabiles Parcas dulci voce flectere valuisset.

In

In Zoïlum. XCIII.

MEntitur, qui te vitiosum, Zoïle, dixit.
Non vitiosus homo es, Zoïle,[f] sed vitium.

f In abstracto, & eminenter.

g De Theodoro. XCIV.

PIerios g vatis Theodori flamma Penates
Abstulit, hoc Musis, hoc tibi, Phœbe, placet?
O scelus, ô magnum facinus, crimenque deorum,
Non arsit pariter quòd domus, & dominus!

g Poëtæ sc. sed mali, cuius dum incendium domus condolere videtur, per imprecationem queritur quod non & ipse dominus vna cum ædibus perierit.

In verpum æmulum. XCV.

QVòd nimium liues, nostris & vbique libellis
Detrahis, ignosco: [h] verpe poëta, sapis.
Hoc quoq; non curo, quòd tu mea carmina carpas,
Corripias, & sic verpe poëta sapis.
Illud me cruciat, [i] Solymis quòd natus in ipsis,
Pædicas puerum, verpe poëta, meum.
* Ecce negas, iurasque mihi per templa tonantis.
Non credo: iura verpe,[k] per Anchialum.

h Iudæe, recutite. ep. 81. l. 7. & quæ ad Iuuenalem Sat. 14. v. 105.

i Vrbe Iudeæ celeberrima. Hierosolyma, Salem, Iebus.

k Omissis quæ hîc Domitius Calderinus de statua & numine Sardanapali in Anchiala vrbe Ciliciæ culto: & quæ Hermolaus ad Plin. l. 5. c. 27. Quæ etiam N. Rigaltius de Anchialo, quem Martialis puerum fuisse autumat: Attende clarius (τόγ' ἐμοὶ δοκοῦν) lumen & acumen Ios. Scaligeri in Prolegom. ad libros de Emendation. temporum vbi de Tyriorum & Sidoniorum dialecto differens; *Et sanè* inquit *mirum est illis sanctissimum fuisse iusiurandum* Korban, *vt Iudæis* חי אלה *vel* חי יהוה Chaiala *vel* Chaiadonai. *Sed tempore Martialis pronunciabant* Chiala: *Iura verpe per Anchialum. Quia Iudæos audiebat* Chiala *iurare; propterea putabat esse* Anchialum, *quòd vox* Anchialus *notior illis fuerat quam* Chiala. Cuius ingeniosissimi viri expositioni subscribo, nisi quòd poëtam posuisse Anchialum pro notiori vocabulo (fueritne illud magi, herois, numinisve ficti nomen?) inficias eam. Quinimo totum hoc & integrum fuisse Iudæorum iuramentum contendo. אם enim Hebræis sonat *Si* in iuramentis vsitatum, vt 5. c. Ierem. 2. v. יאם חי יהוה *& si viuit Dominus*, atque alibi pluries in S. Script. Quin & אם absolutè positum in iurando negat, Psal. 89. v. 36. & 1. Reg. 17. c. 1. v. Quum itaque poëta ex pronunciatione אם חי אלה *Si viuit Deus* aduertisset Iudæos iurasse, Hebræa non intelligens, esse has distinctas voces vnius Dei nomen credidit, atque ita vsurpauit, *m* ante *ch* in *n* verso ad Græcas & Romanas literarum dispositionis leges.* Erit itaque hic poëtæ sensus. Scio ego vos Iudæos proiectissimam esse ad libidinem gentem, vt vt religione, commercio, officijs, & concubitu alienorum abstinere professam: Scio itidem apud vos profana esse omnia, quæ apud nos sacra: Scio apud vos ipsos fidem esse obstinatam, aduersus alios lenem: Scio nihil vos priùs imbui, quàm contemnere deos alienos, vestrum solùm colere, vereri, respicere, &c. *Tacit. 5. Hist.* Quoniam itaque te suspectum habeo pro scarabæo, κἀρδιάφορα τοιαῦτα κυλινδοῦντι, non credo tibi neganti per Iouem nostrum iurato, vt qui nullâ te hîc religione aut periurij pœnâ teneri putes: verùm adigo te ad iuramentum per Deum vestrum, per quem iurato tibi credam. Hoc autem non facies, neque reus per tuum Deum de puero meo peierabis.

—— *Ad Flaccum.* XCVI.

INcideris quoties in basia fellatorum,
In [l] solio [m] puto te mergere, Flacce, caput.

l Ep.42.l.2.a.
m Vide ep.70.l.2.b.

Ad Germanum XCVII.

[n] MArtia non Rhenus salit hîc Germane, quid obstas,
Et puerũ prohibes diuitis imbre lacus?
Barbare, non debet submoto ciue ministro
[o] Captiuam [p] victrix vnda leuare sitim.

n Hæc, O Germane, est è nostrâ Martiâ (de qua ep. 42.l.6.f.) non ex tuo Rheno deducta aqua: vt eius potu interdicas ingenuo ciui.
o Tui, captiui.
p Martia, ducta in vrbem Romam Germaniæ victricem.

—— *In Thelesillam.* XCVIII.

VNa nocte quater possum: sed quatuor annis
Si possum, peream, te Thelesilla semel.

Ep.33.& 75.l.3.

Ad Bassam. XCIX.

[a] EFfugere non est, Basse, [b] basiatores.
Instant, morantur, persequuntur, occurrunt.
Et hinc, & illinc, vsquequaque, quacumque.
[c] Non vlcus acre, pustulæve lucentes,
Nec [d] triste mentum, sordidique [e] lichenes,
Nec [f] labra pingui delibuta ceroto,
Nec [g] congelati gutta proderit nasi.
Et æstuantem basiant, & algentem,
Et [h] nuptiale basium reseruantem.
Non te cucullis asseret caput tectum,
Lectica nec te [i] tuta pelle, veloque,
Nec vendicabit cella sæpius clausa.
Rimas per omnes basiator intrabit.
Non consulatus ipse, non tribunatus,
Sæuique [k] fasces, nec superba clamosi
Lictoris abiget virga basiatorem.
Sedeas in alto tu licet tribunali,
Et è curuli iura gentibus reddas:
Adscendet illa basiator, atque illa:
Febricitantem basiabit & flentem:
Dabit oscitanti basium, natantique:
Dabit & cacanti. remedium mali solum est,
Facias amicum, [l] basiare quem nolis.

a Non licet effugere, nullâ ratione, consilio nullo poteris effugere.
b Ep.94.l.7.a.&10.ep.2.l.
c Nullum genus morbi, vlceris aut contagij.
d Mentagra. supra ep. 92.c. & 79.l.1.
e Qui è genere cancri.
f Delibuta vnguento è cerâ ceu cerussâ ad fissuras & vlcera.
g Ep.56.l.7.b.
h Quod clauso ore reseruat sponsus sponsæ suæ acceptum.
i Lecticæ autem pellibus velisque muniebantur. Lips. Elect.1.l.c.19.
k Prælati prætori consulibusque a lictoribus.
l Cui absque offensa negare posis. ep.23.l.2.

In

In Lesbiam. C.

DE cathedra quoties surgis, iam sæpe notaui,
[a] Pædicant miseram Lesbia te tunicæ.
Quas cùm conata es dextra, conata sinistra
Vellere, cum lacrymis eximis, & gemitu.
[b] Si constringantur gemina symplegade culi,
[c] Et Minyas intrant, Cyaneasque nates.
Emendare cupis vitium deforme? docebo,
Lesbia, nec surgas censeo, nec sedeas.

a Hærent tibi imæ tunicæ.
b Al. Sic constringantur.
c Tunicæ tuæ constringuntur, non secus ac columba vel clauus nauis Argus in collisione Cyanearum seu Symplegadum Insularum, quas transmisere Minyiæ Thessali, cæterique Argonautæ. vide quæ ad Senecæ Herc. Fu. vers. 1212. & Medeam, vers. 233. & supra 7. l. 18 ep. c.

Ad Flaccum. CI.

HAbere amicam nolo, Flacce, [a] subtilem,
Cuius lacertos annuli mei cingant,
[b] Quæ clune nudo radat, & genu pungat:
[c] Cui serra lumbis, [d] cuspis eminet culo.
Sed idem amicam nolo mille librarum.
[e] Carnarius sum, pinguiarius non sum.

a Gracilem, exilem iunceam.
b Quæ depygis, macilenta, & quasi nudis ossibus.
c Cuius dorsi spina serram præ se ferat.
d Vropygium. ep. 92. l. 3. g.
e Puellam volo corporis solidi & carnosam, non pinguedine tumidam grauemque.

Ad Flaccum. CII.

THaïda tam tenuem potuisti, Flacce, videre?
[f] Tu puto, quod non est, Flacce, videre potes.

f Summâ sanè es oculorum perspicaciâ qui tam exilem deprendere posses, vide ep. superius.

In Lydiam. CIII.

NOn est mentitus qui te mihi dixit habere
Formosam carnem Lydia, non faciem.
[a] Est ita, si taceas, & si tam muta recumbas,
Quàm silet in cera vultus, & in tabula.
Sed quoties loqueris, carnem quoque Lydia perdis,
Et sua plus nulli, quàm tibi lingua nocet.
[b] Audiat ædilis ne te, videatque, caueto;
[c] Portentum est, quoties cœpit imago loqui.

a Commendat te tacentem cutis pulchra: sed ea est oris tui, quoties loqueris, inelegantia & inuenustas, quæ corporis formam deturpet.
b AEdilis quippe erat curare portenta (quale est si sudet loquaturue imago) expianda & tollenda.
c Corpus habes marmoreis dearum imaginibus non cedens, loquentis vero gestum portentosum.

Ad Sophronium. CIV.

TAnta tibi est animi probitas, orisque Sophroni,
[d] Vt mirer fieri te potuisse patrem.

d Vt mirer te vel cum vxorem habuisse.

In

—*In vxorem.* CV.

VXor vade foràs,[a] aut moribus vtere nostris:
 [b] Non sum ego nec Curius, nec Numa, nec Tatius.
Me iucunda iuuant tractæ per pocula noctes:
 Tu properas pota surgere tristis aqua.
Tu tenebris gaudes: me ludere teste lucerna,
 Et iuuat admissa [c] rumpere luce [c] latus.
Fascia te, tunicæque tegunt, obscuraque palla:
 At mihi nuda satis nulla puella patet.
Basia me capiunt blandas [d] imitata columbas:
 Tu mihi das,[e] auiæ qualia mâne soles.
[f] Nec motu dignaris opus, nec voce iuuare,
 Nec digitis: [g] tanquam thura, merumque pares.
Masturbabantur Phrygij post ostia serui,
 [h] Hectoreo quoties sederat vxor equo.
[i] Et quamuis Ithaco stertente pudica solebat
 Illic Penelope semper habere manum.
Pædicare negas: [k] dabat hoc Cornelia Gracco,
 [k] Iulia Pompeio, [k] Portia, Brute, tibi.
Dulcia [l] Dardanio nondum miscente [l] ministro
 Pocula,[m] Iuno fuit pro Ganymede Ioui.
Si te delectat grauitas,[n] Lucretia toto
 Sis licet vsque die: [o] Thaïda nocte volo.

a Quasi diuortij causa sit inæqualitas morum, vel in vxore magis probatorum quàm in viro.
b Non sum continens, castus, pudicus, quales Cu. Nu. & Tatius.
c ἐν τῷ τ̃ πολυχρύσε Ἀφροδίτης ἔργῳ.
d Lasciua, qualia sibi ingeminant columbæ & passerculi salaces.
e Casta, qualia sibi inuicem libant οἱ συγγενεῖς ἀσπάζοντες καὶ φιλοῦντες.
f Supra ep. 61. g.
g Tanquã pura, & rem diuinam thure meroq; factura. *Sic surgit mâne puella Protinus vt sanctos possit adire Deos.* Oui. 3. l. Amo. 6 el.
h Quoties Andromache & ipsa pudica per lasciuum ludum Hectori insedit. *Hisp cavalgava à Hect.* vel allusum ad versum Ouidij. 3 de Arte: *Thebais Hectoreo nupta resedit equo.*
i Et socero dormiente, illa castæ famæ Penelope erat λεσβιὰς τείβουσα.
k Verecundissimæ matronæ Rom non negabant illud — ep. 69. l. 9. a, maritis suis viris grauissimis.
l Ganymede.
m Et ipsa castissima coniugij præses, tamen —
n Grauis & casta, vt Lucretia.
o Facilem & lasciuam, vt Thaida.

Ad Garricum. CVI.

MIttebas libram: quadrantem, Garrice, mittis.
 [p] Saltem semissem, Garrice, solue mihi.

p Saltem gradatim & per media descendisses ad hoc imum. vt ep. 71. l. 8.

Ad Albium Maximum. CVII.

ALbi Maxime, si vacabit hora,
Hoc tantùm lege: namque & occupatus,
Et non es nimium laboriosus.
Transis hos quoque quatuor. [q] sapisti.

q Qui et hoc tibi laboris parcis, fastidioso lectori.

Ad Septicianum. CVIII.

[r] EXplicitum nobis vsque ad sua cornua librum,
 Et quasi perfectum, Septiciane, refers.

r Euolutum ad vmbilicum vsque, perinde ac legisses. ep. 67. l. 1. l.

Omnia

Omnia legisti: credo, scio, gaudeo, verum est.
Perlegi libros [f] sic ego quinque tuos.

f Explicitos sc, oculis lustratos, ac rursum inuolutos, vt tu meos.

Ad lectorem. CIX.

QVamuis tam longo possis satur esse libello
Lector, adhuc à me disticha pauca petis.
Sed [a] Lupus vsuram, puerique diaria poscunt.
Lector solue. taces, dissimulasque. vale.

t Fœnerator.
u Demensa & cibaria seruis distribuenda in diem.
x Ep. 16. i. & 26. h. lib. 5.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON. LIBER XII.

M. Val. Martialis Prisco suo salutem.

[a] *SCio me patrocinium debere contumacissimæ triennij desidiæ: quæ absoluenda non esset inter illas quoque occupationes vrbicas, quibus facilius consequimur, vt molesti potiùs quàm officiosi esse videamur: nedum in hac prouinciali solitudine, vbi nisi etiam intemperanter studeamus, & sine solatio, & sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationem; in qua hoc maximum & primum est, quòd* [b] *ciuitatis aures, quibus assuêueram, quæro, & videor mihi in alieno foro litigare. Si quid est enim in libellis meis quod placeat, dictauit* [c] *auditor. Illam iudiciorum subtilitatem, illud materiarum ingenium, bibliothecas, theatra, conuentus, in quibus studere se voluptatibus non sentiunt: ad summam omnium ea quæ delicatè reliquimus, quasi destituti desideramus. Accedit his* [d] *municipalium rubigo dentium, & iudicij loco liuor, & vnus aut alter mali, in pusillo loco multi, aduersus quos difficile est habere quotidie bonum stomachum.* [e] *Ne mireris igitur abiecta ab indignante, quæ à gestiente fieri solebant. ne quid tamen & aduenienti tibi ab vrbe, & exigenti negarem,* [f] *cui non refero gratiam, si tantum ea præsto quæ possim,* [g] *imperabo mihi, cui indulgere consueueram, & sta-*

a Sat scio mihi opus esse validissimâ defensione, qua excusem silentium meum & scribendi intermissionem cui contumaciter tres iam annos vacaui, crimen veniâ haud quaquam dignum vel per occupationes vrbis, multo minus in hoc prouinciali ocio & secessu.
b Elegantes & acutos auditores, quales mihi Romæ contigerunt, desidero. hic parum idoneos comperio,
c A cuius ingenio, iudicio, virtutibus, vitijs, nec nõ ab vrbis magnificis ædificijs ludisque mihi erat seges & materia epigrãmatœn. idq; citra tædium, immò cum Venere quadam & delectatione studij.
d Municipum meorum Bilbilitanorum inuidia & maleuolentia, qui quidem pauci, sed pro loci exilitate multi, me carpunt, obtrectant, mordent.

e Ne sit igitur mirum si per indignationem deposuerim & abiecerim illa studia, quæ mihi antea cordi fuerunt. f Rotundè expressit illud Ciceronis 8. epist. l. 4. Fam. Epist. *Reliquum est, vt ad omnia quæ tui velint, ita sim præsto, vt me non solum omnia debere tuâ causâ, quæ possum, sed ea quoque quæ non possum, putent. Proni studij* inquit Val. Max. 4. l. 8 c. *certius est indicium supra vires niti, quam viribus ex facili vti: Alter enim, quod potest, præstat; alter etiam plus quam potest.* g Ego itaque excitabo ingenium meum & studium, quæ olim me.

tui paucissimis diebus, vt familiarissimas mihi aures tuas exciperem [h] aduentoria sua. Tu velim ista quæ [i] tantùm apud te non periclitantur, diligenter æstimare, & excutere non graueris; &, [k] quod tibi difficillimum est, de nugis nostris iudices nitore seposito, ne Romam, [l] si ita decreueris, [m] non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum.

h Libro hoc, tanquam aduentoriâ cœnâ, qua excipere amicos peregre aduenas moris est. Turnebus. 30.l.26.c.

i Non solùm apud te cui hæc scribo, sed & apud alios quibus propter te innotescent. *vel,* non tantum iudicij & censuræ periculum apud te, cuius candore fretus sum, imbunt, quantum apud alios non æquè æquos & candidos. k Solitâ beneuolentiâ & innatâ humanitate quibus me pertinaciter prosequeris, ad tempus depositis, quo rigidiorem agas censorem, diiudicesque an Romam mitti mereatur liber hic in Hispania scriptus. l Si tu censueris lib. hunc dignum qui Romam videat. m Non tantùm a solitâ vrbanitate & Romano cultu degenerem, qui in Hispania scriptus Hispanum aliquid sapiat: sed prorsus barbarum ac rudem.

Ad Priscum. I.

[a] RETia dum cessant, [b] latratoresque Molossi,
Et non inuento sylua quiescit apro:
Ocia, Prisce, breui poteris donare libello.
Hora [c] nec æstiua est, nec tibi tota perit.

a Dum cessat venandi studium per anni tempus. videtur fuisse ver vel autumnus horæ enim neque æstiuæ. & apriorum venationi inseruit hyems.

b Canes e Molossorum genere, qui acres. c Non longissima, quales sunt horæ æstiuæ, ex diuisione diei pro anni tempore inæqualis, in 12 partes.

Ad sua carmina. II.

[d] QVæ modò litoreos ibatis carmina Pyrgos,
Ite Sacra, [e] iam non puluerulenta via est,

d Carmina, qualia prius ex vrbe misi Pyrgos Tusciæ oppid. maritimum, dispergenda inde per alias orbis partes, nunc ego mitto ex alia orbis parte in vrbem. ep. seq. e Humido sc. vere vel autumno, vt priore ep. a.

Ad librum suum. III.

AD populos mitti qui nuper ab vrbe solebas,
Ibis tu Romam nunc peregrine liber.
[a] Auriferi de gente Tagi, [b] ternicique Salonis
[c] Dat patrios Manes quæ mihi terra [d] potens.
Non tamen hospes eris, nec iam potes aduena dici,
[e] Cuius habet fratres [f] tot [g] domus alta Remi.
[h] Iure tuo veneranda noui pete limina templi,
[i] Reddita [k] Pierio sunt vbi templa [k] choro.
Vel si malueris, prima gradiere [l] Subura:
Atria sunt illic [m] consulis alta [m] mei.
Laurigeros habitat facundus Stella Penates,
Clarus Hianteæ Stella [n] petitor aquæ.

a Ex Hispania metallis celebri, vbi aurifer Tagus & Salo cuius aquis ferrum temperatur. ep. 50. l. 1. n & l.
b Propter montes vel accolas.
c Vbi parentum cineres.
d Al. *parens.*
e Cuius pater autorque vixerit Romæ 34 annos.
f Libros ep. vndecim, duos distichorum, spectaculorum vnum.
g Roma.
h Namque templum est Apollinis & Musarum, ab Augusto in Palatio excitatum, in quo poetarum opera recitabantur & probata reponebantur cum imaginibus. i A Nerua restituta. k Musis & Poëtis. l Ep 35 l. 1. c. m Stellæ, cui ego consulatum voui. ep. 43. l 9. *vel* mihi fauentis. n Al. *sitior.* Stella diu ambiuit Violantillam. Statius in Epithalamio Sylu. 1. in cuius ædibus limpidissimus fuit fons, de quo vide ep. 49. l. 7. & l. 6 47. ep.

Fons ibi [o] Castalius vitreo torrente superbit,
[o] Vnde nouem dominas sæpe bibisse ferunt.
[p] Ille dabit populo, patribusque, equitiq; legendum,
[q] Nec nimium siccis perleget ipse genis.
Quid [r] titulum poscis? versus duo tresve legantur,
Clamabunt omnes te liber esse meum.

o Propter Stellam poëtam.
p Stella.
q Præ desiderio mei effusis lacrymis.
r Autoris nomine insignitum.

Ad Priscum. IV.

QVod [a] Flacco, [b] Varioq; fuit, summoque Maroni,
[c] Mæcenas atauis regibus ortus eques:
Gentibus & populis hoc te mihi, Prisce Terenti
Fama fuisse loquax, chartaque dicet [d] anus.
Tu facis ingenium, tu, si quid posse videmur,
Tu das [e] ingenuæ munera [e] pigritiæ.[f]

a Horatio.
b Nobili poëtæ. ep. 18. l. 8. b.
c Alludit primum Horatij versum. *Mæc. atauis edite regibus.*
d Longæua. vide ep. 40. l. 1. a.
e Literato ocio.

f Hexastichon illud *Macte animi, &c.* demigrasse hinc in sextum epigr. suspicatur Turnebus l. 30. c. 26. & huc rescribendum. sed non video cur non & illud Neruæ ascribatur. vt suo loco.

Ad Cæsarem. V.

[g] LOngior vndecimi nobis, decimique libelli
Arctatus labor est, & breue [h] rasit opus.
Plura legant vacui, quibus ocia tuta dedisti:
Hæc lege tu Cæsar: forsan & illa leges.

g Decimus, vndecimusque liber ep. à me emendati contractique sunt.
h Castigando erasit. Aldus legit *vasit.* i. euasit.

In commendationem Neruæ. VI.

COntigit Ausoniæ procerum mitissimus aulæ
Nerua: licet [a] toto nunc Helicone frui.
Recta fides, hilaris clementia, cauta potestas
Iam redeunt: longi terga dedere metus.
[b] Hoc populi, gentesque tuæ pia Roma precantur:
Dux tibi, sit semper talis, & iste diu.
[c] Macte animi, quem rarus habet, morumq; tuorum,
[d] Quos Numa, [e] quos hilaris posset habere Cato.
Largiri, præstare, [f] breues extendere census,
Et dare quæ faciles vix tribüere dei;
[g] Nunc licet, & fas est. [h] sed tu sub principe duro,
Temporibusque malis, ausus es esse bonus.

a Liberè vacare Musis, sub Imperatore qui Musis Poesique fauet.
b Quod habet versus insequens, *Dux tibi, &c.*
c Magis auctus sis. Hortandi formula re bene gestâ, sumpta à sacris. Quoties enim victimæ infundebatur thus aut vinum, dicebant, *Mactus est taurus.* h. c. cumulata est hostia & magis aucta. Isidor. l. 10. c. 10.
d Ep. 6. l. 11. d.
e Quos mores posset habere Cato, nisi quod magis tetricus fuit quàm Nerua supra. *hilaris clementia.* f Ciuium paupertatem opibus subleuare. g Sub principe tam pio, clementi, æquo: quandoquidem—h—Tu ipse O Nerua sub Nerone & temporibus illis malis non dubitabas esse bonus.

De Ligia. VII.

TOto vertice [i] quot gerit capillos,
Annos si tot habet Ligia, trima est.

i Est itaque tripilis seu trifilis. ep. 74. l. 6. b.

In commendationem Traiani. VIII.

TErrarum dea, gentiumque Roma,
Cui par est nihil, & [k] nihil secundum,
Traiani modò læta cùm futuros
Tot per secula computaret annos.
Et fortem, iuuenemque, Martiumque
[l] In tanto duce militem videret:
[m] Dixit præside gloriosa tali,
Parthorum proceres, ducesque Serum,
Thraces, Sauromatæ, Getæ, Britanni,
Possum ostendere Cæsarem, Venite.

k Vel si quid, longo certè interuallo, proximum.
l *Sic Imperatorem commilitonemque miscueras, &c.* Plin. in Panegyrico Traia. ita locutus est de Cæsare Sylla, referente Suetonio. 1. c. *Cæsari multos Marios inesse.*
m Vos (inquit Roma) nominis Romani hostes, nolite vlterius insolescere, iam enim nacti sumus verum Cæsarem iniuriarum vestrarum futurum vindicem. venite igitur pacem orantes.

Ad Cæsarem. IX.

[n] PAlma regit nostros, mitissime Cæsar, Iberos,
Et placido fruitur pax [o] peregrina iugo.
Ergo agimus læti tanto pro munere grates:
Misisti [p] mores in loca nostra tuos.

n A. Cornelius Palma vir Consularis, illustris & Traiano gratissimus, qui, teste Dione, præfuit Syriæ. Idem (credo) iam præficiebatur Hispaniæ. Nam quod de palmâ symbolo Victoriæ & Iustitiæ quæ propter Traiani de Dacis & Scythis triumphum in nummis Traiani est expressa, non vsquequaque conuenit. o Extra Italiam. p Præfectum, æmulum tuorum morum.

De Africano. X.

HAbet Africanus [q] millies, & tamen captat.
Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

q Al. *millies, tamen captat.*

Mittit librum ad Parthenium. XI.

[a] PArthenio dic Musa [b] tuo, nostroque salutem.
[b] Nam quis ab Aönio largiùs amne bibit?
Cuius [c] Pimplæo [d] lyra clarior exit ab antro,
Quem plus [e] Pierio de grege Phœbus amat?
Et si fortè, sed hoc vix est sperare, vacabit:
[f] Tradat vt ipse duci carmina nostra, roga,
* Quatuor & tantùm, timidumq; breuemq; libellum
Commendet * verbis: *hunc tua Roma legit.*

a Vide ep. 1. l. 11. b. iudicium de hoc ep. ad Parthenium.
b Dict. ep. 1. l. 11. d.
c Ep. 4. l. 11. a.
d Forte & Lyricis vacabat Parthenius.
e È Poëtis.
f Eandem poscit ab illo operam, ep. 6. l. 5.
* Quæ subsequuntur, nempe; *hunc tua Roma legit.*

[g] *In Postumum.* XII.

OMnia promittis, cùm tota nocte bibisti:
Mâne nihil præstas: Postume, [g] mâne bibe.

g Vt eodem die præstes, neque excidant tibi quæ promisisti sobrio post somnum.

Ad Auctum. XIII.

[h] GEnus, Aucte, lucri diuites habent iram.
Odisse quàm donare vilius constat.

h Vide huic geminum. ep. 57. l. 3.

Ad Priscum. XIV.

PArciùs vtaris moneo [a] rapiente [b] veredo
Prisce, nec in lepores tam violentus eas.
Sæpe [c] satisfecit prædæ venator, & acri
Decidit excussus, nec rediturus equo.
[d] Insidias & campus habet: nec fossa, nec agger,
Nec sint saxa licet, fallere plana solent.
Non deerunt qui tanta tibi spectacula præstent,
[e] Inuidia fati sed leuiore cadant.
Si te delectant animosa pericula: [f] Tu scis,
Tutior est virtus, insidiemur apris.
Quid te frena iuuant temeraria? [g] sæpiùs illis
Prisce datũ est equitem rumpere, quàm leporem.

a Celeri, volante.
b Opinio est (inquit Turnebus 18. l. 1. c.) veredum equum esse qui vehat. i. trahat rhedam, sic enim Isidorus lib. 12. c. 1. sed ego (inquit) veredum equum simplicem esse puto qui non trahat rhedam aut cisium, neque enim verisimile est, qui venabatur, rheda vectari.
c Ipse, dum prædam captaret, præda factus.
d Vel in plano locus est ruinæ & morti.

e Leuior inuidia in Deos, leuior querela & iactura alterius quàm tui. ep. 13 l. 1. l. f Tu nosti verum hoc esse. Alij leg. *Tuscis*. Synecdochicè pro *grandibus & ferocioribus* quales habet Thuscia. g Sæpius equitem venatorem occidere quàm leporem solent prouolantes laxis frenis equi. ep. 50. l. 1. c.

Adulatorium. XV.

QVidquid [a] Parrhasiâ nitebat aulâ,
[b] Donatum est oculis, deisque nostris.
* Miratur [c] Scythicas [d] virentis auri
Flammas Iupiter, & * stupet superbas
[e] Regis delicias, [f] grauesque lusus.
Hæc sunt pocula, quæ decent tonantem:
Hæc sunt, quæ [g] Phrygium decent [g] ministrum.
Omnes cum Ioue [h] nunc sumus beati:
At nuper, pudet, ah pudet fateri,
Omnes cum Ioue pauperes eramus.

a Palatinâ. ep. 54. l. 7. c.
b Consecrabatur Dijs & templis, spectandum non vtendum.
* Non sine admiratione & stupore videt se auro effictum gemmisque radiantem Iup. ep. 5. l. 11. c.
c Referas ad aurum vel smaragdos. nam vtroque clarent Riphei montes.
d Repercussu smaragdorum aureis imaginibus & poculis insertorum.

e Domitiani Imp. f Principis immoderatum in templis exornandis studium cum damno populi a quo exigebat aurum in hunc vsum. Alij leg. *grauesque luxus*. g Ganymedem. h Traiano non exigente à nobis & corradente vndique aurum in sacros illos luxus.

—In Labienum. XVI.

ADdixti, Labiene, tres agellos:
Emisti, Labiene, tres cinædos:
Pædicas, Labiene, treis agellos.

a Sic ep. 31. l. 10.

¶ In Lentinum. XVII.

[a] QVare tam multis à te, Lentine, diebus
Non abeat febris, quæris, & vsque gemis.
Gestatur tecum sella, pariterque lauatur:
Cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Ebria Setino fit sæpe, & sæpe Falerno:
Nec nisi [b] post [c] niueam Cæcuba potat [c] aquam.
Circumfusa rosis, & [d] nigra recumbit amomo,
Dormit & in pluma, purpureoque toro.
[e] Cùm sit tam pulcrè, tam bellè viuat apud te,
Ad [f] Dammam potiùs vis tua febris eat?

a Cùm febris à te excipiatur molli gestatione, balnearum blanditijs, optimarũ dapum vinorumque delicijs, omnium denique, quæ humoris sui fomitem & nutrimentum febris appetit, lautitie & luxu: inhumana certè & insulsa foret, si à tam felici & benigno hospite ad pauperem miserumque deficeret ac discederet. lepidissimus est eiusdem ingenij apologus N. Gerbellij de Podagra & aranea & epigr. Græ. l. 2. c. 43. Μισόπτωχε θεὰ, μόνη πλούτου διαμάτειρα, &c. b Emendatius legitur *per niu.* c Ep. 65. l. 5. b. d Vncta amomo, vt ep. 58. infra. e Alij leg. *Cùm sit ei pulchrè, cum tam benè viuat apud te.* f Proletarium nescio quem inopem & infelicem. poetis vsurpatum nomen serui manumissi. Horat. & Persio.

Ad Iuuenalem. XVIII.

DVm tu forsitan inquietus erras
[a] Clamosa [b] Iuuenalis in [c] Subura,
Aut [d] collem dominæ teris [d] Dianæ:
Dum per limina te potentiorum
[e] Sudatrix toga ventilat, vagumque
[f] Maior Cœlius, & minor fatigant:
Me multos repetita post Decembres
Accepit mea, rusticumque fecit
[g] Auro Bilbilis, & superba ferro,
Hîc pigri colimus labore dulci
[h] Bothrodum, * Plateamque: Celtiberis
Hæc sunt * nomina * crassiora terris.
Ingenti fruor, improboque somno,
Quem nec [i] tertia sæpe rumpit hora.
Et [k] totum mihi nunc repono, quidquid
Terdenos vigilaueram per annos.
[l] Ignota est toga: sed [m] datur petenti
[n] Rupta proxima vestis è cathedra.
[o] Surgentem focus excipit [p] superba

a Strepenti clamoribus præconum & aliorum qui res venales & promercales clamitant.
b Satyricus ille, vt vult Lipsius, quem 20. epist. 4. l. epistolicarum Quæstionum arguit ab exilio reuersum scripsisse mortuo Domitiano.
c Ep. 35. l. 1. e.
d Auentinum in cuius vertice templum Dianæ. ep. 64. l. 6. k.
e In qua tu salutatoris obiens officia sudas.
f Mons Cœlius, vnus e 7 collibus, dictus olim Querquetulanus. & in eo colliculus minor Cœliolus dictus.
g Supra, ep. 3. a. & 50. ep. 1. l.
h Ep. 50. l. 1. f.
* Ep. 55. l 4. *.
i Tertia diei hora, quæ nobis fermè nona vel octaua antemeridiana pro vario anni tempore. k Compenso somno & edormio, quicquid Romæ vigilaueram. l Officia togata mihi nulla. ep. 51. l. 10. c. *Iani Numæque ninguidos menses in octo fuliginoso & tunicatâ quiete transmittere.* Sidonius epist. 14. l. 2. m Mihi mâne surgenti petentique datur a seruo. n Proxima i. quælibet obuia vestis e rupta cathedra repositoria, vel Rupta vestis è proxima cath. productâ vltimâ in *Rupta* propter *pr* insequentes, vel neglecto Phaleucij modulo, in quo non admodum religiosus est Martialis. o Mc. p Altâ.

q Vicini strue cultus iliceti,
r Multa villica quem coronat olla.
Venator sequitur: sed s ille, quem tu
Secreta cupias habere sylua.
t Dispensat pueris, u rogatque longos
Leuis ponere villicus capillos.
Sic me viuere, sic iuuat perire.

q *Vicina in ipsum sylua descendet focum.* ep. 50. l. 1.
r Quem villica cingit multis ollis. vel cui foco villica imponit ollas coquentes prandia & cœnas.
s Delicatus adeo & mollis, vt cupias, &c.
t Diaria, operumque labores.
u Villicus nouaculâ rasus rogat dominum vt liceat pueris deponere capillos, quod signum erat emeritæ suæ militiæ, vt iam in viros transcripti rei rusticæ dent operam. Ramiresius ad 57. ep. 3. l. intelligit ipsum villicum leuem rogare dominum vt hoc sibi liceat. vide an huc faciat illud Catulli in Epithalamio: *Sordebam tibi villice Concubine hodie atque heri, Nunc tuum cinerarius Tondet os.*

De Aemilio. XIX.

IN thermis sumit lactucas, oua, lacertum,
Et cœnare foris se negat Æmilius.

In balneis potabant non rarò, sed & quandoque cibi aliquid sumebant. Lautiores vnâ lauantibus distribuebant cibos gustandos, hos vorauit AEmilius, ita vt sibi non esset opus captare cœnam, quod cùm sordidum esset, iactauit se non cœnare foris.

Ad Fabullum. XX.

QVare non habeat, Fabulle, quæris
Vxorem Themison. habet x sororem.

x Amicam. vide ep. 4. l. 2.

Ad Marcellam.* XXI.

a MVnicipem b rigidi quis te Marcella b Salonis,
Et genitam nostris quis putet esse locis?
Tam rarum, tam dulce sapis: c Pallatia dicent,
Audierint si te vel semel, esse suam:
Nulla nec in media d certabit nata Subura,
Nec Capitolini collis alumna tibi.
e Nec citò f ridebit peregrini gloria partus
Romanam * ducat quam magis esse nurum.
Tu desiderium g dominæ mihi mitius g vrbis
Esse iubes: h Romam tu mihi sola facis.

* Vxorem Martialis ep. 31. infra.
a Quis te crederet Hispanam è Bilbili quam alluit Salo?
b Ep. 3. supra, a & b.
c Sic ep. 54. l. 11. *Romanam credere matres Italides possunt.*
d Emendatius leg. *certârit.* Neque vlla medio Romæ vico vel monte Capitolino nata tibi contenderit nedum vicerit moribus, linguâ, ingenio.
e Neque facilè alia fœmina nobilis nascetur extra vrbem, quam magis deceat esse Romanam, vel quæ magis referat matronam Romanam quàm Marcella. Distichon intricatum &, ni fallor, mendosum, in quo emendando non pauci elaborarunt. Ios. Scal. in Catullum legit: *Te citò ridebit peregrinus Clodia partus, &c.* i. Marcella cui nomen Claudia. f Nata ridebit ad parentes. Allusum ad illud Virg. 4. Ecl *Quoi non risere parentes.* cuius rationem vide apud Seruium & alios Virgilii interpretes, tum Quintilian. 9. l. 3. c. & Turnebum 18. l. 34. c. * Al. *deceat.* g Romæ. h Etiam in Bilbili.

De Philænide. XXII.

QVàm sit lusca Philænis indecenter,
Vis dicam breuiter tibi Fabulle?
Esset i cæca decentior Philænis.

i Si vtroque careret oculo, sed vide quæ ad ep. 33. l. 2.

In Læliam. XXIII.

DEntibus, atque comis, nec te pudet, vteris emptis.
Quid facies oculo Lælia? non emitur.

Edentula eras, adsciuisti dentes eburneos buxeosq; : calua eras, sumpsisti comas factitias & emptitias : cæca facta es; qua arte reficies hoc damnum, cum oculi non perinde ac comæ atque dentes adulterati emantur?

Ad Iuuencum, de couino curru. XXIV.

O Iucunda,[a] couine,* solitudo,
[b] Carruca magis,[c] essedoque gratum
Facundi mihi munus [d] Heliani :
Hîc mecum licet hîc Iuuence,[e] quidquid
In buccam tibi venerit, loquaris.
Non [f] vector Libyci [g] niger caballi,
Succinctus neque [g] cursor antecedit.
* Nusquam est mulio : mannuli tacebunt.
O si conscius esset hic [h] Auitus,
[i] Aurem non ego tertiam timerem.
Totus quàm bene sic dies abiret!

a Currus camerate. *Mela*, l.3.c.4. vehiculum falcibus armatum. vnde *Silio* l.17. *couinus falcifer* dictus.
b Curriculo bijugi.
c Curru Britannico, petorrito.
d Al. *Hadriani*.
e Quodlibet liberè.
f Vectus, ὁ ὑποχείμενος ἐφ' ἵππῳ.
g Maurus, Massylus eques expeditus. ep.23.l.9.n.& 13.ep.l.10.b.
* Mulionem non habet couinus, qui regat equos, vnde supra dixit *solitudinem*. certe equulei couinum trahentes non deferent, non prodent sermones nostros. h Stertinius. epist. ad 9. lib. i Neminem è tribus. etsi vulgò iactum sit prouerbium, *Tacere posse duos, absente altero.*

In Thelesinum. XXV.

CVm rogo te nummos sine pignore, non habeo,
Idem, si pro me spondet agellus, habes. (inquis.
Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali,
Credis colliculis, arboribusque meis.
Ecce reum [k] Carus te detulit : [l] adsit agellus.
Exsilij comitem quæris? [m] agellus eat.

k Causidicus & delator. de quo, Plin. 2. epist. 1.l. & Iuuen. 1 sat. v.36.
l Tibi in iudicio causam tuam agat agellus meus, cui magis credis quàm mihi. *Scopticè.*
m Non ego vetus sodalis.

In auarum amicum. XXVI.

[a] SExaginta teras cùm limina mâne senator,
Esse tibi videor desidiosus eques :
Quòd non à prima discurram luce per vrbem,
Et referam lassus [b] basia mille domum.
[c] Sed tu purpureis vt des noua nomina fastis,
[d] Aut Numidûm gentes, Cappadocumque petas:

a Cùm tu ordinis Senatorij discurras officiosus salutator, me insimulas desidiæ, qui cùm eques sim (id quo honore non censu) idem non faciam.
b Ep.94 l.7.a.
c Sed tu hoc facis, vt fias Consul. Consulum autem nomina referebantur in Fastos, qui purpurâ illinebantur. ep.5.l.81.h.& ipsi Coss. purpurati. d Vel vt obtineas prouinciam in Africa vel Asia.

At

At mihi, quem cogis medios abrumpere somnos,
Et [e] matutinum ferre, patique lutum,
Quid petitur? rupta cùm pes vagus exit [f] aluta,
Et subitus crassæ decidit imber aquæ:
[g] Nec venit ablatis clamator verna lacernis,
Accedit gelidam seruus ad auriculam,
Et, rogat vt cœnes secum Lætorius, inquit.
[h] Viginti nummis non ego malo famem?
[i] Quòd sit cœna mihi, tibi sit prouincia merces,
Et faciamus idem, nec mereamur idem.

e Ep. 36. l. 3 c. & 10. ep. 10. l. f.
f Pelle, calceo.
g Al. leg. *Nec venit allatis clamator verna lacertis.* hoc sensu; Nec seruus vocatus adest qui afferat nouas lacernas, his detritis, venit tantum à patrono Lætorio qui me tritâ & gelidâ togâ horrentem inuitet ad cœnam.

h Annon mihi satius esset domi tenuem paruo pretio emptam sumere cœnam, quàm tot officijs & tanto labore fractum demereri rectam cœnam vel sportulam? vide Epictet. l. 3. c. 26. & Antholog. l. 5. c. 12. *εἰς ἀντιπάρκασιν.* i Alij, *Quam sit.* Alij leg. *Cum sit c.* Ego *Cur sit cœna.*

— *In Seniam.* XXVII.

A Latronibus esse te fututam
Dicis Senia: sed [a] negant latrones.

a Negant te impulsam ab ijs, *vel* negant hoc, aiuntque te inhonestius quippiam passam esse, vt Callist. ep. 35. infra.

In Cinnam. XXVIII.

Poto ego [a] sextantes: tu potas Cinna [b] deunces.
[c] Et quereris quòd non Cinna bibamus idem.

a Pocula duorum cyathorum. ep. 28. l. 1. b.
b Pocula vndecim cyathorum. c Tu quereris me tibi apponere deterius vinum quam ego bibo. Immò ego queror quòd tu bibis plus quam ego. Conuenimus tamen & pares sumus, quod ego genere, tu numero; quod ego qualitate, tu quantitate bibis. Neque enim æquum est te bibonem haurire optimi vini amphoras.

¶ *De Hermogene fure.* XXIX.

[a] Hermogenes tantus mapparum, Pontice, fur est,
Quantus nummorum vix, puto, [b] Massa fuit.
Tu licet obserues dextram, teneasque sinistram:
Inueniet, mappam qua ratione trahat.
[c] Ceruinus gelidum sorbet sic halitus anguem:
[d] Casuras altè sic rapit Iris aquas.
Nuper cùm [e] Myrino peteretur [f] missio læso:
Subduxit mappas quatuor Hermogenes.
[g] Cretatam prætor cùm vellet mittere mappam;
Prætori mappam surripit Hermogenes.

a Nomen aptè fictum, quasi *natus Mercurio* qui callebat *quicquid placuit doloso condere furto.* vide Catulli ep. *Marrucine Asini, manu sinistra non bellè vteris & Tollis lintea negligentiorum.*
b Alius, credo, à Bæbio Massa Bæticæ prouinciæ prætore & prædone. Plin. vlt. epist. 7. l.
c Attrahit surripitque mappas natiuâ quadam furacitate, non secus ac ceruus naturali antipathiâ serpentes è latebris spiritu extrahit, cornu elidit, voratque vnde ἔλαφος Plutarcho lib. de prud. anim. dictus ἀπὸ τοῦ ἕλκειν vel ἐλαύνειν τοὺς ὄφεις. sanius duxerim ab אורלת cerua ab אורל ceruus. vide Plin. l. 11. c. 83. & AElian. l. 2. c. 9. d Et veluti Iris furtim tollit aquas rursus casuras. hoc ex opinione vulgi. Fit autem Iris ex reflexu radiorum Solis ad nubem resolutam Solique oppositam in adspectu nostro. e Gladiatori. 2 . ep. lib. spect. f Læso gladiatori arma submittenti & ferrum accepturo, missio sæpe data à munerario, ne interficeretur, intercedente populo. g Candidam mappam in signum Circensium committendorum Prætor qui plerunque editor missuum, è sella suspendit: fluxitq; mos hic à Nerone, qui, populo missus flagitante, mappam per fenestram iussit abijci. Cassiod. l. 3. var.

[h] Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:
Mantile è mensa surripit Hermogenes.
Hoc quoque si deerit: medios [i] distringere lectos,
Mensarumque [k] pedes non timet Hermogenes.
Quamuis non modico caleant spectacula Sole:
[l] Vela [m] reducuntur, cùm venit Hermogenes.
Festinant trepidi [m] substringere carbasa nautæ,
Ad portum quoties [n] paruit Hermogenes.
[o] Linigeri fugiunt calui, sistrataque turba,
Inter adorantes cùm stetit Hermogenes.
[p] Ad cœnã Hermogenes mappam non attulit vmquã:
A cœna semper rettulit Hermogenes.

h Mappas suas ad conuiuia afferebant singuli, mantile conuiuator præbebat.
i Bracteas argenti lectis deradere. ep.33.l.8.g. *vel* lectos stragulis nudare.
k Eburneos. ep.43.l.2.i. vel mensarum pedibus deradere bracteas argenti.
l Ep.39.l.9.c.
m Ne surripiantur ab Herm.
n Apparuit.
o Isidis sacerdotes rasi, linteæ vestis candore puro amicti, & gestantes sistra. i. crepitacula ex ære aut argento tinnula, à σείω.
p Supra, nota h.

Ad Aprum. XXX.

Siccus, sobrius est Aper: quid ad me?
Seruum sic ego laudo, [a] non amicum.

a Qui amicum volo madidum & ebrium, seruum siccum & sobrium.

De hortis Marcellæ vxoris. XXXI.

Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis vmbra supini
Palmitis, hoc riguæ [a] ductile flumen aquæ:
Prataque, nec [b] bifero cessura rosaria Pæsto:
Quodque viret [c] Iani mense, nec alget olus:
Quæque natat clusis anguilla domestica lymphis,
Quæque gerit [d] similes [e] candida turris [d] aues:
Munera sunt [f] domino: post [g] septima lustra reuerso
Has Marcella domos, paruaque regna dedit.
[h] Si mihi Nausicaë patrios concederet hortos,
Alcinoö possem dicere, malo meos.

a Aquæductus.
b Ep.42.l.4.h.
c Ianuario.
d Candidas columbas.
e Columbarium. *Adspicis vt veniant ad candida tecta columbæ?* Ouid. Trist. 1. el. 8.
f Mihi.
g Annos 35. lustrum autem hîc capitur vt ep.58. l.10. pro 5 annis. vt patet ex ep.103.l.10.f.
h Si mihi Alcinoi filia concederet patris sui pulcherrimos hortos.

In Vacerram. XXXII.

O [a] Iuliarum dedecus Calendarum,
Vidi Vacerra sarcinas tuas, vidi:
[b] Quas non retentas pensione pro bima
Portabat vxor rufa crinibus septem,
Et cum sorore cana mater ingenti.
Furias putaui [c] nocte Ditis emersas.
Has tu priores frigore & fame siccus,
[d] Et non recenti pallidus magis buxo
[e] Irus tuorum temporum sequebaris,
Migrare [f] cliuum crederes [f] Aricinum.

a Migrabant è conductis ædibus, Calendis Iulijs.
b Quas ædium dominus haud dignatus est retinere pro mercede cellæ per biennium tibi locatæ. Neque enim nisi ex biennij cessatione, retentio pignorum erat.
c Erebo.
d Et pallidior marcente buxo.
e Pauper mendicus. ep.40.l.5.g.
f Vbi sedent mendici. ep.19.l.2.

Ibat

Ibat g tripes grabatus,& g bipes mensa,
Et cum lucerna,corneoque cratere
Matella curto rupta latere h meiebat.
i Focum ferentis suberat amphoræ ceruix.
Fuisse k gerres,aut inutiles l mænas
Odor m impudicus vrcei fatebatur,
Qualem marinæ misit aura piscinæ.
Nec quadra deerat n casei Tholosatis.
o Quadrima nigri nec corona pulei,
p Caluæque restes allioque,cepisque,
Nec plena turpi matris olla q resina,
r Summœnianæ qua pilantur vxores.
s Quid quæris ædes,villicosque derides,
t Habitare gratis,ô Vacerra,cùm possis?
Hæc sarcinarum pompa conuenit t ponti.

g Pede carens vno.
h Et ipsa diffluebat.
i Ceruix tui ferentis focum suberat amphoræ quam capiti impositam gerebas.
k Ep.76.l.3.f.
l Ep.32.l.11.n.
m Teter,olens pudenda.
n Casei è Tholosa Galliæ,qui mali est saporis.
o Fasciculus pulegij aridi, vt quod esset 4 annorum.
p Colligata in restis formam allia cepæque glabræ & quasi caluæ. ropes of onyons,&c.
q Qua resinâ vtebatur dropacis vice ad se leuigandam mater Vacerræ.
r Meretrices.ep.81.l.3 a. s Quid quæris villam ruri,quasi lautiorum more per æstatem rusticaturus sis? t Pontibus sc.& crepidinibus,quæ mendicorum sunt stationes.ep.5.l.10.d.

—De Labieno. XXXIII.

VT pueros emeret Labienus,vendidit hortos:
u Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

u Iocus est in ambiguitate τοῦ *ficus* cùm dicat,Labieno ex hortis superesse ficis consitum agrum,intelligit pueros ex nequitia ficosos.vt ep.52.l.4.& 70.ep.l.7 & 66.l.1.

¶ Ad Julium. XXXIV.

TRiginta mihi,quatuorque messes
Tecum,si memini,fuere Iuli:
Quarum dulcia mixta sunt amaris,
Sed iucunda tamen fuere plura.
Et x si calculus omnis huc,& illuc
Diuersus,bicolorque digeratur:
y Vincit candida turba nigriorem.
Si vitare velis acerba quædam,
Et tristes animi cauere morsus,
z Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus,& minus dolebis.

x Si computemus felices nostros faustosque dies,quo more suos numerant Thraces nigris albisque lapillis.vide ep.45.l.8.b.
y Plures apparebunt fuisse boni dies quàm mali.
z νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν, ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν, ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα. Menelaus ad Telemachum,Odyss. ιε.

—Ad Callistratum. XXXV.

a TAnquam simpliciter mecum,Callistrate,viuas:
Dicere b præcisum te mihi sæpe soles.

a Vis videri ingenuè mecum communicare secreta tua,proinde fateri etiam vitia;sed hoc non facis ingenuè: namque minus de te fateris,vt maius taceas. b Ep.72.l.2.

Non

Non es tam simplex quàm vis, Callistrate, credi.
Nam quisquis c narrat talia, plura c tacet.

c In vocibus *narrat* & *tacet* latet maius illud quod Callistratus non fatetur vitium. vide ep. 83. l. 3. & ep. 95. l. 3. b.

In Labullum. XXXVI.

a Libras quatuor, aut duas amico,
b Algentemque togam, breuemque lænam,
Interdum aureolos manu c crepanteis:
Possint ducere qui d duas Calendas,
Quòd nemo, nisi tu Labulle donas,
Non es, crede mihi, bonus. quid ergo?
Vt verum loquar, e optimus malorum.
f Pisones, * Senecasque * Memmiosque,
Et * Crispos mihi redde, f sed priores;
Fies protinus g vltimus bonorum.
Vis cursu, pedibusque gloriari?
h Tigrim vince, leuemque h Passerinum,
Nulla est gloria præterire asellos.

a Argenti.
b Tritam.
c Ep. 20. l. 5. f.
d Duorum mensium diætam & victum.
e Cum auaris collatus, videris munificus, inter auaros quidem es liberalissimus. *Neque enim bonitas est* inquit Seneca *pessimis esse meliorem.* 80. epist.
f Nisi liberalitate excedas munificos illos viros * Pi. * Sen. * M. * Cr.
g Quem æquat optimus malorum.
h Equum celerem.

In nasutum. XXXVII.

Nasutus nimium cupis videri.
i Nasutum volo, nolo polyposum.

i Vrbanum volo derisorem, non putidum & impudentem scurram vt ep. 49. l. 1. *Vel* acrem & acutum volo censorem iudicemque, non rancidum & nigrum qui vitio suo meum corrumpat sensum. Est verò Polypus nasi morbus, de quo Celsus 6. l. 8. c.

— Ad Candidum. XXXVIII.

Hunc qui k fœmineis noctesque diesque cathedris
Incedit tota notus in vrbe nimis,
Crine nitens, niger vnguento, perlucidus ostro,
Ore tener, latus pectore, crure l glaber,
Vxori qui sæpe tuæ comes improbus hæret:
Non est quòd timeas Candide: m non futuit.

k In quibus fœminæ sedentes, varia & ad suam Rempub. pertinentia miscent colloquia, sic ep. 62. l. 3. γυναικείας hasce ἕδρας Iuuenalis *molles* dixit. sat. 6.
l Dropace depilatos. ep. 29. l. 2. g.
m Ipse est inter cinædos fossa pathica, *vel* λέιχων *vel* turpius aliquid.

In Sabellum XXXIX.

Odi te, quia bellus es n Sabelle.
o Res est putida bellus, & Sabellus,
Bellum denique malo, quàm Sabellum.
p Tabescas vtinam Sabelle, belle.

n Sabellum hunc perstrinxerat ep. 84 l. 7. quòd bellè scripsisse epigrammatia sibi visus est. nunc illi sæpius in os regerens quod affectabat *bellum*, Sabellum pronunciat odio dignum, putidum, & tantum bello minorem, quantum ipse *bellus bono* inferior est, illi denique exitium imprecatur. o Ep. 10. l. 1. *Quare* Bene *&* Præclarè *quamuis nobis sæpe dicatur:* Bellè *&* Festiuè *nimium sæpe nolo &c.* Cic. 3. de Oratore. p Vt nomine tuo ex primæ syllabæ tabe diminuto *Sabellus* fiat *Bellus*.

In Pontilianum. XL.

MEntiris,[a] credo: recitas mala carmina, laudo:
Cantas, canto: bibis Pontiliane, bibo.
Pedis, dissimulo: [b] gemma vis ludere, vincor.
Res [c] vna est sine me, quam facis, & taceo.
Nil tamen omnino præstas mihi. mortuus, inquis,
[d] Accipiam bene te, [e] nil volo: sed morere.

a Subseruio, supparasitor, secundas ago, cum Terentiano illo Gnathone, vel Græculo apud Satyricum 3. Sat. v. 100. adulatore. item Plutarcia lib. de discrimine amici & adulatoris. vt & Theophrasti charact. 3. & 5.

b Latrunculis vitreis. ep. 71. l. 7. h. & l. 14 ep. 20. c Turpicula quapiam. d Hereditate, vel hereditatis parte officia tua compensabo. e Ep. 63. l. 6 & 27. ep. l. 8.

In Tuccam XLI.

NOn est Tucca satis, quòd es gulosus:
[f] Et dici cupis, & cupis videri.

f Quod perditi hominis est & eximiè dissoluti, velle morbum suum profiteri, neque cautè agere, si nó castè.

De Callistrato & Afro XLII.

[a] BArbatus [b] rigido nupsit Callistratus Afro,
Hac qua lege viro nubere virgo solet.
Præluxere [c] faces, velarunt [d] flamea vultus:
Nec tua defuerunt verba [e] Thalasse tibi.
Dos etiam dicta est. non dum tibi Roma videtur
Hoc satis? exspectas numquid & vt pariat?

a Huic epigr. ingenium & lux a 2 satyra Iuuenalis, vers. 134. vide & Tacit. 15. Annal. quo modo Nero Pythagoræ nupsit.
b Mutoniato.
c Nuptiales de quibus, vide quæ nos ad Senecæ Thebaida. vers. 263. & 507.

d Ep. 79. l. 11. a. e Nuptiarum deus. ep. 56. l. 1. d.

In Sabellum. XLIII.

FAcundos, mihi de libidinosis
Legisti nimium, Sabelle, versus:
Quales nec [a] Didymi sciunt puellæ,
Nec molles [b] Elephantidos libelli.
Sunt illic Veneris nouæ figuræ:
Quales perditus audiat fututor.
Præstent, & [c] taceant quid exoleti,
Quo [d] symplegmate quinque copulentur,
[d] Qua plures teneantur à catena,
Exstinctam liceat quid ad lucernam.
[e] Tanti non erat esse te disertum.

a Spintriæ nescio cuius, monstrosi, pro *Dindymi* legi Didymi vult Ios. Scal. ad Catull.
b Poetriæ, quæ libris suis expressit ποικίλα τῆς Ἀφροδίτης καὶ ἀκολασίας σχήματα, cuiusmodi figuris & schemis cubicula sua instruxit Tiberius Cæsar. taceo Aretini nefarias tabellas. vide si placet quæ Casaub. ad 43. c. Sueton. Tiberij ex Propertio, Clemente Alex, &c.
c An tacent pudore inhibiti ipsi exoleti? *Emphaticè*. An tacent, vti ep. 95 l. 3. b? d Sellarias illas ac series turpiter connexorum nimis apertè refert Suetonius cap. 43. Tiberij. Ἀφροδίτην ταυτὴν ὅτι τῇ συμπλοκῇ δεδεμένην execratur Clemens Alexandrin. Προτρεπτικῷ ad Græcos. e Non erant hæc digna tanto ingenio.

Ad

Ad M. Vnicum. XLIV.

VNice cognato [a] iunctum mihi sanguine nomen,
Quique geris studijs corda [b] propinqua meis:
Carmina cùm facias soli cedentia fratri,
[c] Pectore non minor es, sed [d] pietate prior.
[e] Lesbia cum tenero te posset amare Catullo,
Te post Nasonem blanda Corinna sequi.
[f] Nec deerant Zephyri, si te dare vela iuuaret:
Sed tu litus amas, hoc quoque fratris habes.

a Mihi affinis.
b Fauentia.
c Scientia & arte.
d Qua cedis fratri primas. vide eiusdem ingenij ep. 11. l. 11.
e Te Elegiæ gloriâ vel Catullo & Ouidio possent æquiparare amicæ suæ Lesbia & Corinna.
f Non desunt tibi genius & ingenium si grandi stilo & Heroico velis intonare; sed tu in fratris gratiam reprimis ingenij tui habenas & elegias scribis.

Ad Phœbum. XLV.

[g] Hœdina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora, verticemque caluæ,
Festiuè tibi Phœbe dixit ille,
Qui dixit caput esse [h] calciatum.

g Galericulo ex hirsuta hædi pelle ad dissimulandam caluitiem. ep. 50. l. 14.
h Cum eâdem tegeretur materiâ, qua pedes.

Ad Classicum. XLVI.

VEndunt carmina Gallus, & Lupercus.
Sanos, Classice, nunc nega poëtas.

Etsi Democritus poëtas sanos i. mentis compotes nec ἐνθουσιάσμῳ & sacro furore correptos excludat Helicone: quis tamen audet negare Gallum & Lupercum sanos esse, qui mala sua carmina pretio obtrudant hominibus procaldubio insanis qui mala emunt carmina?

In habentem varios mores. XLVII.

DIfficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem:
[a] Nec tecum possum viuere, nec sine te.

a Sumptum ab Ouidio eleg. 10. 3. l. Amor. *Auersor morum crimina, corpus amo. Sic ego nec sine te, nec tecum viuere possum, &c.*

In lautum inuitatorem. XLVIII.

[a] BOletos & aprum si tamquam vilia ponis,
Et non esse putas hæc mea vota: volo.
Si fortunatum fieri me credis, & heres
Vis scribi, propter quinque [b] Lucrina: [c] vale.
Lauta tamen cœna est: fateor lautissima: sed cras
Nil erit, [d] immo hodie, protinus immo nihil;

a Si vulgares & quos ipse soles, apponis cibos, & non quales putas me cupere, hinc hereditatem meam captans: volo.
b Ostrea è lacu Lucrino. ep. 11. l. 6. c.
c Nolo apud te cœnare.
d Imò statim à cœnâ nulla manet gulæ voluptas. Namq; lautissimæ hæ cupediæ vel 2 deiiciuntur per aluum; 3 vel reijciuntur vomitu per guttur; vel 4 excernuntur per vesicam. neque carum saporem dignoscet sentietue spongia, canis, aut testa ceu matula.

a Quod sciat [e] infelix damnatæ spongia virgæ,
3 Vel [f] quicumque canes, [g] iunctaque 4 testa viæ:
[h] Mullorum, leporumque, & [i] suminis exitus hic est,
[k] Sulfureusque color, [l] carnificesque pedes.
Non [m] Albana mihi sit commessatio [n] tanti;
Nec [o] Capitolinæ, [p] pontificumque dapes.
[q] Imputet ipse Deus nectar mihi, fiet acetum,
Et Vaticani perfida vappa cadi.
Conuiuas alios [r] cœnarum quære [r] magister,
Quos capiant mensæ regna superba tuæ:
Me meus ad subitas inuitet amicus [s] ofellas:
Hæc mihi, quam possum reddere, cœna placet.

e Spongia ligno adhærens, damnata in vile ministerium, ad emundanda sc. obscœna, vt de bestiario quodam refert Seneca, epist. 70. vide Corn. Vitellium cap. 9. in Merulam.
f Qui ad vomitum accurrunt.
g Testæ in angiportis parabantur ijs qui vrinam emittere volebant. Atque hinc illud Vespasiani è lotio vectigal. Sueton. Vesp. c. 23.
h Optimorum piscium & carnium.

i Ep. 44. l. 13. k Ex cruditate pallor. l Podagra. Λυσιμελοῦς Βάκχου καὶ λυσιμελοῦς Ἀφροδίτης γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς Ποδάγρα. Anthol. 2. l. 43. c. m Lautissimum epulum quale exhibuit in Albano monte in Quinquatrijs Mineruæ suæ Domitianus. n Vt stomacho & pedibus laborem. o Iouis epulum in Capitolio à 7 Epulonibus instructum. p Magnifica Pontificum cœna, qualem Metelli describit Macrob. 13. c. 3. lib. Saturn. q Si mihi ipse Iup. largitus nectar in rationibus & meriti loco numeret, non mihi sapiet aliud quàm acetum & vappam è vino vilissimo. r Cœnæ pater, inuitator, parochus. s Ep. 221. l. 14.

Ad pædagogum. XLIX

[t] CRinitæ Line pædagoge turbæ,
Rerum quem dominum vocat suarum,
Et credit cui Postumilla diues
Gemmas, aurea, vina, * concubinas:
[u] Sic te, perpetua fide probatum,
Nulli non tua præferat patrona:
Succurras misero precor [x] furori,
Et serues aliquando negligenter
Illos qui malè cor meum perurunt:
Quos & noctibus & diebus opto
In nostro cupidus sinu videre.
Formosos, niueos, pares, gemellos,
Grandes non pueros, [y] sed vniones.

t Puerorum nobilium & cirratorum pædagoge. ep. 57. l. 3 not. 8.
* Legerim *concubinos* propter suspensum epigrammatis ingenium, & quod sequitur *Grandes non pueros.*
u *Precantis Aduerb.*
x Meo.
y ἀπροσδοκήτως. Expectabatur enim vt peteret pueros, petit ille vniones.

¶ *In habentem amœnas ædes.* L.

[a] DAphnonas, platanos, ac aërias cyparissos,
Et [b] non vnius balnea solus habes,
Et tua centenis stat porticus alta columnis,
[c] Calcatusque tuo sub pede lucet onyx,
Puluereumq; fugax [d] hippodromon vngula plaudit,
Et pereuntis [e] aquæ fluctus vbique sonat.
Atria longa patent: sed nec cœnantibus vsquam,
Nec somno locus est. [f] quàm bene non habitas!

a Laureta.
b Magis ampla quàm pro priuato homine.
c Pauimenta sternuntur Onychite lapide.
d Spacium per quod currunt equi. ex ἵππος & δρόμος.
e Fontium, scaturiginum in hortis diffluentium.

f Cui inter hæc omnia cœnatio nulla, cubiculum nullum.

De Fabullo. LI.

TAm sæpe nostrum decipi Fabullum, quid
Miraris Aule? semper bonus homo g tiro est.

g Simplex, nec satis exercitatus ad cauendum veteranos hos veteratores.

Ad Semproniam. LII.

a TEmpora Pieria solitus redimire corona,
Nec minus attonitis vox celebrata reis,
Hic situs est, hic ille tuus, Sempronia, Rufus:
Cuius & ipse tui flagrat amore cinis.
Dulcis in Elysio b narraris fabula campo,
Et c stupet ad raptus d Tyndaris ipsa tuos.
Tu melior, quæ deserto raptore redisti;
* Illa virum voluit nec e repetita sequi.
f Ridet, & Iliacos audit Menelaüs amores:
Absoluit Phrygium vestra rapina Parim.
g Accipient olim cum te loca læta piorum,
Non erit in Stygia notior vmbra domo.
h Non aliena videt, sed amat Proserpina raptas:
Iste i tibi dominam conciliauit amor.

a Rufus tuus, poëta insignis, nec minùs celebris notæ Orator. b A Rufo tuo iam in Elysijs. c Quòd tu rapta Rufum tuum sponte repetijsti. d Helena, Tyndari filia. Alij leg. * *Noluit illa virum vel repetita sequi.* e A coniuge Menelao & Græcis. f Menelaus lætus audit te raptam redijsse ad maritum tuum, excusat crimen Helenæ suæ, ridetque amores Paridis & Deiphobi. g Vbi tu defuncta migraris ad Elysios campos, nota eris & nobilitata ex hac Rufi tui famâ. h Sed amica, & propter communem raptum fauens raptis. i Proserpinam tibi propitiam fecit.

In Paternum. LIII.

NVmmi cùm tibi sint, opesque tantæ,
Quantas ciuis habet, Paterne, rarus:
Largiris nihil, incubasque gazæ,
Vt magnus draco, quem canunt poëtæ
Custodem a Scythici fuisse luci.
b Sed caussa, vt memoras, & ipse iactas,
Diræ filius est rapacitatis.
c Et quid tu fatuos rudesque quæris,
Illudas quibus, auferasque mentem?
d Huic semper vitio pater fuisti.

a Aurei velleris tergo suspensi in luco ante templum Martis, de quo Apollonius & Val. Flaccus in Argonauticis. Ouid. 7 Metam. Seneca in Medea. Hyginus 14 fab. Apollod. 1. I &c. Alij leg. *Libyci* de quo ep. 37. l. 3. b Sed arguis filium tanquam causam tuæ rapacitatis. c Quasi vero tam fatui simus, quibus hoc persuadeas. d Immò tute ipsius vitij pater es. *vel*, illi autor ad hoc vitium.

In Zoilum. LIV.

CRine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luscus,
Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.

Fronti magna fides, inquiunt Physiognomones, pronunciantque, cauendum ab ijs quos signauit deus.

Ad

Ad puellas. LV.

GRatis qui [a] dare vos iubet puellæ,
Insulsissimus, improbissimusque est.
Gratis ne [a] date, basiate gratis.
[b] Hoc Ægle [*] negat, [b] hoc auara vendit.
Sed vendat bene, basiare quantum est.
Hoc vendit quoque nec leui rapina:
Aut [c] libram petet illa Cosmiani,
Aut [d] binos quater à noua moneta:
Ne sint basia [e] multa, nec maligna,
Nec clusis aditum neget labellis.
[*] Humanè facit hoc tamen: sed vnum est,
Gratis quæ dare basium recusat,
Gratis lingere nec recusat Ægle,

a Vestri copiam facere.

b Etiam basiare.

c Vnguenti à Cosmino confecti ep. 88. l. 1. a. libram petit AEgle, quo oris impuri fœtorem emendet.

d Octo Flauios monetæ nouæ & asperæ.

e Douza legit *muta*.

* An quia osse & ebore dentata ep. 73. l. 1? An quia ore impura vtpote μυζουσα 95. ep. 1. l. & 15. ep. 2. l.

In Polycarmum. LVI.

[f] ÆGrotas vno decies, aut sæpius anno;
Nec tibi, sed nobis hoc Polycarme nocet.
Nam quoties surgis, soteria poscis amicos.
Sit pudor: [g] ægrota iam Polycarme semel.

f Conualescenti mittebant amici pro salute receptâ munera, quæ σωτήρια vocabant. Polycarmus morbum simulabat sæpius, vt haberet occasionem exigendi hæc munera. non secus ac Clytus ille ex natalitijs fictis, ep. 64. l. 8.
g Morere, nec conualesce è morbo. sic ep. 40. l. 5. e.

Ad Sparsum. LVII.

[a] CVr sæpe sicci parua rura Nomenti,
Laremque villæ [b] sordidum petam, quæris?
Nec cogitandi spatium, nec quiescendi
In vrbe locus est pauperi. [c] negant vitam
Ludimagistri mâne, nocte [d] pistores,
[e] Ærariorum marculi die toto.
Hinc ociosus sordidam quatit mensam
[f] Neroniana nummularius massa:
Illinc [g] paludis malleator Hispanæ
Tritum nitenti fuste verberat saxum.
Nec [h] turba cessat entheata Bellonæ,
[i] Nec fasciato naufragus loquax trunco,

a Quæris, cur toties secedam in sterilem meam & siccam villam Nomentanam vide Plinij epist. 17. l. 2.

b Ia. Douza legendum censet *Sparse*.

c Eandem Sybaritæ querelam vide ep. 70. l. 9.

d Qui & ipsi molam vertebant.

e Fabrorum æs cudentium & tractantium malleoli.

f Pustulatâ, optimâ auri atque argenti notâ, cuiusmodi exegit Nero. Sueton. c. 44. An fortè massam innuit ex metallis, vrbe sub Nerone incensâ, conflatam, quale fuit æs Corinthium? Alij intelligunt nummos & mensam Claudij fœneratoris de quo, ep. 57. l. 2. k. g Lini & setabi quod in paludosis Hispaniæ locis seritur. *Nam sudaria Setaba ex Hiberis Miserunt*, &c. Catul. Quod enim Turnebus l. 30. c. 26. legendum conijcit *balucis* & de auro rudi & crudo intelligit, nullatenus conuenit aureæ operæ cum fuste; lineæ, optimè. h Sacerdotes Bellonæ œstro perciti *quos Sectis Bellona lacertis Sæua mouet* Lucan. l. 1. i Nec emendicans naufragus, suspensâ ex humeris à pectore naufragij depicti tabulâ de fascia.

A matre

k A matre doctus nec rogare Iudæus,
Nec l sulfuratæ m lippus institor mercis.
Numerare pigri damna qui potest somni,
Dicet quot n æra verberent manus vrbis,
Cùm secta o Colcho Luna vapulat p rhombo.
Tu Sparse q nescis ista, nec potes scire,
r Petilianis delicatus in regnis,
* Cui plana summos despicit domus montes,
Et rus in vrbe est, s vinitorque Romanus.
t Nec in Falerno monte maior autumnus,
u Intraque limen clausus x essedo cursus,
Et in profundo somnus, & quies nullis
Offensa linguis, nec dies nisi y admissus.
Nos transeuntis risus excitat turbæ,
z Et ad cubile est Roma: tædio fessis
Dormire quoties libuit, imus ad villam.

k Deuictis enim Solymis Iudæorum multi Romam delati AEgeriæ nemus incolebant, & passim mendicabant miseri. Iuuenal. 6. sat. v. 544.
l Ep. 4 . l. 1. c.
m Ab opere sulfureo.
n Quorum crepitu Lunæ delinquenti succurri posse credebant. vide quæ nos ad Senecæ Hippolyt. 420. v.
o Magico. propter Medeam, quæ Colchis.
p Ep. 30. l. 9. l.
q Damna somni & vrbis molestias.
r Qui habes prætorium. i. villam magnificam sub Ianiculo, in agro quondam L. Petilij scribæ. * vide ep. 64. l. 4. d.
s Namque vinea in vrbe ipsa. t Neque in Falerno Campaniæ monte vberior fructuum prouentus aut lætiores vites quàm tibi in villa suburbanâ, ceu vrbanâ potius. u Et tibi intra ædium tuarum septa, spatium est gestationi imò cursui. Fr. Modius legit, *Intraque limen latus essedo cursus.* c. 109 Nouantiqu. Lect. y Apertis fenestris. z Et mihi ante ipsum cubiculum omnis Roma obstrepit somnumque negat.

Ad Alaudam LVIII.

a ANcillariolum tua te vocat vxor, & ipsa
b Lecticariola est: estis Alauda pares.

a Quòd ancillas sectaretur. Sed & matronæ Rom. eos dicebant ancillariolos, qui nulla nobili amica se fecerunt insignes. Senec. de Benef. 1. l. c. 9. b Quæ se prostituit seruis lecticam succollantibus.

De importunis basiatoribus. LIX.

a TAntum dat tibi Roma basiorum
Post annos modò quindecim reuerso,
b Quantum Lesbia non dedit Catullo.
Te vicinia tota, te pilosus
c Hircoso premit osculo colonus.
Hinc instat tibi textor, inde fullo.
Hinc sutor modò pelle d basiata,
Hinc menti dominus e pediculosi,
Hinc f defioculus, & inde lippus,
Fellatorque, recensque cunnilingus.
Iam tanti tibi non fuit redire.

a Vide huic geminum ep. 99. l. 11.
b Ep. 34. l. 6. d.
c Fœtido, malè olenti hircum axillarum.
d Dum morderet luto putrem soleam, vt ep. 75. l. 9. a.
e Brodæus l. 10. Miscel. c. 34 legit *periculosi.* & exponit, laborantis lichene ceu mentagrâ.
f Luscus, cui desit oculus alter.

¶ *Ad suum natalem.* LX.

a MArtis alumne dies, roseã quo b lampada primũ,
Magnaque c siderei vidimus ora c dei:

a Martiæ Calendæ, mihi natalis. ep. 53. l. 9.
b Solem.
c Phœbi. vt ep. 2. lib. spect. b.

Si te rure coli, [d] viridesque pigebit ad aras,
[e] Qui fueras Latia cultus in vrbe mihi:
Da veniam, [f] seruire tuis quòd nolo Calendis,
Et qua sum genitus, [g] viuere luce volo.

d E viuo ac viridi cespite.
e Quem natalem hucusque in vrbe Roma celebraui.
f Quod supersedeam deferre hunc honorem vrbi Martiæ, Calendis Martijs. g Valere & genialiter viuere, quod in vrbe non datur.

De * Sabello. LXI.

NAtali [a] pallere suo ne [b] calda Sabello
Desit, & vt liquidum potet [c] Alauda merum,
[d] Turbida solicito transmittere Cæcuba sacco,
Atque inter mensas ire, redire suas;
Excipere hos, illos, & tota surgere cœna
[e] Marmora calcantem frigidiora gelu,
[f] Quæ ratio est, hæc sponte tua perferre, patique,
Quæ te si iubeat rex, dominusque, neges?

* Ineptum lemma. cùm *Sabellus* pro aliquo è conuiuarum numero ponatur; sitque epigramma in eum qui adeo solicitè curet quæ ad celebrandum natalem spectent, vt genium suum, cui illo maximè die indulgendum fuerat, fraudet.
a Anxium esse.
b Ep. 12. l. 1. c.
c Conuiua. *Synecdoch.* i. conuiuæ. d Ep. 40. l. 2. e. & l. 14. ep. 104. e Pauimentum marmoreum. idque nudis pedibus, pro more discumbentium, nisi iam surgens soleas posceret. f Quam verniliter imò præpostere facis hoc conuiuator, rex & dominus, quod non faceres conuiua & cliens?

¶ De Ligurra. LXII.

VErsus, & breue, [a] viuidumque carmen
In te ne faciam [b] times Ligurra,
Et dignus cupis hoc metu videri:
Sed frustra metuis, cupisque frustra.
[c] In tauros Libyci ruunt leones;
Non sunt papilionibus molesti.
Quæras censeo, si legi laboras,
[d] Nigri fornicis [e] ebrium poëtam.
[f] Qui carbone rudi, putrique creta
Scribit carmina, [g] quæ legunt cacantes.
[h] Frons hæc stigmate non meo notanda est.

a Quicke, sharpe, wittie. acumen enim est è virtutibus epigrammatis ep. 1. l. 1. b.
b Dicis subinde te timere.
c Ἀετὸς οὐ θηρεύει τὰς μυίας, οὔτε μῦν ἐλέφας.
d Obscuri loci & vilis notæ versificatorem.
e A pot poet.
f Qui leui carbone cretáue versus inscribit parieti à tergo ædium. g Quæ mandentur Deæ Cloacinæ. Qualia *Tanusij Annales* Senecæ: & Catullo, *Annales Volusi cacata charta.* h Seruilis tua frons non digna est cui ego inuram manu ura carminis mei puncta.

Ad Saturnum. LXIII.

[a] ANtiqui rex magne poli, mundique prioris,
Sub quo pigra quies, nec labor vllus erat,
Nec regale nimis fulmen, [b] nec fulmine digna,
[c] Scissa nec ad Mânes, sed sita diues humus:
Lætus ad hæc, facilisque veni, sollennia Prisci
Gaudia, cum sacris te decet esse [d] tuis.

a Saturne, sub quo aurea illa ætas, secura, innocens, quieta, &c.
b Nec scelera fulmine digna.
c Ad eruendum ex visceribus terræ imaque Manium sede ferrum, ferroque nocentius aurum.
d Saturnalibus & Decembri, quo post 6 annos rediit Româ in patriam Hispaniam Priscus Terentius. *Alijs* Marius Priscus.

Tu reducem patriæ ſexta, pater optime, bruma
Pacifici Latia reddis ab vrbe Numæ.
[e] Cernis vt Auſonio ſimilis tibi pompa macello
Pendeat, & quantus luxurietur honos?
Quàm nō parca manu, largæq; [f] nomiſmata menſæ,
Quæ, Saturne, tibi pernumerentur opes?
[g] Vt ſit bis pretium meritis, & gratia maior,
Et pater, & frugi ſic tua ſacra colit.
At tu ſanĉte tuo ſic ſemper amere Decembri:
[h] Hos illi iubeas ſæpe redire dies.

e Viden' vt apparatus Saturnaliorum hîc in Hiſpania æmuletur Romam? f Munera. g Al. *Vtque ſit bis pr.* Et quo gratior tibi ſit hæc celebritas O Saturne, Priſcus & pater & tenacior aliquanto hæc tibi largâ profundit manu. h Vt Priſco plurima indulgeas Saturnalia. i. diuturnum vitæ vſum.

Ad Cordubam LXIV.

[a] VNĉto Corduba lætior Venafro,
* Hiſtra [b] nec minus abſoluta teſta,
Albi quæ ſuperas oues [c] Galeſi,
[d] Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinĉtis gregibus colore viuo:
Dic veſtro rogo ſit pudor poëtæ,
Ne [e] gratis recitet meos libellos.
Ferrem, ſi faceret bonus poëta,
Cui poſſem dare mutuos honores.
Corrumpit [f] ſine talione [g] cœlebs.
[h] Cæcus perdere non poteſt, quod aufert.
Nil eſt deterius latrone [i] nudo:
Nil ſecurius eſt [i] malo poëta.

a Olearum gloriæ facilè principatum obtinuit Venafrum in Campania, ſecundas * Hiſtria Italiæ peninſula. b Nec cedens teſtis olei, ceu oliuatum Hiſtriæ. c Ep.43.l.2.b. d Non muricis ſanguine ceu ſucco purpureo tinĉta lana, ſed natiuo rutilo imbuta. *Nec varios diſcet mentiri lana colores; Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti Murice,* &c. Virg. vide ep.38.l.5.h. e Impunè, cui nulla vel mala ſcribenti carmina non poſſum ego referre gratiam, illius recitans cum honore, vt ille mea. f Vindiĉtâ parili. g *Metaph.* nihil ſcribens. h Non poſsis lege talionis agere cum cæco, qui alteri oculum eruerit. i Cui nihil eſt quod viciſsim auferas.

De Cinna. LXV.

VIncentem roſeos, faciéque, comáque miniſtros
Cinna cocum fecit. Cinna [k] guloſus homo eſt.

k Qui vel in culina luxuriare formam vult. vide ep.66.l.10.

De Phyllide. LXVI.

FOrmoſa Phyllis noĉte cùm mihi tota
Se præſtitiſſet [a] omnibus modis largam,
Et cogitarem mâne quod darem munus,
Vtrúmne [b] Coſmi, Nicerotis an libram,
An [c] Bæticarum pondus [d] ære lanarum,
An [e] de moneta Cæſaris decem flauos:
Amplexa collum, [f] baſioque tam longo

a Nil negantem. ep.12.l.4. b Libram vnguenti à Coſmo ceu Nicerote myropolis confeĉti. c Ep.133.l.14. d Al. *acre.* e Flauios ex moneta Domitiani. f Sic ep.105.l.11. *baſia blandas imitata columbas.*

Blandita

Blandita, quàm sunt nuptiæ columbarum,
g Rogare cœpit Phyllis amphoram vini.

g Vinosa mulier. *Digna est concubitus quoslibet illa pati.* inquit Ouid.

¶ *Ad Amœnum.* LXVII.

BIs quinquagenis domus est tibi millibus empta,
Vendere quam summa vel breuiore cupis.
Arte sed emptorem vafra corrumpis Amœne,
a Et casa diuitijs ambitiosa latet.
b Gemmantes prima fulgent testudine lecti,
c Et Maurusiaci pondera rara citri.
d Argentum atq; aurum nō simplex Delphica portat:
Stant pueri, e dominos quos precer esse meos.
Deinde ducenta f sonas, & ais, non esse minoris.
g Instructam vili vendis Amœne domum.

a Et domum male materiatam instruis pretioso ornatu quo sit venalior.
b An quia testudinum putaminibus ornati, Iuuen. sat. 11. v. 94? An lectum innuit pauoninum de quo 85. ep. l. 14.
c Et mensæ citreæ magni pretij & luxus ex Mauritania ep. 43. l. 2. i. d Mensa marmorea è Delphis. (6. Verrin. Cic.) obtegitur vel cingitur graui laminâ auri argentiue. e Amasios. vt amica dicitur *domina*. f Poscis pretium. g Sed si tollas hunc ornatum & supellectilem (quod diuenditâ casâ tibi facere certum est) cara nimis erit domus, quæ sic instructa vili exposita pretio videtur.

De Idibus Maronis. LXVIII.

MAiæ Mercurium a creastis Idus.
Augustis redit Idibus b Diana.
c Octobres Maro consecrauit Idus.
d Idus sæpe colas & has, & illas,
Qui magni celebras Maronis Idus.

a Edidistis in lucem, natalitiæ estis.
b Natalis Dianæ.
c Natus est Virgilius Idibus Octobris. Donat. & Probus Gram.
d Diu viuas precor, celebresque natalitias Mercurij & Dianæ Idus, O Sili vel quicunque natalem celebras Virgilij. ep. 14 l. 4. n.

¶ *Ad clientes.* LXIX.

a MAtutine cliens, b vrbis mihi caussa relictæ,
Atria, si sapias, c ambitiosa colas.
Non sum ego caussidicus, nec amaris litibus aptus:
Sed piger, & senior, d Pieridumque comes.
Ocia me, somnusque iuuant, quæ magna negauit
Roma mihi: redeo, e si vigilatur & hîc.

a Salutationis vel patrocinij causa me summo manè visens.
b Cuius importunitatem vt fugerem, ipse ex vrbe Roma huc profugi.
c Diuitum, quibus ad honorem gradus est clientum turba.
d Poëta. e Si per clientes importunos non liceat mihi hîc dormire.

Ad Paullum. LXX.

a SIc tamquam tabulas, scyphosque Paulle,
Omnes archetypos habes amicos.

a Quos tanquam ornamenta ostentet, non quibus vtatur. de archetypis. ep. 6. l. 8. a.

De Apro. LXXI.

[a] LIntea ferret Apro vacuus cùm vernula nuper,
[b] Et supra togulam lusca sederet anus,
[c] Atque olei stillam donaret Opelicus vnctor:
[d] Nudorum tetricus censor & asper erat.
Frangendos calices, effundendumque Falernum
Clamabat, biberet qui modò lotus eques.
A [e] sene sed postquam nummi venere trecenti:
[f] Sobrius à thermis nescit abire domum.
O quantum [g] diatheca valent & [h] quinque comati!
Tunc, cùm pauper erat, non sitiebat Aper.

a Cùm tenui ac pauperi Apro in balneis lauanti seruulus vilis ferret lintea ad tergendum. b Et togæ Apri insideret anus quæ custodiebat vestes lauantium repositas in apodyterio ne subducerentur. c Et Apro pauperi nec habenti, quo se vngeret, oleum seu vnguentum; pro more vngendi in balneis, vnctor de suo daret guttam vnam atq; alteram. Nonnulli legunt, *daret Enterocelicus vnctor.* d Aper lauantium luxum qui in balneis potabât aspere reprehendebat, frangendos sc. calices. i. non admittendas potationes. *Detestantur hæc in felicibus eadem si potuerint, facturi.* Sen. Benef. 1. l. 9. c. e Qui moriens Apro legauerat testamento 300 nummos. f Aper modo in re tenui tam grauis censor damnatorque potationum in balneis, iam in re aliquanto lautiori mutauit animum, factus bibo ad ebrietatem. g Testamento relicta bona. Alij legunt, *diatreta* & intelligunt calices diatretos. i. tornatos ac tessellatos. vide Turneb. Adv. l. 27. c. 31. h Pueri 5 relicti testamento. ep. 57. l. 2. h. & 57. ep. l. 3 not. 8.

Ad Lygdum. LXXII.

NIl non Lygde mihi [i] negas roganti:
At quondam mihi Lygde [k] nil negabas.

i Ep. 74. l. 11.
k Ep. 12. l. 4.

Ad Pannicum. LXXIII.

IVgera mercatus prope [a] busta latentis agelli,
Et malè compactæ culmina fulta casæ,
[b] Deseris vrbanas, tua prædia, Pannice, lites,
Paruaque sed tritæ præmia certa togæ,
Frumentum, milium, ptisanamque, fabamq; solebas
[c] Vendere [d] pragmaticus: [e] nunc èmis agricola.

a Busta Gallica. vbi Galli in iacenti & depressiori vrbis loco castra habentes pestilitate pereuntes vel à Camillo cæsi sepeliebantur. Liu. 5. b Deseris forum & officia vrbana, vnde tibi maior prouentus, donariorum sc. tibi à clientibus missorum, quàm ex sterili, quem mercatus es, agro. c Vt quorum tibi abundaret copia, dum multa tibi mitterent monumenta clientes. d Quando fuisti causidicus, *vel* Pragmaticus, qui operam suam in verbis & formulis iuris suggerendis subministrat oratoribus. e Propter agri sterilitatem.

Ad Catullum. LXXIV.

HEredem tibi me Catulle dicis.
Non credam, [f] nisi legero, Catulle.

f Nisi accepero hereditatem. *vel*, nisi lecto testamenmento (quod priusquam tu mortuus fueris non licebit) præstiteris fidem, morere itaque vt credam.

Ad Flaccum. LXXV.

CVm tibi [a] Niliacus portet [b] cryſtalla [c] cataſtus,
Accipe [d] de circo pocula Flaminio.
Hi [e] magis audaces, an ſunt qui talia mittunt
Munera? [f] ſed gemmis vtilis vſus ineſt.
Nullum ſolicitant hæc, Flacce, toreumata furem,
Et nimium calidis non vitiantur aquis.
Quid, quod [g] ſecuro potat conuiua miniſtro,
Et caſum tremulæ non timuere manus?
[h] Hoc quoque non nihil eſt, quòd propinabis in iſtis,
Frangendus fuerit ſi tibi Flacce calix.

a Ex AEgypto.
b Calices vitreos & cryſtallinos.
c Seruus a cataſta in qua exponuntur ſerui venales, ep. 29. l. 6. d. vox Vitruuio vſurpata, l. 8 c 4. Sed Turnebus 26 c. l. 30. aſſerit Domitij lectionem *cataplus*. i. nauigatio & nauigia AEgyptiorum. Ex AEgypto vero merces iſtæ allatæ. ep. 115 l. 14.
d Fictilia ceu vitrea quæ in Circo Flaminio venduntur.
e Alludit ad *calices audaces*. ep. 94 l. 14.
f *Obiectio*. At lectio emendatior, *ſed geminus vilibus vſus ineſt*. i. ſed his vilibus calicibus vſus duplex eſt, neque enim furem alliciunt, nec calidâ aquâ rumpuntur.
g Non obſeruante, ne conuiua frangeret cryſtalla, vel gemmas vnguibus eraderet. Iuuen. 5. ſat. v. 40.
h Nec graue erit damnum ſi ab impuro homine propinata vel incantata hæc pocula frangantur. ita à propinatione mulieris famæ haud probæ, iubet ille θερύνουσι τὰς κύλικας Anthol. 2. l. 48. c.

—*De pueris.* LXXVI.

[a] FEſtinat Polytimus ad puellas:
[b] Inuitus puerum fatetur Hymnus:
[c] Paſtas glande nates habet Secundus.
[d] Mollis Dindymus eſt, ſed eſſe non vult:
Amphion [e] potuit puella naſci.
Horum delicias, ſuperbiamque,
Et faſtus querulos amice malo,
[f] Quàm dotis mihi quinquies ducena.

a Polyt grandior eſt, & exoletus.
b Recuſat, negans ſibi eſſe voluptati.
c βαλαιοβόρους. quod dixit Diogenes de cinædo quodam. Hîc autem glans ceu βάλανον eſt τὸ τοῦ καυλοῦ ἄκρον.
d Laſciuus eſt, & nequam: ſed diſsimulat & rogari vult.
e Formæ eſt adeo ambiguæ, & ipſe facilis.
f Quàm vxorem cum maximæ dotis modo, Decies ſc. centenis millib. ſeſtertiûm. 78 12. l. 10. s.

* *De caritate vini.* LXXVII.

AMphora [g] vigeſſis, modius [h] datur ære quaterno.
Ebrius, & crudus nil habet agricola.

* Imò: De vilitate vini & frumenti. Brod. Miſc. 10. c. 34.
g Viginti aſsibus.
h Ita vili venditur, vt malit agricola ingurgitare ſe ad crapulam vſque & ebrietatem, quàm tantulo pretio vinum & frumentum vendere.

—*De Aethonte.* LXXVIII.

MVltis dum precibus Iouem ſalutat,
[a] Stans ſummos reſupinus vſque in vngueis
Æthon in Capitolio, pepedit.
Riſerunt comites: ſed ipſe diuûm
Offenſus genitor, [b] trinoctiali

a Proritu adorantium. Briſſon. form.
b Quo caſtigaret ventrem alienis luxuriantem cœnis.

Affecit domicœnio clientem.
Post hoc flagitium misellus Æthon,
Cùm vult [c] in Capitolium venire,
[d] Sellas antè petit Patroclianas,
Et pedit deciesque, viciesque :
Sed quamuis sibi cauerit crepando,
[e] Compressis natibus Iouem salutat.

c Salutatum Iouem.
d Latrinas à conditore Patroclo dictas.
e Ne quid animæ amittat.

De eodem. LXXIX.

ANte Iouis statuam crepuit satur histrio : pœnam
Iupiter indixit viuere de proprio.

Ep. præced. e.

Ad Bithynicum. LXXX.

Nil in te scripsi Bithynice : credere non vis,
[f] Et iurare iubes : malo satisfacere.

f De more fori, qui se iniurando purgare recusauit, oportebat damnatum soluere. Poëta dicit se malle satisfacere. sed & hoc ambiguè : soluerene? an deprecari? an scribere aliud carmen?

Ad Atticillam. LXXXI.

DOnaui tibi multa, quæ rogasti :
Donaui tibi plura, quàm rogasti :
Non cessas tamen vsque me rogare.
[g] Quisquis nil negat Atticilla : fellat.

g Sic ep. 12. lib. 4.

De Callistrato. LXXXII.

NE laudet dignos, laudat Callistratus omnes.
Cui malus est nemo, quis bonus esse potest?

Cui omnia alba, qui malos æquè ac bonos promiscuè laudat, arguit se iudicij infirmi & vel liuore vel adulatione præpediti. vide quæ Chrysippus referente A. Gellio. l. 6. c. 1.

De Vmbro. LXXXIII.

BRumæ diebus, ferijsque Saturni
Mittebat Vmber aliculam mihi pauper :
Nunc mittit alicam : factus est enim diues.

a Ep. 6. l. 13.
b Cùm vero alica crassior sit & vilior quàm alicula : poëta, dum laudare Vmbrum videtur, carpit, vt sordidiorem factum, quàm olim vbi pauper fuit.

De Menogene. LXXXIV.

EFfugere è thermis, & circa balnea * non est
[a] Menogenen, omni tu licet arte velis.
Captabit tepidum dextra, [b] læuaque * trigonem,
[c] Imputet exceptas vt tibi sæpe pilas.

* Non licet, non potes.
a Cœnipetam.
b Ep. 71. l. 7. n.
* Pilam. ep. 19. l. 4. *
c Vt tibi exceptam referat pilam, initurus apud te gratiam.

Colliget,

Colliget,& referet lapsum de puluere * follem :
[d] Etsi iam lotus,iam soleatus erit.
[e] Lintea si sumas, [f] niue candidiora loquetur,
Sint licet infantis sordidiora sinu.
[g] Exiguos [h] secto comentem [h] dente capillos,
[i] Dicet Achilleas dispoluisse comas.
[k] Fumosæ feret ipse tropin de fæce lagenæ,
[l] Frontis & humorem colliget vsque tuæ.
Omnia laudabit,mirabitur omnia,donec
Perpessus dicas tædia mille,[m] *veni.*

d A balneis verò discumbebant,ante balnea se exercebant,discubituri soleas ponebant.inf.ep.89.
e Supra,ep.71.a.
f Dicet lintea tua esse niue candidiora,licet sint,&c.
g Raros.
h Pectine.
i Laudabit pulchras,densas,flauas,instar Achillearum.
k Ipse tibi ministrabit vinum,quo vtebantur in balneis ad sudorem ceu vomitum,quod licet vapidum sit & ex imâ lagenæ parte(quæ Metaph. τρόπις dicitur) laudabit tamen. l Et ipse vernaliter tibi sudorem deterget. m Ad cœnam,seruitijs suis extorquebit tibi inuitationem.

De Fabiano. LXXXV.

DErisor Fabianus [n] herniarum,
Omnes quem modò colei timebant
Dicentem tumidas in hydrocelas,
[o] Quantum nec duo dicerent Catulli,
In thermis subitò Neronianis
Vidit se miser,& tacere cœpit.

n Scrotorum.est autem hernia ceu ramex,vbi intestina,omentum ceu humor aliquis deciderit in scrotum.estque Enterocelas, Sarcocelas ceu Hydrocelas.
o Catullus autem in Venereis hisce extendendis Hyperbolicus est & immedicus.

Ad Polytimum. LXXXVI.

[p] NOlüeram Polytime tuos violare capillos:
[q] Sed iuuat hoc precibus me tribuisse tuis.
Talis erat modò tonse Pelops,positisque nitebas
Crinibus,[r] vt totum sponsa videret ebur.

p Inuitus permisi te comas detondere.vt ep.49.l.5. & 32.ep.l.1.
q Sed tonso tibi fulgent eburnea colla,haud cedentia Pelopi,cui humerum à Cerere excisum restituit Iupiter ex ebore. Hygin.fab.83.&c. r Vt Hippodamia te totum videret eburneum.

In Fabullum. LXXXVII.

PÆdiconibus os olere dicis.
Hoc si sic,vt ais,Fabulle,verum est,
Quid tu credis olere cunnilingis?

Ep.31.l.11.

In non arrigentem. LXXXVIII.

TRiginta tibi sunt pueri,totidemque puellæ :
Vna est,nec surgit mentula.quid facies?

Ep.26.l.11.

De Cotta. LXXXIX.

BIs Cotta soleas perdidisse questus,
Dum [a] negligentem ducit [a] ad pedes vernam,

a Seruum à pedibus,Turneb.3.l.23.c.qui à tergo & ad pedes domini discumbentis stat ministrans,soleasque quas dominus accubiturus exuerat,seruat.ep.23.l.3.& ep.49.l.3.b.

b Qui pauperi Cottæ vnicus est seruus,& pro toto comitatu est. allis [illegible]

c Imò prætexit hanc causam excalceatæ suæ inopiæ.

[b] Qui solus inopi præstat,& facit turbam:
Excogitauit homo sagax,& astutus,
[c] Ne facere posset tale sæpiùs damnum,
Excalcèatus ire cœpit ad cœnam.

De Tongiliano. XC.

d Acumen ioci, irrisionis & dicacitatis.ep.4.l.1.f.& 42.1.l.o.& 13.l.2.ep.

TOngilianus habet [d] nasum:scio,[e] non ego:sed iam
[f] Nil præter nasum Tongilianus habet.

e Al non nego. f Qui resupinet aliorum cœnas,dum famelici atque pauperis domini nasus alienæ culinæ nidore trahitur.

Ad Charinum. XCI.

QVòd lana caput alligas Charine,
[g] Non aures tibi,sed dolent capilli.

g Non adhibes focale ad muniendas aures, sed ad tegendum caluitium.vide ep.41.l.4.& 142.ep 14.l.

De Marone. XCII.

a Al.sed claré.i.ita vt audiat senex,quem captat Maro.sic Persius,Sat.2.v.8.
b De more huius voti, vide 12 sat.Iuu.v.98.
c Semitertiana.
d Si conualesceret.
e Priùs votum fecerat; pro quo heres scriptus,ne conualescente Cottâ hereditatem cum victimâ amitteret; iam facit Vota, multasque spondet victimas.

PRo sene,[a] sed caro,[b] votum Maro fecit amico,
Cui grauis,& feruens [c] hemitritæus erat:
[d] Si Stygias æger non esset missus ad vndas,
Vt caderet magno victima grata Ioui.
Cœperunt certam medici spondere salutem.
[e] Ne votum soluat,nunc Maro vota facit.

In Magullam. XCIII.

f Cur non & communi veteris pocillatore?
g Times nempe venenatum poculum.ep.43.l.4.c.

COmmunis tibi cum viro Magulla
Cùm sit lectulus,& sit exoletus,
[f] Quare,dic mihi,non sit & minister?
Suspiras: ratio est,[g] times lagenam,

Ad Priscum. XCIV.

Multa vitia,quæ coërcet & supprimit tenuis fortuna, ampla & sublimis manifestabit magistratus indicabit virum.

SÆpe rogare soles qualis sim,Prisce,futurus,
Si fiam locuples,simque repentè potens.
Quemquam posse putas mores narrare futuros?
Dic mihi,si fias tu leo,qualis eris?

De Fabulla XCV.

h Eadem techna osculi apud Aristænetum. epist.3.l.1.

[h] QVa mœchum ratione basiaret
Coram coniuge repperit Fabulla.

Paruum

Paruum basiat vsque morionem:
Hunc multis rapit osculis madentem
Mœchus protinus, & suis repletum
Ridenti dominæ statim remittit,
i Quanto morio maior est maritus!

i Qui hoc non animaduertit, vel, si animaduertat, qui patitur.

In Tuccam. XCVI.

SCribebamus [a] epos: cœpisti scribere: cessi,
AEmula ne starent carmina nostra tuis.
Transtulit ad Tragicos se nostra [b] Thalia [c] cothurnos:
[d] Aptasti longum tu quoque syrma tibi.
[e] Fila lyræ moui doctis exculta Camœnis:
Plectra rapis nobis ambitione noua.
Audemus satyras: [f] Lucilius esse laboras.
Ludo leues elegos; tu quoque ludis idem.
[g] Quid minus esse potest? epigrammata fingere cœpi:
Hinc etiam petitur iam mea fama tibi.
Elige quid nolis; quis enim pudor omnia velle?
Et si quid non vis, Tucca relinque mihi.

a Carmen Epicum seu heroïcum.
b Ep. 8. l. 45 m. & 16. ep. 7. l. c.
c Ep. 20 l. 3. e.
d Tu quoque contulisti te ad tragœdiam. Syrma autem tragicorum vestis est, vt ep. 45. l. 4. c.
e Scripsi lyrica.
f Satyrographus.
g Quam scribere epigrammata?

Ad Rufum. XCVII.

MVsæi [a] pathicissimos libellos,
Qui certant [b] Sybariticis libellis,
Et tinctas sale pruriente chartas
[c] Instanti lege Rufe: sed puella
Sit tecum tua, ne [d] Thalassionem
Indicas manibus libidinosis.
[e] Et fias sine fœmina maritus.

a Mollissimos & nefandi argumenti, cuiusmodi fuere Elephantidos, ep. 43. supra b.
b Libris abominandæ nequitiæ, quos scripsit Hemitheon Sybarita vt testatur Lucianus περὶ ἀπαι-δεύτων, horum meminit & Ouidius lib. 2. Trist. epist. ad Augustum. *Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit.* c Ad hunc eundem. ep. 67. l. 7. & 8. l. 51. ep. d Coniugale illud. De Thalassione vide ep. 36. l. 1. d. e Vt ep. 42. l. 9.

In Zelotypam. XCVIII.

CVm tibi nota tui sit vita, fidesque mariti,
Nec premat vlla tuos, solicitetque toros:
Quid quasi pellicibus torqueris inepta [a] ministris,
In quibus & breuis est, & fugitiua Venus?
Plus tibi quàm domino pueros præstare probabo:
Hi faciunt, [b] vt sis fœmina sola viro.
Hi dant, quod non vis vxor dare. [c] do tamen, inquis,
Ne vagus à thalamis coniugis erret amor.
[d] Non eadem res est: [e] Chiam volo, nolo mariscam.
Ne dubites quæ sit Chia, marisca tua est,

a Pueris.
b Vt non vtar aliâ fœminâ, quam te.
c Vide ep. 43. l. 11.
d Dict. 43. ep. l. 11. g.
e De Chia & marisca, vide quæ ad ep. 24 l. 7. f. & g. hîc autem *Chiam* de pueris dicit, *mariscam* de fœminis.

Scire

Scire suos fines matrona,& fœmina debet:
Cede sua pueris, vtere parte[f] tua.

f Qua fœmina es.

—— In Bassum. XCIX.

VXor cùm tibi sit puella, qualem
Votis vix petat[g] improbus maritus,
Diues, nobilis, erudita, casta:
[h] Rumpis Basse latus, sed in [i] comatis,
Vxoris tibi dote quos parasti.
Et sic ad dominam reuersa languet
Multis mentula millibus redempta:
Sed nec vocibus excitata blandis,
Molli pollice nec rogata surgit.
Sit tandem pudor, aut eamus in ius.
Non est hæc, tua, Basse: [k] vendidisti.

g Qui votis suis non ponat modum.
h Venereâ operâ.
i Pueris.ep.57.l.2.h.& 57.l.3.not.8.
k Vxori, nomine dotis.

Ad Bætim. C.

[a] BÆtis oliuifera crinem redimite corona:
[b] Aurea qui nitidis vellera tingis aquis:
Quem [c] Bromius, quē [d] Pallas amat, [e] cui rector aquarum
Albula nauigerum per freta pandit iter:
Ominibus lætis [f] nostras Instantius oras
Intret & [g] hic populis, vt prior, annus eat.
Non ignorat, [h] onus quod sit, succedere Macro.
[i] Qui sua metitur pondera, ferre potest.

a Fl. Hispaniæ, vnde nomen prouinciæ Bæticæ quam mediam interluit. cuius margines oleis florent.
b Ep.28.l.8.l.& lib.14. ep.133.
c Bacchus, faciens vt Bætica abundet vino.
d Faciens vt Bætica abundet oleo.
e Cui Neptunus aperit iter nauigerum nauigabile vt exoneretur in cana freta Oceani qui Bætim excipit. f Hispaniam, cui præsidet. g Felix, vt prior sub administratione Macri.ep 87. l.10. h Quàm difficile sit, quid expectetur ab illo, qui sancto & integro successerit præsidi, qualem se gessit Macer. i Qui habitâ virium suarum ratione videt quàm graue subeat onus, ille ferre poterit.

In effrontem. CI.

OS ataui, patris nasum, duo lumina patris,
Et matris gestus dicis habere tuæ.
Cùm referas [k] priscos, nullamque in corpore partem
Mentiris; frontem dic mihi cuius habes? [l]

k Maiores. Alij leg. *Priscos*.
l Nullius. Es itaque effrons, vt patet ex lemmate. Verùm epigramma hoc non sapit Martialis acumen.

Ad Mattum. CII.

QVi negat esse domi se, tunc cùm limina pulsas,
Quid dicat, nescis? [m] dormio Matte tibi.

m Tibi, *non sum, non possum, non licet esse domi*. vel, respicit ad Galbam qui dormiebat Mæcenati. vel Ennium respondentem Scipioni *se non esse domi*.

Ad Milonem. CIII.

THura, piper, vestes, argentum, pallia, gemmas,
Vendere Milo soles, cum quibus emptor abit.
Coniugis vtilior merx est : quæ [n] vendita sæpe,
[o] Vendentem numquam deserit, aut minuit.

n Pretio prostituta. o Triopeis altera, quam famelicus pater Erisicthon in varias se mutantem figuras sæpius vendidit. Ouid. 8. l. Metam.

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON LIBER. XIII.

¶ Cui * XENIA inditum nomen.

* Xenia dicta, quòd τοῖς ξένοις. i. hospitibus, nec non amicis apponebantur mittebanturue. hæc cùm pictores tabellis, tum poeta carminibus imitatus est. infra ep. 3. & Vitruu. l. 6. c. 10.

¶ I.

[a] NE toga cordylis & pænula desit oliuis,
[b] Aut inopem metuat sordida blatta famē;
[c] Perdite [d] Niliacas Musæ mea damna [d] papyros:
Postulat ecce nouos [e] ebria bruma [f] sales.
[g] Non mea [h] magnanimo depugnat tessera talo,
[i] Senio nec nostrum cum [k] cane quassat [l] ebur,
Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta [m] fritil-
[n] Alea nec damnum, nec facit ista lucrum. (lus;

a Vt habeant salsamentarij & aromatopolæ ineptas chartas quibus inuoluant pisciculos, scombros & oliuas, ep. 2. l. 3. c. & ep. 87. l. 4. g. — b — Vt habeant tineæ & blattæ cum quibus rixentur, & quam arrodant escam, chartas. — c — O Musæ, quarū œstro ego percitus meo cum damno scribo carmina, perdite & has chartas. d Chartæ vsum præstitit olim papyrus iuncus in palustribus AEgypti locis natus diuisusque in tenuissimas philyras. e Saturnalia, mense brumali Decembri celebrata, in quibus genio indulgebatur. f Iocos. g Ego in his Saturnalibus non ludo talis, dein tesseris, non nucibus nec fritillis; sed carminibus & chartis. ep. 66. l. 4. p. q. h An talum appellāt magnanimum quod talis & tesseris strenuè operam dent, ceu potius opes perdant luxuriosi & prodigi iuuenes, quos Persius 6. Sat. appellat *magnanimos pueros*? An fortè alludit ad illud Philosophi qui fortem & magnanimum comparat τῷ τετραγώνῳ. Ethic. Nicom. 1. l. 10. c. i Faustus iactus. qui ternus in 3 talis si ceciderit, faustissimus est & lucrosissimus. k Vnione, iactu damnoso. l Fritillum ex ebore. ep. 14. l. 4. i. Alij talos, Alij alueum intelligunt. m Ep. 14. l. 4. i. n Ludus hic meus epigrammatarius.

¶ In detractorem. II.

[a] NAsutus sis vsque licet, sis denique nasus,
[c] Quantum noluerit ferre rogatus [c] Atlas,
Et possis [d] ipsum tu deridere [d] Latinum,
Non potes in nugas dicere plura meas,

a Sis licèt ingens irrisor. μυκτηρίζειν. vide ep. 4. l. 1. f. b Totus ex irrisione compositus & conflatus. *deos rogabis totum vt te faciant, Fabulle, nasum* dixit Catullus. sed sensu alio. c Hyperbolicè. ep. 4. l. 9. d. d *Emphaticè*. Minum, qui & alios imitatione deridet, ep. 5. l. 1. d.

Ipſe ego quàm dixi, [e] quid dentem dente iuuabit
Rodere ? [f] carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.
Ne perdas operam : qui ſe mirantur, in illos
Virus habe: nos hæc nouimus eſſe nihil.
[g] Non tamen hoc nimium nihil eſt, ſi candidus aure,
Nec matutina ſi mihi fronte venis.

e Quid limam rodis vipera? quid carmina mea reprehenſoria, reprehenſor? f Quæ cedat denti tuo, mea reaget, vt loquuntur Phyſici. pete dente poëtas magna profeſſos, in illis vel frange genuinum, in illos virus inuidiæ tuæ & maledicentiæ euome. meæ iſtæ nugæ ſerpunt humi tutæ ſatis, & ſi opus ſit, ſui vindices. ep 61. l. 5. d. g Nec tamen planè nihil ſunt mea hæc. excipientur candidis & feſtiuis, ſi minus placeant ſobrijs, ſeueris & impranſis.

Ad lectorem. III.

OMnis in hoc gracili [a] xeniorum turba libello
Conſtabit nummis quatuor empta tibi.
Quatuor eſt nimium: poterit conſtare duobus,
Et faciet lucrum [b] bibliopola Tryphon.
Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas,
Si tibi tam [c] rarus, quàm mihi, nummus erit.
Addita per [d] titulos ſua nomina rebus habebis.
Prætereas, ſi quid [e] non facit ad ſtomachum.

a Vide inſcriptionem libri huius, ſupra.*
b Ep. 72. l. 4. a.
c Poëtarum propè omnium fatale malum.
d Lemmata, inſcriptiones.
e *Metaphoricè*. cum Xenia et æ carmine adumbrantur, ſint plerumque eſculenta & poculenta.

Thus. IV.

[f] SErus vt ætherea [g] Germanicus imperet aula,
Vtque diu terris, da pia thura Ioui.

f Sic ep. 39. l. 8. b.
g Domitianus, ep. 2. l. 5. d. Conſtat itaque hæc ſcripta viuo Dom. ante lib. 10. & 11.

Piper. V.

[h] CErea quæ patulo lucet [i] ficedula lumbo,
Cùm tibi fortè datur, [k] ſi ſapis, [k] adde piper.

h Pinguis vt ep. 57. l. 3. c.
i Infra, ep. 49
k Vt & auis vnà tecum ſapiat, alioqui illa inſipida futura, tu inſipiens.

Alica. VI.

[l] NOs [m] alicã, [n] mulſum poterit tibi mittere diues.
Si tibi noluerit mittere diues, eme.

l Pauperes.
m Potum è Zea ceu ſpelta, cereuiſiæ noſtræ haud diſsimilem. n Infra 108. ep.

Conchis faba. VII.

SI [o] ſpumet * rubra [p] conchis tibi pallida * teſta,
[q] Lautorum cœnis ſæpe negare potes.

o Inter coquendum.
* Fictili vaſe rubro.
p Faba. ep. 77. l. 7. c.
q Inuitatus potes menſa diuitum carere, domique cœnare.

Far. VIII.

[r] IMbue plebeias [ſ] Cluſinis pultibus ollas,
[t] Vt ſatur in vacuis dulcia muſta bibas.

r Condito.
ſ Pulte è farre Cluſino. quod optimum eſt, è Cluſio Tuſciæ opp. t Gratiora enim bibuntur è vaſis pulte imbutis, vina. Turneb. 25 l. c. 28. & Theophraſt. l. de odoribus ſcribit, demiſsis in dolia farris oſsis, vinum domari, molleſcere & cum ſaporis gratia miteſcere.

Lens. IX.

A Ccipe [u] Niliacam, Pelusia munera, lentem:
Vilior est alica, carior illa faba.

u Lens enim optima nascitur circa Pelusium opp. AEgypti, vulgo *Damiata* alijs *Roseto* ad extremum Nili ostium. *Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.* Virg. Georg. 1.

Simila ex tritico. X.

NEc poteris similæ [x] dotes numerare, nec usus,
Pistori toties cùm sit & apta coco.

x Munera & usus.

Ordeum. XI.

[y] MUlio quod non det tacituris accipe mulis.
[z] Hæc ego cauponi, non tibi dona dedi.

y Quo mulio defraudat iumenta muta.
z Quod tu vendes cauponi, pabulum equis futurum, non panem tibi. vide Turneb. 25 l. 28.

Frumentum triticeum. XII.

* TErcentum Libyci modios de messe coloni
Sume, suburbanus ne moriatur ager.

* Triticum ex Africa frumenti feracissima, quod seratur in agro suburbano, vel quo alatur vrbs alióqui peritura ob agri suburbani sterilitatem, ceu continuâ culturâ effœti.

Betæ. XIII.

VT [a] sapiant fatuæ [b] fabrorum prandia betæ.
O quàm sæpe petet vina, piperque cocus!

a Insipidæ nisi condiantur.
b Pauperum.

Lactuca. XIV.

[c] CLaudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi, cur nostras inchoat illa dapes? [d]

c Vt frigiditate suâ retundetent vini calorem.
d Ad lubricandum ventrem. ep 53. l. 11. c. *vel*, somnum conciliandum.

Ligna acapna. XV.

SI vicina tibi Nomento rura coluntur,
[e] Ad villam moneo, rustice, ligna feras.

e Namque in agro Nomentano propter vliginem & paludes nō sunt sicca ligna aptaque foco materies.

Rapa. XVI.

HÆc tibi [f] brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus, [g] in cœlo Romulus esse solet.

f Frigore dulciora fiunt & grandiora. Plin. 18. l. c. 13.
g Frugaliter & aridè victitans, vt quondam in vivis. Turnebus l. 18. c. 13.

Coliculi. XVII.

NE tibi pallentes moueant fastidia caules,
[h] Nitrata viridis brassica fiat aqua.

h Nitro enim olera viridiora fiunt. Plin. l. 31. c. 10.

Porri

Porri sectiui. XVIII.

[i] FIla [k] Tarentini grauiter redolentia porri
Edisti quoties, oscula [l] clausa dato.

i In herbulas enim fruticescit, in tenuia quasi flamina crescens.
k Quod optimum nascitur Tarenti. l Clausis labijs.

Porri capitati. XIX.

MIttit præcipuos nemoralis [m] Aricia porros:
In niueo virides [n] stipite cerne [o] comas.

m *Etmiter Aricia porri.* Columell.
n Capite & stipite.
o Folia & herbas, blades.

Napi. XX.

[p] HOs [q] Amiternus ager felicibus educat hortis:
[r] Nursinas poteris parcius [*] esse [r] pilas.

p Al. Nos. i. Napos.
q Amitorum vrbs Italiæ, Aquileiæ vicina. *In qua palude* (inquit Sidonius Apollinaris 8. epist. l. 1.) *muri cadunt, aquæ stant: turres fluunt, &c. Mare autem Adriaticum Rauennæ paludibus immiscetur.* Vitruv. l. 1 c. 4. r Rapa, quæ in orbem optima nascuntur in Nursia Sabinorum ciuitate. * Edere.

Asparagi. XXI.

MOllis in [s] æquorea quæ creuit [t] spina Rauenna.
[u] Non erit incultis gratior asparagis.

s Ep. 55. l. 3.
t *In totum spina est asparagus* Plin. 21. l. c. 15.
v Syluestres & sponte suâ nati per montes asparagi non cedunt altilibus & satis Rauennatibus Athenæus l. 2. c. 22.

Vua * *duracina.* XXII.

[y] NOn habilis cyathis, & inutilis vua Lyæo:
Sed [z] non potanti me, tibi nectar ero.

x Quæ acinos duros, vel, duro tectos corio habet. Plin. l. 14. c. 1. & 3. Gallice *Piquepoulle.* y Prelis & vino inutilis. z Sed edenti.

Chia ficus. XXIII.

[a] CHia [b] seni similis Baccho, [c] quam [d] Setia misit:
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

a In Chia insula nata. postea aliò translata.
b Quæ vinum vetus sapit. ep. 24. l. 7. g. c Alij *quem*, & referunt ad Bacchum. d Cretæne? an Campaniæ?

Cydonia. XXIV.

SI tibi [e] Cecropia [f] saturata Cydonia melle
Ponentur: dicas hæc [g] melimela licet.

e Attico. à Cecrope rege.
f Melle incocta. Plin. 15 l. 17 c.
g Mellita poma.

Nuces pineæ. XXV.

[h] POma sumus Cybeles procul hinc discede viator,
[i] Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

h Pinus magnæ Matri consecrata est, propter Attyn mutatum in hanc arborem.
i Ne cadamus in tuum caput.

Sorba. XXVI.

SOrba sumus molles nimium durantia ventres:
Aptius hæc [k] puero, quam tibi poma dabis.

k Qui mollior est aluo, & sæpe profluuio laborat.

[l] *Spathalion caryotarum.* XXVII.

AVrea porrigitur [m] Iani [n] Caryota Kalendis
[o] Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

l Termes ab arbore palmâ decerptus. Diosc. 1. l. 123. c. m Calendis Ianuarijs mittebantur a pauperibus palmulæ inauratæ, vel crusta illitæ, vt placet Ios. Scal in Tibul. 1. l. vide epigr. 33. l. 8 Mart. l. n Palmularum fructus ita dict. quód capiti graues sunt. Plin. 13. l. 4. c. o Hæc munera si mittant pauperes, quanto maiora diuites?

Coctana. XXVIII.

HAEc tibi quæ [p] torta venerunt condita mentha,
Si maiora forent [q] coctana, ficus erat.

p Al. *tota* vel *torta mentha*. Melior lectio, *torta metâ*. i. è tortis iuncis textâ sportâ, vel testâ turbinatâ in metæ formam, vt ep. 44. l. 1. c. quam l. 5. ep. 18. dixit *acutam testam*. q Κότταναι εἶδος συκῶν. ep. 89. l. 4. h.

Pruna [r] *Damascena.* XXIX.

PRuna [r] peregrinæ carie rugosa [s] senectæ
Sume: solent duri soluere ventris onus.

r Ex Damasco Syriæ.
s Ep. 11. l. 5. g.

Caseus Lunensis. XXX.

CAseus Etruscæ signatus [t] imagine Lunæ,
Præstabit pueris prandia mille tuis.

t An lunæ formâ? Quod fortè insigne erat Lunæ oppidi Etruriæ, cuius portos & lunæ referebat imaginē.

Caseus Vestinus. XXXI.

SI sine carne voles ientacula sumere frugi:
Hæc tibi [u] Vestino de grege [x] massa venit.

u Vestini pop. Italiæ, Sabinis vicini.
x Caseus è lacte presso & in massam coagulato.

Caseus Velabrensis. XXXII.

NOn quemcumq; focum, nec fumū caseus omnē,
Sed [y] Velabrensem qui bibit, ipse sapit.

y Velabrum locus Romæ prope Auentinum. *Fumus imbibitus auget gratiam casei, qualis in ipsa vrbe conficitur cunctis præferendus.* Plin. 11. l. 42. c.

Casei Trebulani. XXXIII.

[a] TRebula nos genuit; commendat gratia duplex,
[b] Siue leui flamma, [c] siue domamur aqua.

a Vicus in Sabinis, ep. 72. l. 5. a.
b Siue torremur. tosted.
c Siue desolbinati maceramur iure.

Bulbi

Bulbi XXXIV.

CVm sit anus coniux, & sint tibi mortua membra,
Nil aliud [d] bulbis quàm satur esse potes.

d Qui Venerem inflant. Ex his verò cum nucleis pineis, eruca, pipere in nuptiali cœna sponso ferculum pat. ri solitum. Alex. ab Alexan. 2. l. 5. c. citat adagium Athenæus. l. 2. c. 23. οὐδὲν σ' ὀνήσει βολβὸς ἂν μὴ, νεῦρ' ἔχῃς.

Lucanica. XXXV.

[e] Fllia Picenæ venio Lucanica porcæ
[f] Pultibus hinc niueis grata corona datur.

e E concisis carnibus porcæ in agro Picentino natæ. vide ep. 46. l. 4. d. & 79. ep. 3. l. f Oras patinæ habentis pultem ex tritico circundat. vt ep. 75. l. 5. g.

Oliuæ. XXXVI.

HAEc quæ [g] Picenis venit [h] subducta [i] trapetis,
[k] Inchoat, atque eadem [l] finit oliua dapes.

g Oliuæ optimæ ex agro Piceno in Italia. h Subtracta, oleo non expresso integra. i Ep. 27. l. 7. f. k Ad incitandum stomachum. l Ad tollendum fastidium.

Mala citrea. XXXVII.

AVt [m] Corcyræi sunt hæc de frondibus horti,
[n] Aut hæc Massyli poma draconis erant.

m Ex horto Alcinoi regis Phæacum in insula Corcyra. n Aut Hesperidum mala. ep. 94. l. 10. a. Neque alia credimus fuisse aurea illa poma quam hæc Aurantia, citrea, Medica. Athenæus. l. 3. c. 4. 7. & 43.

Colostrum. XXXVIII.

SVrripuit pastor quæ [o] non dum stantibus hœdis,
De primo matrum lacte colostra damus.

o Priusquam hœduli recens nati erexissent se & admouissent vberibus ora.

Hœdi. XXXIX.

LAsciuum pecus, & [p] viridi non vtile Baccho
[q] Dat pœnas: nocuit iam tener ille deo.

p Rodens virentes palmites. q Al. Det. i. Mactetur hostia Baccho. Quod teneras vites roserit ipse tener. Ouid. Fast. 1. Rode caper vitem, &c. Al. ὅλον α. Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, &c. καφ. ς.

Oua. XL.

[r] CAndida si croceos circumfluit [r] vnda vitellos,
[s] Hesperius scombri temperet oua liquor.

r Lacteus liquor in albumine oui. s Condito oua garo Hispano. ep. 102. infra.

Porcellus lactens. XLI.

LActe mero pastum pigræ mihi matris alumnum
Ponat, [t] & AEtolo de sue diues edat.

t Et diuiti apponatur pro more lautorum aper, vel Arcadici illius æmulus ep. 15. lib. Spect. a.

Apyrina

Apyrina & tuberes. XLII.

NOn tibi [u] de Libycis tuberes, & apyrina ramis,
[x] De Nomentanis ſed damus arboribus.

u In Africa primum nata, ſed tranſlata & alibi poſtea ſata poma, quibus, quod ijs lignoſus abeſſet nucleus, nomen ex α & πυρὴν Plin. l.13. c.19. & 15.l.14.c. x Ex villa mea in agro Nom. qui ad 10. ab vrbe lapidem.

Idem. XLIII.

LEcta ſuburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et [y] vernæ tuberes. quid tibi cum Libycis?

y Domi nati. vt præced. ep. b.

Sumen. XLIV.

[z] ESſe putes non dum ſumen: ſic vbere largo
Effluit, & viuo lacte papilla tumet.

z Non credas hoc ſacimen eſſe è papillis ſuis à partu cæſæ reſectis: ſed etiamdum viuere in ſue papillas, ita lacte exundant.

Pulli gallinacei. XLV.

SI [a] Libycæ nobis volucres, & [b] Phaſides eſſent,
Acciperes: at nunc accipe [c] cortis aues.

a Guineyes, Turkeyes.
b Phaſiani. infra ep. 72.
c Ep. 30. l.7. b. c.

Perſica, Nuciperſica. XLVI.

FIlia maternis fueramus præcoqua ramis:
[d] Nunc in adoptiuis Perſica cara ſumus.

d An quia in natiua ſtirpe vilia; pruno inſita fiunt nobilia? vt habet Pallad. l.4. de Inſ. An quia in ſua Perſide, noxia & venenoſa, ſed tranſlata, mutatoque cœlo & ſolo dulcia fiunt & ſalubria? ex opinione Columellæ. vide Alciati embl. 142 & Claud. Minoem ad idem embl.

Panes Picentini. XLVII.

[e] PIcentina Ceres [f] niueo ſic [f] nectare creſcit,
Vt leuis accepta ſpongia turget aqua.

e Panis Picentinus ex alica ceu tritico opt. macerato.
f Lacte.

Boleti. XLVIII.

ARgentum, atq; aurum facile eſt, lenamq; togamq;
Mittere: [g] boletos mittere [h] difficile eſt.

g Ep. 21. l.1. b.
h Ipſi malunt edere, quàm amicis mittere. vel quia rari.

Ficedula. XLIX.

CVm me ficus alat, cùm paſcar dulcibus vuis,
[i] Cur potius nomen non dedit vua mihi?

i Cur non vuedula potius quam ficedula?

Tubera. L.

k Negant tamen gigni ex tuberante terrâ aut rimas vrgente, nec terræ cohærere tubera fibris aut capillamentis, Plin. l. 18. c. 3. Diosc. 2. l. 139. c. vide & Athenæum l. 2. l Al. *quæ*. m ἀκύρος fructus.

k RVmpimus altricem tenero l de vertice terram
Tubera. boletis m poma secunda sumus.

Turdorum corona. LI.

n In lautissimorum conuiuijs dabantur coronæ è nardi folio. Plin. 21. l. 3. c. * Ep. 47. l. 3. l.

n TExta rosis fortasse tibi, vel diuite nardo,
At mihi * de turdis facta corona placet.

Anas. LII.

o Tanquam saporis non æquè grati.

TOta quidem ponatur anas: sed pectore tantùm,
Et ceruice sapit: o cetera redde coco.

Turtur. LIII.

p Nolo acetaria quæ claudant stomachum. *vel* quæ procurent appetitum, *aliamque famem* vt vocat Iuuen. 4. sat. 157. v. Mihi sapit turtur. Nolo conchylia *Quæ renouent per damna famem*. Petron.

DVm pinguis mihi turtur erit: lactuca valebis,
Et cochleas tibi habe. p perdere nolo famem.

Perna. LIV.

q A Cære opp. Hetruriæ. Alij & credo, melius leg. *Ceretana* & intelligunt pernam ex Ceretanis Hispaniæ pop. quam commendat Athenæus. l. 14. r Pulpa. ep. 76. l. 3. s Rheni accolis, quos alij Iuliacenses, alij Westphalos esse putant.

q CAEretana mihi fiet, vel r massa licebit
De s Menapis: lauti de petasone vorent.

Petaso. LV.

t Recens, succi & saporis plenus.
u Non placet fumo duratus & siccus.

t MVsteus est: propera, caros nec differ amicos:
u Nam mihi cum vetulo sit petasone nihil.

Vulua. LVI.

x Vulua virginis suis, sterilis, vtpote castratæ spayed. Plin. l. 8. c. 51.
y Vulua porcaria, i. suis ante editum partum enectæ. vide Plin. 11. l. 37. c. & supra, ep. 44.

TE fortasse magis capiet x de virgine porca:
Me y materna graui de sue vulua capit.

Colocasia. LVII.

z Fabam AEgyptiam, Colocasiam. *ceu* caulem fabæ.
* Caulis enim Colocasiæ araneosus est & filis neruosus in mandendo. Plin. 21. l. 15. c. vide ep. 32. l. 8. n.

z NIliacum videbis olus, lanasque * sequaces,
Improba cum morsu * fila manuque trahes.

Iecur anseris. LVIII.

ADspice quā [a] tumeat [b] magno iecur ansere maius,
Miratus dices, hoc rogo creuit vbi?

a Mulso, lacte, ficu & carica fartum.
b *Anseris ante ipsum* magni iecur, Iuue n.5 sat.113.v. χηνὸς ἧπαρ περισπούδαστον κτ τῶν Ῥωμαίων. Athenæus 9.l.8.c quin & ipsis anseribus saginandis adhibiti χηνοβοσκοί, ibid.

Glires. LIX.

[c] TOta mihi dormitur hiems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

c Plin.l.8.c.52.& 29. l.cap.vlt.

Cuniculus. LX.

GAudet in effossis habitare cuniculus antris:
Monstrauit [d] tacitas hostibus ille vias.

d Subterraneas.ab hoc animali *cuniculos* dictos. vnderminings Vegetius l.4.c.24.

Atagenæ. LXI.

INter sapores fertur alitum primus
Ionicarum gustus atagenarum.

Gallina altilis. LXII.

PAscitur & [e] dulci facilis gallina farina,
Pascitur & [f] tenebris. [g] ingeniosa gula est.

e Mulso depsitâ.
f Motus enim & lux pinguedini inimica, &c. Varro l.3.c 9. Senec.epist.123.
g Gulones isti ingeniosi sunt ad luxuriam. sic ep.117 l.14. Sic & Petronius, *Ingeniosa gula est, Siculæ scarus æquore mersus Ad mensam viuus perducitur.*

Capo. LXIII.

NE nimis [h] exhausto macresceret inguine gallus,
Amisit testes: nunc mihi [i] Gallus erit.

h Per coitum.
i AEquè castratus ac Galli sacerdotes Cybeles. ep.45.l.2.

Idem. LXIV.

SVccumbit [k] sterili frustra gallina marito:
[k] Hanc matris Cybeles esse decebat auem.

k Capon. vt præced. epigr.

Perdix. LXV.

POnitur Ausonijs auis hæc rarissima mensis:
[l] Hanc in lautorum mandere sæpe soles.

l Alij, *Hanc in piscina ludere sæpe soles* legunt, & alludunt ludum in piscina, qui πέρδιξ ceu περδικισμὸς dictus.

Columbini. LXVI.

N E violes teneras m præduro dente columbas,
Tradita ſi Cnidiæ ſunt tibi ſacra deæ.

m Al. *periuro*, docet enim ſequens verſus interdictum fuiſſe columbinorum eſum Myſtis Veneris, qui initiati erant ſacris Deæ Ven. Cnidijs religioſè cultæ. & cui columba ſacra.

Palumbus torquatus. LXVII.

n INguina torquati tardant, hebetantque palumbi:
Non edat hanc volucrem, qui cupit eſſe ſalax.

n Venerem. ſalacitatem.

Galbula. LXVIII.

o GAlbula decipitur p calamis, & retibus ales,
q Turget adhuc viridi cùm rudis vua mero.

o Al. *Galbina*, Baptiſta Pius aſſerit lectionem *Galbula* quæ ἰκτερὸς. Annot. Poſt. c. 29. p Viſcatis. q Autumno primo.

Catta. LXIX.

r PAnnonicas nobis numquã dedit Vmbria cattas:
Mauult hæc ſ domino mittere dona Pudens.

r E Pannonia missas Pudenti in Vmbriam miſit: ille Romam.
ſ Domitiano, vel diuiti patrono. Alij leg. *Dominæ*.

Pauo. LXX.

MIraris quoties gemmantes explicat alas,
Et potes t hunc ſæuo tradere dure coco?

t Spectaculum pulchrius quam ferculum, auem oculis quam gulæ gratiorem.

Phœnicopterus LXXI.

u DAt mihi penna rubens nomen: ſed lingua x gu-
Noſtra ſapit, y quid ſi garrula lingua foret? (loſis

u Φοινικό-πτερος. puniceus alas.
x Apicio, Heliogabalo, Vitellio. y Quanto magis guloſis iſtis ſaperet ſi vox acceſsiſſet, quibus tacita lingua tam in delicijs eſt? Reſpicitque poëta patinam AEſopi tragœdi ex linguis auium canorarum. Plin. l. 10. c. 51.

Phaſianus. LXXII.

z ARgiua primùm ſum tranſportata z carina,
Ante mihi notum nil, niſi * Phaſis, erat.

z Argo.
* Fl. Colchorum. vnde phaſianos ab Argonautis tranſportatos arguit à nomine auis.

Numidicæ. LXXIII.

ANſere a Romano quamuis ſatur Hannibal eſſet:
Ipſe b ſuas numquam barbarus edit aues.

a Qui Romanis in delicijs? An quia ſeruauit Capitolium Rom. vt ſeq. epigr.
b Numidicas, quæ nondum gulæ barbaræ innotuerant.

Anſer

Anser. LXXIV.

[a] HÆc seruauit auis Tarpeij templa tonantis,
Miraris? [b] non dum fecerat illa deus.

a Manlius clangore anseris excitatus subeuntes nocte Gallos à summa rupe deiecit,&c.Liu.5.L.Florus l.1.c.13.Plutarch.l.de fortuna Rom, &c. b Postquam vero Domitianus Dominus ac Deus noster capitoliū conflagratum restituit non opus est ansere nedum alio custode.

Grues. LXXV.

[c] TVrbabis versus,nec litera tota volabit,
Vnam perdideris si Palamedis auem.

c Exempta vna auis turbabit ordinem & formam literæ,quam ex gruum volatu adinuenit Palamedes.sit illa Y an Λ an vt alijs magis placet Δ.

Rusticula. LXXVI.

RVstica sum perdix.quid refert,si sapor idem est?
Carior est perdix: [d] sic sapit illa magis.

d Propter pretium.*magis illa iuuant,quæ pluris emuntur.*

Cycnus. LXXVII.

[e] DVlcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cycnus funeris ipse sui.

e Poëtis & quibusdam philosophis receptum, cycnum mortis præscium cum voluptate & cantu mori.Sed negant Plinius,AElianus,Iul.Scaliger,alijque sanioris iudicij.

Porphyriones. LXXVIII.

NOmen habet magni volucris tam parua [f] Gigãtis,
Et nomen Prasini [g] Porphyrionis habet.

f Porphyrionis,cuius meminit Horat.3.l.4.od.Claudian in Gigantomach. Eusthath.ad Iliad.ξ. g Purpurionis,qui auriga Neronis, factionis Prasinæ.Vide & aliam Lipsij expositionem huius ep.lib.1.Quæstion.Epistolic.5.

Mullus. LXXIX.

[h] SPirat in [i] aduecto, sed iam piger [i] æquore mullus
Languescit: viuum da mare, fortis erit.

h Impropriè,ex sententia scholæ Peripateticæ.spirare vero pisces contendit Plinius l. 8.c.7.
i Vale pleno aquâ marinâ.

Muræna. LXXX.

QVæ natat in Siculo grandis muræna profundo,
[k] Non valet exustam mergere Sole cutem.

k Præ pinguedine in summo æquore fluitat,vbi à sole torrefacta nequit se curuare neque immergere.

Rhombus. LXXXI.

QVamuis lata gerat patella Rhombum:
Rhombus latior est tamen patella.

Ostrea. LXXXII.

l EBria Baiano veni modò concha m Lucrino:
n Nobile nunc sitio luxuriosa garum.

l Satura. *vel* mersa.
m Ostreis Lucrinis optimum adiudicauit saporem Serg. Orata. Macrob. 2. Sat. 11. c.
n Condior garo. infra ep. 102.

Squillæ. LXXXIII.

COeruleus nos o Liris amat, quem sylua Maricæ
Protegit: hinc squillæ maxima turba sumus.

o Fl. Campaniæ Minturnas præterfluens, cui præsidet Marica Nympha Fauni vxor, vel vt alij volunt Venus, cui sacellum iuxta Lirin consecratum.

Scarus. LXXXIV.

HIc Scarus, æquoreis qui venit obesus ab vndis,
p Visceribus bonus est, * cetera vile sapit.

p Iecinore. Plin. 32. 18. c.
* Supp. κατ. *Hellenism.*

Coracinus. LXXXV.

PRinceps Niliacis raperis Coracine macellis:
q Pellææ prior est gloria nulla gulæ.

q AEgyptiacæ, Alexandrinæ: ab Alexandro Pellæ Macedoniæ vrbis nato, qui condidit Alexandriam.

Echinus. LXXXVI.

ISta licet digitos r testudine pungat acuta,
Cortice deposito * mollis echinus erit.

r Testâ hirsutâ & aculeatâ.
* Cibo gratus.

Murices. LXXXVII.

s SAnguine de nostro tinctas ingrate lacernas
Induis, t &, non est hoc satis, esca sumus.

s Vide ep. 24. l. 5. f.
t Namque inter conchylia mensis inseruntur murices.
δύναται γὰρ βάπτειν ἐκ ἐσθίεσθαι μόνον τὸ τῆς πορφύρας χρείας. Lucian. κυνικός.

Gobius. LXXXVIII.

IN u Venetis sint lauta licet conuiuia terris,
x Principium cœnæ gobius esse solet.

u Italis Henetis, non Gallis.
x Ep. 31. l. 10. d.

Lupus. LXXXIX.

y LAneus Euganei lupus excipit ora z Timaui,
a Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.

y Coloréne albus, an carne mollis, an mandendo araneolus, vt de colocasijs supra ep. 57? an alludit ad Euganeas & Altinates oues iuxta Timauum, quæ lanarum mollitie laudantur, vnde & Poëtice piscibus ora eiusdem fl. excipientibus idem tribuit?
z Ep. 25. l. 4. g. h.
a Namque illi lupi sunt laudatissimi qui ad ostia fluuiorum degunt dulci pariter ac salsâ aquâ pasti.

Aurata.

Aurata. XC.

NOn omnis laudem, pretiumque * aurata meretur:
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus.

* Ab auri colore in capite dicta. vt Græcè χρύσοφρυς.

Acipensis. XCI.

AD b Pallatinas acipensem mittite mensas:
c Ambrosias ornent munera rara dapes.

b Cæsarum, principum in Palatio.
c Diuinas, dignas Dijs superis & Cæsaribus.

Lepus. XCII.

INter aues turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes d gloria prima lepus,

d Alij leg. *Mattya.* de qua voce ep. 59 l. 10. b.

Aper. XCIII.

QVi e Diomedæis metuendus f setiger agris
AEtola cecidit cuspide, talis erat.

e AEtolis, Thracijs. nam Diomedes rex Thraciæ.
f Ep. 4[illegible]. supra. & lib. spect. ep. 15. a.

Damæ. XCIV.

*DEnte timetur aper; defendunt cornua ceruum:
Imbelles damæ quid nisi præda sumus?

* Sic Anacreon ludit in ferarũ armaturã natiuã. 2. Car

Oryx. XCV.

g MAtutinarum non vltima præda ferarum
Sæuus h oryx, constat i qui mihi morte canũ.

g Vide ep. 25. l. 10. a.
h De quo Oppian. 2. κυνηγ. Plin. l. 2. c. 40. & 46. AElian. l. 14. c. 14.
i Al. *quot mihi morte canum?* sæuus enim est, multosque occidit canes.

Ceruus. XCVI.

k HIc erat ille tuo domitus Cyparisse capistro:
An magis iste tuus Siluia ceruus erat?

k Hic ceruus similis est illius cui tu Cyparisse insidens *Mollia purpureis frenabas ore capistris*, Ouid. Met. 10. Vel illius, qui Siluiæ filiæ Tyrrhi in delicijs. Virg. 7. AEn.

Lalisio. XCVII.

CVm tener est onager, l solaque lalisio matre
Pascitur: m hoc infans, sed breue nomen habet.

l Lactens onager.
m Quandiu lactens est; citò vero depulsus, in onagrum transit. Plin. 8. l. 44. c. Asini autem syluestris pullus in delicijs ciborum erat. Luciani Λύκιος ἢ ὄνος.

Dorcas. XCVIII.

n Cicurantur enim Dorcades, mansuetæ & familiares fiunt.

n DElicium paruo donabis dorcada nato:
o Iactatis solet hanc mittere turba togis.

o In arenam mitti solet dato à Quiritibus signo togæ iactatæ. sic Turneb. 25. l. 28. c. Vel hanc in arenam missam agitare & venari solet turba iactatis togis.

Caprea. XCIX.

p Respicit ad Virgilij versum. *Dumosa pendere procul de rupe videbo.*
q Al. *despicit.* r Inter venandum.

p PEndentem summa capream de rupe videbis,
Casuram speres, q decipit illa r canes.

Onager. C.

s Missam facite venationem elephanti: adest onager, cuius venatio arenæ & spectatoribus iucundior.

s PVlcher adest onager: mitti venatio debet
t Dentis Erythræi: iam remouete u sinus.

t Elephanti Indici ceu AEthiopici, iuxta mare Erythræum. u Retia quæ ad coercendos elephantas obtendebantur podio,

Oleum Venafranum. CI.

x Trapeto ceu prelo domita emisit.
y Oliua.
z Ep. 64. l. 12. a.

HOc tibi Campani x sudauit y bacca z Venafri:
Vnguentum, quoties sumis, & istud olet.

Garum * *scombrorum.* CII.

* Alij *sociorum*, quód garum hoc Camari (quod tamen ex ouis acipenserum parari volunt) à socijs Romanorum, Græcis, Mauris, Forolulensibus, Clazomenijs, Hispanis verò optimum fieret mitteretur que Romam. supra ep. 40

a EXspirantis adhoc scombri de sanguine primo,
Accipe b fæcosum munera cara garum.

a Garum, liquor erat ex intestinis Gari piscis sale maceratis. Inuentum Græcum. Hispani verò postea è scombris *Anchouis* liquorem hunc conficiebant, retento Gari nomine. b Al. *fastosum*, i. Fastuosum, q. d. dignum mensis dignum.

Muria. CIII.

c Antipolis, ciuitas prouinciæ Narbonensis, vnde thynnus adferebatur laudatissimus. d Liquamen thynni soluti.

c ANtipolitani fateor sum d filia thynni:
e Essem si scombri, non tibi missa forem.

e Si essem garum, non tibi pauperi, sed diuiti missa forem.

Mel Atticum. CIV.

f Attici, à Theseo rege.
g Montis Attici.
h Præsidis Atticæ.

HOc tibi f Thesei populatrix misit g Hymetti
h Pallados à syluis nobile nectar apis.

Faui Siculi. CV.

i Montis Siciliæ;
k Atticos, à Cecrope rege.

CVm dederis Siculos medijs de collibus i Hyblæ,
k Cecropios dicas tu licet esse fauos.

* *Passum.* CVI.

l CNossia Minoæ genuit vindemia Cretæ
Hoc tibi, quod m mulsum pauperis esse solet.

* Liquor ex vua ad solem passa expressus.
l Cretensis. Gnossus enim vrbs Cretæ, Minois regia. m Mox, ep. 108.

n *Picatum vinum.* CVII.

HÆc de vitifera venisse picata Vienna
Ne dubites: misit Romulus ipse mihi.

n Picatum hoc vinum in ipsa vrbe Roma factum arte ex picis fluxu ita picis gratiam olet, vt dubites an natiuum sit picatum à Vienna Allobrogum, de nobilitate Viennensis vuæ picem resipientis, Plin. l. 14. c. 1.

Mulsum. CVIII.

o ATtica nectareum turbatis mella Falernum:
Misceri decet hoc à Ganymede merum.

o Vos optima mella ex Attica nulla optimo vino Falerno æquatis nectari Deorum.

Albanum. CIX.

HOc de p Cæsareis mitis vindemia p cellis
Misit, q Iuleo quæ sibi monte placet.

p Quæ in monte Albano, quo secedebant Cæsares. Domitianus inprimis.
q In quo Iulus longam Albam condidit.

Surrentinum. CX.

r SVrrentina bibis: nec murrhina picta, nec aurum
Sume: s dabunt calices hæc tibi vina suos.

r Vina ex Surrento Picentinorum promontorio.
s Vnâ cum vino Surrentinos calices mittent Picentini. ita nec myrrhinis nec aureis poculis opus erit.

u *Falernum.* CXI.

DE t Sinuessanis venerunt u Massica prelis.
Condita quo quæris consule? x nullus erat.

t Campanis namque Sinuessa vrbs Campaniæ maritima.
u Massicus & Falernus distincti erant montes, sed vitium laude pares. x *Hyperbolicè.* etiam ante consules diffusum.

Setinum. CXII.

y PEndula Pomtinos quæ spectat Setia campos,
Exigua vetulos misit ab vrbe cados.

y Vide ep. 74 l. 10. c.

Fundanum. CXIII.

HÆc a Fundana tulit felix autumnus b Opimi:
Expressit c mulsum consul, d & ipse bibit.

a E fundis opp. Campaniæ.
b Ep. 27. l. 1. c.
c Vinum nobile ceu dulce, mulso non cedens. Alij leg. *mustum*.
d Quod ita austeritatem decoxit, vt ipse consul, qui diffuderat, suo consulatu vinum hoc biberet.

Trifolinum

Trifolinum. CXIV.

NOn sum de primo fateor trifolina Lyæo,
[e] Inter vina tamen septima vitis ero.

e Septimum (vt hîc noster) inter vina Italica locum dat Trifolino Galenus apud Athenæum l.1.c.24 vide & Plinium.l.14.c.6.

Cæcubum. CXV.

[f] CÆcuba [g] Fundanis generosa [h] coquūtur Amyclis:
Vitis & in media nata palude viret.

f Ex agris Cæcubis in Campania.
g Supra ep.113. Apponitur verò ad distinctionem harum Amyclarum in Italia ab alteris illis in Laconia.ep.106.l.9.b.
h A sole.

Signinum. CXVI.

POtabis liquidum [i] Signina [k] morantia ventrem:
Ne nimium [l] sistant, [m] sit tibi parca sitis.

i E Signia opp. Italiæ.
k Sistentia aluum.
l Al. *sitias*. altera lectio probabilior. m Parcè bibe.

Mamertinum. CXVII.

AMphora [*] Nestorea tibi [n] Mamertina [*] senecta
Si detur, [o] quod vis nomen habere potest.

* Ep.30.l.9.a.
n Ex agro Mamertino in Sicilia iuxta Messanam.
o Sic de Nomentano.ep.106.l.1.vide & Plin.l.14.c.6.

Tarraconensi. CXVIII.

[p] TArraco, [q] Campano tantum cessura Lyæo,
[q] Hæc genuit Tuscis æmula vina cadis.

p Ciuitas Hispaniæ, quæ & prouinciæ nomen dat.
q Primis Italiæ vinis Tarraconense confertur à Plinio, 14.l.6.c.

Nomentanum. CXIX.

[r] NOmentana meum tibi dat vindemia Bacchum:
[s] Si te Quinctus amat, commodiora bibes.

r Ex villa, quam habeo Nomenti, ad 10. lapidem.
s Si tibi quid familiaritatis cum Q. Ouidio, præbebit ille tibi meliora.ep.92.l.7.d.

Spoletinum. CXX.

DE [t] Spoletinis quæ sunt [u] cariosa lagenis
Malüeris, quàm si musta Falerna bibas.

t E Spoletio vrbe Italiæ.
u Vetusta.

Pelignum. CXXI.

[x] MAssica Peligni mittunt turbata coloni.
Non tu, libertus sed bibat illa tuus.

x Legend, *Marsica*. quid enim Pelignis cum Massico, quod longè melioris notæ est quàm Marsicum? vide ep.116,l.14.

Acetum

Acetum. CXXII.

[y] AMphora Niliaci non sit tibi vilis aceti:
Esset cùm [z] vinum, vilior illa fuit.

y Ne contemnas acetum ex vino AEgyptio. Nobilius enim est acetum quàm fuit vinum. Athen. l. 2. c. 26. & Iuuenal. 13. sat. 85. v z Al. vini.

Massilianum. CXXIII.

[a] CVm tua centenos expugnet sportula ciues,
[b] Fumea Massiliæ ponere vina potes.

a Cum tibi sportulâ deuinctos alas 100 clientes: appone ijs vinum Mass. Alij leg. interrogatoriè, q. d. cur tam diues bibis ipse villum? b Ep. 36. l. 10. c.

Cæretanum. CXXIV.

[c] CAEretana [d] Nepos ponat, Setina putabis,
Non ponit turbæ, [e] cùm tribus illa bibit.

c Ep 54. supra, b.
d Amicus poetæ. ep 48. l. 10. g.
e Cum paucis, est enim nobile vinum.

Tarentinum vinum. CXXV.

NObilis & lanis, & felix vitibus [f] Aulon
Det pretiosa tibi vellera, vina mihi.

f Mons Calabriæ, contra Tarentum.

Vnguentum. CXXVI.

[g] VNguentum heredi numquã, nec vina relinquas,
Ille habeat nummos: hæc tibi tota dato.

g Vide ep. 27. l. 6. & 77. ep. 8. l.

Corona rosea. CXXVII.

DAt [h] festinatas [i] Cæsar tibi bruma coronas.
[k] Quondam veris erant, nunc tua facta rosa est.

h Ep. 80. l. 6.
i Domitiane. supra ep. 4. b.
k Naturâ suâ erant vernæ, in tuam gratiam hybernæ factæ sunt. *Adulatoriè.*

M. VAL.



M. VAL. MARTIALIS EPIGRAMMATON. LIBER XIV.

Cui * APOPHORETA *inditum nomen.*

* Dona, quæ in Saturnalibus dantur conuiuis domum ferenda, ab ἀποφέρω. mox 1. ep. *Præmia conuiuæ det sua quisque suo. Vespasianus dabat sicut Saturnalibus apophoreta viris, ita & per Calendas Martias fœminis.* Sueton. Vesp. c. 19.

I.

[a] SYnthesibus dum gaudet eques, [b] dominusque senatus,
Dumque decent nostrum [c] pilea sumpta [d] Ioué:
[e] Nec timet ædilem moto spectare [f] fritillo,
[g] Cùm videat gelidos iam prope verna lacus;
[h] Diuitis alternas, & pauperis accipe sortes;
[i] Præmia conuiuæ det sua quisque suo.
[k] Sunt [l] apinæ, tricæque, & si quid vilius istis.
[m] Quis nescit? vel quis tam manifesta negat?
Sed quid agam potius [n] madidis Saturne diebus,
Quos tibi [o] pro cœlo filius ipse dedit?
Vis scribam [p] Thebas, Troiamque, malasq; Mycenas?
[q] Lude, inquis, nucibus: perdere nolo nuces.
Quo vis cumque loco potes hunc finire libellum:
Versibus [r] explicitum est omne duobus opus.

a Dum equites & Senatores pro licentia Saturnaliorum indulgent genio & diurnis vacant conuiuijs synthæses. i. vestes cœnatorias induti. ep. 46. l. 2. c.
b Alciatus legit *dominusque senatus.* quod domini tum seruis ministrarent.
c Ep. 7. l. 11. d.
d Domitianum, vt supra sæpe, & vide ep. 4. l. 13. g. *vel,* Saturnalia à Ioue data Saturno. vt mox; *Quos tibi pro cœlo filius ipse dedit.*
e Ep. 85. l. 5.
f Ep. 14. l. 4. i.
g Cum serui videant adesse Decembrem mensem hybernum.
b Miscentur in his Apophoretis alternatim dona diuitum citrei pugillares & eburnei, chartæ maiores, &c. cum donis pauperum, qualia sunt quincuplices, triplices, chartæ epistolares & c. atq; hæc per sortem. infra 40. 144. 170. i Supra tit. *. k *Obiectio, ex persona lectoris.* l Ep. 114. l. 1. b. m *Resp. poëta.* n Saturnalibus, quibus promiscuè à seruis & dominis indulgebatur genio, Baccho & festis. o Vnde te eiecit. supra d. p Bella & fata magnarum illarum vrbium, Theb. Troiæ & Mycen. atque ἀντίθεται istæ Tricis & Apinis, quas volunt esse Apuliæ oppidula. ep. 114. l. 1. b. q Ep. 85. l. 5. a. r Finitum, absolutum. vt ep. 108. l. 11.

Apophoreta. II.

[a] LEmmata si quæris cur sint adscripta, docebo:
Vt, si malueris, lemmata sola legas.

a Titulos ceu inscriptiones, quæ epigrammatum argumenta doceant.

Pugillares citrei. III.

[b] SEcta nisi in tenues essemus ligna tabellas,
Essemus Libyci nobile dentis onus.

b Nisi in tenues laminas dissectæ essemus tabellæ, fuissemus certè mensæ citreæ. vt ep. 43. l. 2. i.

Quincuplices. IV.

[c] CAEde iuuencorum domini calet area felix,
Quincuplici cera cùm datur altus honor.

c Immolantur hostiæ in atrio Cæsaris, seu Iouis Capitolio, cùm decretus Consulatus vel triumphus denunciatur hoc genere pugillarium, à forma & circungestationis commoditate, quòd manu pugnóue teneantur. vnde ἐγχειρίδια & *manuales* dict. à numero vero foliorum dicebantur duplices, triplices, quincuplices.

Pugillares eburnei V.

[d] LAnguida ne tristes obscurent lumina ceræ,
Nigra tibi niueum litera pingat ebur.

d Quibus per morbum vel ætatem obtusior est oculorum acies, vt non discernant quæ ceratis inscribuntur, atramento inscribant ebori.

Triplices. VI.

[e] TVnc triplices nostros non vilia dona putabis,
Cum se venturam scribet amica tibi.

e Pauperum erant hæc dona, sed quibus lautiores amatoria & ad amicas scribebant, atque ad illos hæ inuicem. de nomine, vide 4. ep. supra.

Pugillares membranei. VII.

[f] ESse puta ceras, licet hæc membrana vocetur:
Delebis, quoties scripta nouare voles.

f Gypso enim illitæ præstabunt vsum ceratarum tabellarum, æquè deletiles ac illæ.

[g] *Vitelliani.* VIII.

NOn dum legerit hos licet puella,
Nouit [h] quid * cupiant Vitelliani.

g Vide ep. 6. l. 2. e.
h Noctem, vel nummos. vt ep. seq.
* Al. *capiant*.

Iidem Vitelliani. IX.

[i] QVòd nummos cernis, mitti nos credis amicæ:
Falleris, & nummos ista tabella rogat.

i Nummos, quorum mentio in his pugillaribus, non mitto amicæ, sed posco ab illa.

Chartæ maiores. X.

[k] NOn sunt munera, quæ [l] putas puella,
Cùm donat vacuas poëta chartas.

k Non sunt nummi vel carmina, quæ pu.
l Al. *petis*.

Chartæ epistolares. XI.

[m] SEu leuiter noto, seu caro missa sodali.
Omnes ista solet charta vocare *suos.*

m Seu familiares sint, vel parum noti quibus mittuntur epistolæ, inscriptio semper præfigit *Suo* vel *Suis.* vide ep. 101. l. 9.

Loculi eburnei. XII.

HOs nisi de [n] fulua loculos implere moneta
Non decet. argentum vilia [o] ligna ferant.

n Auro. Al. *Flaua* i. Flauijs ex moneta Domitiani.
o Loculi lignei.

Loculi lignei. XIII.

SI quid adhuc superest in nostra [p] fæce locelli,
Munus erit: [q] nihil est, ipse locellus erit.

p Fundo, πυθμένι.
q Si nihil reliqui sit, dabitur ipse locellus.

Tali eborei. XIV.

[r] CVm steterit nullus vultu tibi talus eodem,
[s] Munera me dices magna dedisse tibi.

r Ludebatur talis quatuor quandoque tribus. talorum autem felicissimus iactus dicebatur Venus, vbi singuli tali diuersam haberent faciem, comparentibus simul cane, ternario, quaternario & senione. *Luciani* ἔρωτες. s Grati erunt tibi tali isti quos tibi misi per se quidem munus leue, sed propter ludi deposita magnum.

Tessera. XV.

[t] NOn sim talorum numero par tessera, dum sit
Maior, quàm talis, [u] alea sæpe mihi.

t Talis enim ludebatur 4. tesseris vero duabus, ad summum tribus.
u Deposita & ludi pretia ampliora.

Turricula. XVI.

[x] Quærit compositos manus improba mittere talos:
Si per me misit, [y] nil nisi vota facit.

x Ep. 14. l. 4. i.
y Fortunæ non arti locus est.

Tabula lusoria. XVII.

HIc mihi [a] bis seno numeratur tessera puncto:
[b] Calculus hic gemino [c] discolor hoste perit.

a In abaco (inquiunt) ceu alueo luditur duabus tesseris, quarum numerus summus, duplex senio. Sed quid si dicamus abacum hunc fuisse distinctum 12 ab omni latere tesseris ceu spacijs quas regiones, vrbes ceu mandras appellabant? vt ep. 71. l. 7. g. b Calculus deprehensus vtrinque nudus ab hoste circumuentus capitur. *Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.* Ouid. 2. de Arte, & 3. *Vnus cum gemino calculus hoste perit.* c Ep. 71. l. 7. h. & infra 20. ep.

Nuces. XVIII.

[d] ALea parua nuces, & non damnosa videtur:
Sæpe tamen pueris [e] abstulit illa nates.

d Ep. 85. l. 5. a.
e Nudauit ad pœnas si vltra diem permissum luserint.

Theca

Theca calamaria. XIX.

SOrtitus thecam calamis [f] armare memento:
[g] Cetera nos dedimus, tu [h] leuiora para.

f Instruere.
g Thecam.
h Calamos, stilos, scalprum.

Calculi. XX.

[i] INsidiosorum si ludis bella latronum,
[k] Gemmeus iste tibi miles, & hostis erit.

i In insidijs enim latent subsessores quidam e latrunculis qui hostem incautum intercipiant. k E vitro discolori facti latrunculi. vt ep. 71. l. 7. b. quorum alij grassatores, insidiatores alij.

Graphiarium. XXI.

HAEc tibi erunt armata suo graphiaria [l] ferro:
Si puero dones, non leue munus erit.

l Graphijs, stilis ferreis, quibus in tabulis ceratis exarabatur.

Dentiscalpium. XXII.

[m] LEntiscum melius: sed si tibi [m] frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest.

m Cuspis è lentisco.

Auriscalpium. XXIII.

SI tibi morosa prurigine [n] verminat auris,
Arma damus tantis apta [o] libidinibus.

n Pruriat, vexetur.
o Titillationi, prurigini.

Acus aurea. XXIV.

[p] TAEnia ne madidos violent bombycina crines:
Figat acus tortas, sustineatque comas.

p Digna limâ lectio. *Splendida ne madidos violet bomb.* vel *Tenuia ne madidos violent bombycina cr.* i. ne tænia ceu velum tenue bombycinum conturbet fœminis ordinem crinium compositorum, ædificia hæc crobylique sustineantur acu crinali.

Pecten ad caluum. XXV.

QVid faciet nullos hîc inuentura capillos:
Multifido [q] buxus quæ tibi dente datur?

q Pecten buxeus.

Crin. sapo. XXVI.

[r] CAustica [f] Teutonicos accendit [r] spuma capillos,
[t] Captiuis poteris cultior esse comis.

r Sapo, cuius vis caustica capillos vstulat russatque. f Germanis in vsu hic sapo ad capillos rutilandos. Plin. 28. l. c. 12. t Germanorum sc. qui flaua Cæsarie pulchri.

Mattiacæ pilæ. XXVII.

SI [u] mutare paras longæuos cana capillos:
Accipe [x] Mattiacas ([y] quo tibi calua ?) pilas.

u Tingere.
x Trochiscos è sapone, vt ep. præced. à Mattiaco opp. Germaniæ: *Baden.* y Non maiori tibi vsui futuras, quàm pectinem. ep. 25. supra.

Vmbella. XXVIII.

ACcipe [z] quæ nimios vincant vmbracula Soles,
Sit licet & ventus, te tua vela tegent.

z Quæ sicubi publica defecerint in theatris vela ventis reuoluta vt seq. ep. priuata arceant nimios solis ardores, ventique vim.

* *Gausapa.* XXIX.

IN Pompeiano tectus spectabo theatro:
Nam ventus populo vela negare solet.

* Lipsius c. 18. Amphith. legit, *Causia*. i. pilei Thessalici contra solem, tanquam commodiora quàm gausapa.

Venabula. XXX.

EXcipient apros, expectabuntque leones:
Intrabunt vrsos, [a] sit modò firma manus.

a Si non erret, si non cedat manus.

Culter venatorius. XXXI.

SI [c] deiecta [b] geres [c] longo venabula rostro:
Hic breuis in grandem cominus ibit aprum.

b Al. *emes.*
c Declinata vel exuta à ferâ, sic aper ille Ouidianus Adonidis *excussit pando venabula rostro* in pectum ruens. malo enim de rostro apri intelligere, quàm de venabulo, cuius longam aciem Raderus dici rostrum putat.

* *Parazonium.* XXXII.

MIlitiæ decus hoc, [d] & grati nomen honoris,
* Arma tribunicium cingere digna latus.

d Al. *gratique erit omen honoris.*
* Gladiolus zonæ appensus, quo donatos honoris causa tribunos cingebant Imperatores, vt Suram Traianus apud Dionem.

Pugio. XXXIII.

PVgio, quem [e] curuis signat breuis orbita venis,
[f] Stridentem gelidis hunc Salo tinxit aquis.

e An circuli isti & venæ in ipso ferro temperato apparent, vt volunt interpretes? an manubrij armamenta? pro *signat* alij leg. *cingit.* f Ep. 50. l. 1. l.

Falx ex ense. XXXIV.

PAx me certa ducis placidos [g] curuauit in vsus.
Agricolæ nunc sum, militis antè fui.

g E directo ense in falcem. sic galea in alueum ad apum mellificia. Alciat. emb. 177.

i *Securicula.* XXXV.

CVm fieret tristis soluendis h auctio nummis,
i Hæc k quadringentis millibus empta fuit.

h Bonorum proscriptorum subhastatio. i Securis bellica, Amazonum inuentum. k Vnde hoc pretium? ab armorum penuria? an ab artifice? N.L.

Ferramenta tonsoria. XXXVI.

TOndendis l hæc arma tibi sunt apta capillis:
Vnguibus m hæc longis, vtilis illa n genis.

l Forpex. m Scalprum tonsorium. Namque & vngues resecare ad tonsores pertinebat, vt de Bruti Porcia refert Val. Max. 3. l. 2. c. & 4. l. c. 6. & de Vulteio, Horat. 7. epist. 1. l. n Nouacula.

Scrinium. XXXVII.

o COnstrictos nisi das mihi libellos:
p Admittam tineas, trucesque blattas.

o Al. *Constructos.* p Quid si legas *Admittens.* sc. libelli.

Fasces calamorum. XXXVIII.

q DAt chartis habiles calamos Memphitica tellus:
r Texantur reliqua tecta palude tibi.

q *Chartis seruiunt calami Aegypti maximè.* Plin. 16. l. 36. c. r Reliquarum regionum arundines palustres seruiunt solum operiendis tectis.

Lucerna cubicularia. XXXIX.

s DVlcis conscia lectuli lucerna,
Quidquid vis facias licet, tacebo.

s *Me ludere teste lucerna,* &c. ep. 105. l. 11. Exiguumq; testimonium à lucerna contra Megapenthen. Lucian. κατάπλους.

Candela. XL.

t ANcillam tibi sors dedit lucernæ.
Tutas quæ vigil exigit tenebras.

t Candela quæ ancilla est lucernæ præstat noctem tutã à tenebrionibus. *vel.* Candela quæ tibi sorte contigit, vtpote pauperis munus, præstabit tibi idem officium quod diuitis lucerna, conscia sc. erit dulcis lectuli, & luce minus clarã præbebit ancillæ consorti pauperis lecti *Quas timidus tenebras vellet habere pudor.*

Lucerna * *polymyxos.* XLI.

ILlustrem cùm tota meis conuiuia flammis,
Totque geram myxos, vna lucerna vocor.

* Plura habens ellychnia, seu funiculos, μύξας.

Cereus. XLII.

HIc tibi nocturnos præstabit cereus ignes:
u Subducta est puero namque lucerna tuo.

u Furto sublata, vt ep. 59. l. 8. i.

x Ex ære Corinthio, quod optimum. vide quæ ad 795. verſ. Medeæ Senecæ noſtri.
y Lucernam à Græcis accepere frugales Romani longè poſt candelabrum, in quo figebatur candela ceu funiculus ardens.

Candelabrum [x] *Corinthium.* XLIII.

[y] NOmina candelæ nobis antiqua dederunt,
Non norat parcos vncta lucerna patres.

Candelabrum ligneum. XLIV.

z Ardente pariter ligneo candelabro.

ESſe vides lignum: ſerues niſi lumina, fiet
De candelabro magna [z] lucerna tibi.

Pila paganica. XLV.

a Vide ep. 19. l. 4. *.

HAEc quæ difficilis turget [a] paganica pluma,
[a] Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila.

Pila [b] *trigonalis.* XLVI.

b Ep. 71. l. 7. n. & l. 12. ep. 84 b. & 19. ep. l. 4. *.
c Al. *mobilibus.*
d Qui tantùm paganicâ ludere noſti, *vel* rudis & indocte pilæ. ſic infra ep. 58. Græcæ linguæ rudem vocat *ruſticum.*

SI me [c] nobilibus ſcis expulſare [b] ſiniſtris,
Sum tua: ſi neſcis [d] ruſtice, redde pilam.

[e] *Follis.* XLVII.

e Vide ep. 19. l. 4. *. ſed minore, qui vento diſtentus agitatur facili manu.

ITe procul iuuenes: mitis mihi conuenit ætas:
[e] Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

[f] *Harpaſta.* XLVIII.

f Ep. 19. l. 4. x.
g Palæſtrites, ſtudioſus palæſtræ qua claruit Antæus. ep. 104. l. 9. c. At Turnebus l. 9. c. 23. ſenſu minus verecundo intelligi vult, atque alterum diſtichi verſum ad eundem draucum refert, qui cum mollis ſit, fortis videri cupit, vano labore Antæi ceruices æquare conatus. vt 5. Sat. Iuu. v. 88. ſed poteris *vanum* exponere *agro inutilem*, vt ſeq. epigr.

HAEc rapit [g] Antæi velox in puluere [g] draucus,
Grandia qui vano colla labore facit.

[h] *Alteres.* XLIX.

h Halteres erant maſſæ è plumbo, ferro, vel lapide, quibus in ſaltu ſe librabant. ab ἄλλομαι. videtur & horum vſus fuiſſe in balneis ad ſudorem. Iuuen. 6. ſat. 422.

QVid pereunt ſtulto fortes altere lacerti?
Exercet melius vinea foſſa viros.

Galericulum. L.

i Luto inquinet.
k Vnguento delibutos.
l Ep. 57. l. 3. not. 4.
m Galeto è pelle, vt ep. 45. l. 12. 2.

NE [i] lutet immundum [k] nitidos [l] ceroma capillos,
[m] Hac poteris madidas condere [m] pelle comas.

Strigiles

Strigiles. LI.

[n] PErgamus has misit curuo [o] distringere ferro,
[p] Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.

n Inuentæ fortè in Pergamo Asiæ opp. vel inde allatæ sunt strigiles.

o *Hellenismus*, quibus te distringas, nisi distinguas post *misit*, ita vt *distringere* sit Imperatiui passiui. p Minus indigebis operâ fullonis ad eluenda lintea, quo magis sordes distrinxeris strigilibus in balneis.

Guttus corneus. LII.

[q] GEstauit modò fronte me iuuencus,
Verum rhinocerota me putabis.

q E cornu bouis est hic guttus, qui videtur tamen è naso rhinocerotis factus, quo in balneis vtuntur lautiores oleo superfundendi. magno cum rhinocerote lauari Qui solet. Iuu. 7. sat. 129. v.

Rhinoceros. LIII.

[r] NVper in Ausonia domini spectatus arena
Hic erit ille tibi, cui pila taurus erat.

r Guttus hic est è cornu ceu naso Rhinocerotis, qualem vidimus nuper in Amphitheatro iactantem tauros quasi pilas. ep. 9. lib. Spect.

Crepitaculum. LIV.

SI quis [s] plorator collo tibi [s] vernula pendet,
Hæc quatiat tenera garrula [t] sistra manu.

s Puellus, cuius fletum sedare velis.
t Ep. 29. l. 12. o.

Flagellum. LV.

[u] PRoficies nihil, hoc cædas licet vsque flagello,
Si tibi purpureo de grege currit equus.

u Segnes enim & tardipedes sunt, nec assiduo flagello prouocantur equi purpureæ factionis. quod de Venetis dixit ep. 46. l. 6.

Dentifricium. LVI.

[x] QVid mecum est tibi? me puella sumat.
Emptos non soleo polire dentes.

x Puluis hic candefacit puellarum natiuos dentes; non vetularum & edentularum adscititios ex ebore.

Myrobalanum. LVII.

[y] QVod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex vnguento constat, & ex balano.

y In voce *myrobalano* tot concurrunt syllabæ breues, vt (quod de *Equotutio* dixit Horatius) *versu dicere non sit*. Immò (ad quod respicere videtur poëta noster, & quod idem obseruat ad Iliad. ψ Eustathius) nec in toto opere vocem μύρον vsurpauit Homerus, vti nec *vnguentum* Virgilius. Est verò Myrobalanum vnguentum è glande arboris Myrobalani.

Aphronitrum. LVIII.

z Græcæ linguæ rudis. sup.48.ep.
a ἀφρὸς νίτρȣ.

[z] RVsticus es, nescis quid Græco nomine dicar.
[a] Spuma vocor [a] nitri. dicor & aphronitrum.

Opabalsama. LIX.

b Ita sane Laronia apud Iuuenalem, sat.2.v.41.v.
c Vnguenta ceu amomum Assyrium.vt 8.l.77.ep.Ninus vero rex fuit Assyriorum.Alij legunt *Hini*, Gruterus, *Cosmi*.

BAlsama me capiunt,[b] hæc sunt vnguenta virorũ.
[c] Delicias Nini vos redolete nurus.

Lomentum. LX.

d Rugoso & sulcis scisso vtero.
e Ep.71.l.3.
f Ep.53.l.11.b.

GRatum munus erit, [d] scisso nec inutile ventri,
[e] Si clarâ [f] Stephani balnea luce petes.

[g] *Laterna cornea.* LXI.

g Vulcanus in cornu conclusus.vt loquitur Mercurius Plautinus.

[g] DVx laterna viæ clausis feror aurea flammis,
Et tuta est gremio parua lucerna meo.

Laterna ex vesica. LXII.

h Neque potest obuius quispiam me à corneâ discernere.

COrnea si non sum,numquid sum fuscior? [h] aut me
Vesicam contrà qui venit esse putat?

Fistula. LXIII.

i Quæ fertur à Pane inuenta & *disparibus septem compacta cicutis*.

QVid me compactam ceris,& arundine rides?
[i] Quæ primum exstructa est fistula,talis erat.

Tibiæ. LXIV.

k Conuiuijs adhibita quæ tibijs caneret. Plutarch. probl.8.lib.7.sympos.
l Modò geminas pariter inflat dextram & sinistram,modò simplicem & vnicam.

[k] EBria nos madidis rumpit [k] tibicina buccis:
[l] Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet.

Soleæ lanatæ. LXV.

m Al.*proderis ipse tibi*. Alij, *pes eris ipse tibi*.i.seruus à pedibus.

DEfuerit si fortè puer, soleasque libebit
Sumere:pro puero [m] proderit ipse sibi.

Mamillare: LXVI.

n Habes enim mammas *Quas vix taurino poteris secundare tergo*. Ad quem Virgilij versum allusisse poëta videtur.
o Mamillare è pelle.

[n] TAurino poteras pectus constringere tergo:
Nam [o] pellis mammas non capit ista tuas.

Muscaria

p Muscaria pauonina. LXVII.

LAmbere quæ turpes prohibet tua prandia muscas,
Alitis eximiæ cauda superba fuit.

p Flabellum ad abigendas muscas è pauonis cauda.

Copta Rhodia. LXVIII.

q PEccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam, quam tibi misit, edat.

q Copta fuit placenta ex siligine, amygdalis, nucleis, passulis, &c. Rhodiam tamen adeo duram esse iocatur poeta, vt colaphi vice porrigatur seruis mandenda, quo pugnis suis parcat dominus. simulque ludit in Paronomasia τῦ κόπτω & coptæ.

r Priapus siligineus. LXIX.

SI vis esse satur, nostrum potes esse Priapum:
Ipsa licet rodas r inguina, s purus eris.

r Vtriusque sexus αἰδοῖα ex siligine fiebant. ep. 3. l. 9. b.

s Ore non hinc impuriore, quod τοῖς μυζοῦσιν accidit.

Porcus. XX.

ISte tibi faciet t bona Saturnalia porcus,
Inter spumantes u ilice pastus apros.

t Solennis acclamatio in Saturnalibus, *Iô Saturnalia, bona Saturnalia*, ep. 2. l. 11. c.

u Glande ilignâ.

x Muscarium bubulum. LXXI.

SOrdida si flauo fuerit tibi puluere vestis.
Colligat hunc tenui verbere cauda y leuis.

x Cauda bouis ad tergendas & excutiendas vestes, vti pauonis, modò ep. 67. ad muscas.

y Al. *bonis*.

z Botulus. LXXII.

a QVi venit z botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni septem venerat ante dies.

z Ep. 79. l. 5. g.

a Qui missus est tibi in Saturnalibus, mihi missus fuit ante Saturnalia. quorum legitimi erant dies 5. adscititij sigillares 2.

Psittacus. LXXIII.

PSittacus à vobis aliorum nomina discam:
Hoc didici b per me dicere. Cæsar aue.

b Naturæ instinctu, quæ numina adoranda docet. *Adulatoriè*.

Coruus. LXXIV.

COrue c salutator, quare d fellator haberis?
In caput intrauit mentula nulla tuum.

c Alludit ad coruum, qui Cæs. Augustum ab Actiacâ victoriâ reducem salutauit: *Aue Cæsar victor Imperator*. Macrob. Sat. 2. l. 4. c.

d *Coruos ore coire & concipere credit vulgus, fœmine rostro maris inserto*. Plin. 10. lib. 12. cap. Sed Aristot. negat & deridet hoc ab Anaxagora proditum. lib. de animalib.

Luscinia. LXXV.

e Fabula vel pueris nota ex Metam. Ouidij 6.l.

e FLet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Pica. LXXVI.

f Ep.86.l.7.i.& 9.l.ep.55.
g Idem Oppianus de hac aui. vide Ian. Dus. super. Arbitr.l.1.c.14.

f PIca loquax certa dominum te voce saluto:
g Si me non videas, esse negabis auem.

Cauea. LXXVII.

* Passer, cuius mortem Lesbia Catulli amica flebat; & ipse Catullus 3. carm.
h In hac caueâ eboreâ.

SI tibi * talis erit, qualem dilecta Catullo
Lesbia plorabat, h hîc habitare potes.

Narthecium. LXXVIII.

i Philippus Beroaldus quem vide Annot.c.6.legit: *Artis ebur medicæ narthecia cernis, habebis Munera*, &c. Alij leg. —— *cernis? habebis Mu*, &c. k Pyxidem eburneam quæ & *Narthecum* dicitur i. repositorium medicamentorum e ferulâ solitum fieri. Cic. de fin.2. l Nescio quis lautus, vel medicus.

i ARtis k ebur medicæ k narthecia cernis habere
Munera, quæ cuperet l Pactius esse sua.

Flagra. LXXIX.

m Nec scelera audete, pœnas alioqui daturi post Saturnalia.
n Clausa & annulo signata. o Domino, p Saturnalibus.ep.52.l.7.a.

LVdite lasciui, sed m tantum ludite serui:
Hæc n signata o mihi p quinque diebus erunt.

Ferulæ. LXXX.

q Cauâ enim in ferulâ Prometheum Ioui surreptum ignem detulisse canit Hesiodus.& ipse apud AEschylum.

INuisæ nimium pueris, grataeque magistris,
q Clara Prometheo munere ligna sumus.

Pera. LXXXI.

r Pera rogat, vt habeat honestiorem dominum quam Cynicum, cuius mendicata frusta cogatur ferre, & puluini officium dormienti præstare. s Cynici, qui βάρβαρον πώγωνα ἢ σεμνὸν pascit. t Ep.53.l.4.h.

r NE mendica ferat s barbati prandia nudi,
Dormiat & tetrico cum t cane pera rogat.

Scopæ. LXXXII.

u Scopæ olim è palmâ factæ.
x Sed reliquiarum copia ex hodierno luxu augebunt pretium scopis. Alij leg. *Ocia sed scopis nunc an.dab.*& exponunt *analecta* ministros qui reliquias colligunt.ep.19.l.7.q.

u IN pretio scopas testatur palma fuisse:
x Sed pretium scopis nunc analecta dabunt.

Scalptorium

Scalptorium. LXXXIII.

DEfendet [x] manus hæc scapulas mordente molesto
Pulice, vel [y] si quid pulice sordidius.

x Instrumentum, quod, quò manus non pertingebat, manus vicem supplebat ad pruritum scapularum fricandum atque scalpendum. y Pediculus.

Manuale. LXXXIV.

[a] NE toga barbatos faciat, vel pænula libros,
Hæc abies chartis tempora longa dabit.

a Ne pilosi fiant, & (vt 1.l.67.ep.) inhorreant menta libri manu vel veste lectoris attriti, tegantur tabulâ abiegnâ.

Lectus pauoninus. LXXXV.

[b] NOmina dat spondæ pictis pulcherrima pennis
[c] Nunc Iunonis auis: sed priùs Argus erat.

b Lectus habet nomen à pauonis plumis quibus ornatur. Sunt tamen qui *citreum* intelligunt. Tabulæ enim citreæ vndatim crispæ erant, & maiore in gratia, si pauonum caudæ oculos imitarentur. Plin.13.l.c.15. c Fabula ex Ouidij Metam.1.nota.

Ephippium. LXXXVI.

[d] STragula succincti venator sume [e] veredi:
Nam solet à nudo surgere [f] ficus equo.

d Ephippium Brodæus. 4.l Misc.16.c.
e Ep.14.l.12.b.
f Vlcus quam συκωσιν vocant.

[g] *Stibadia.* LXXXVII.

ACcipe [h] lunata scriptum testudine [h] sigma:
Octo capit: veniat, quisquis amicus erit.

g στιβαδιον torulus est è gramine, herbis frõdibus ceu floribus stipatus. à στείβω.
h Ep.48.l.10.h.

[i] *Gustatorium.* LXXXVIII.

[k] FOemineam nobis cherson si credis inesse;
Deciperis: pelagi mascula præda sumus.

i Repositorium in quo gustus ceu antecœna ponebatur.

k *Ex persona gustatorij.* Non exornor vilioribus putaminibus testudinum fœminarum & χερσαίων, i. terrestrium, Plin.9.l,10.c. sed mascularum & fulgentium ex Indico mari. Plin.9.l.11.c.

Mensa citrea. LXXXIX.

ACcipe felices [l] Atlantica munera syluas:
[m] Aurea qui dederit dona, minora dabit.

l Citreas mensas ex Atlante monte Mauritaniæ. ep.43.l.2.i.& 67.ep.12.l.
m Si ex auro puro puto fieret mensa, minoris tamen esset pretij quàm citrea.

Mensa acerna. XC.

NOn sum [n] crispa quidem, nec syluæ filia Mauræ:
Sed norunt lautas & mea ligna dapes.

n Vt Citreæ mensæ ex Mauritania. modo ep.85.

Dentes eborei. XCI.

o Vide ep.17.& 19.lib. Spect.
p Ep.43.l.2.i.

o GRandia taurorum portant qui corpora, quæris
An p Libycas possint sustinuisse trabes ?

q Quincupedal. XCII.

q Alijs, Quincupeda.
r Distincta pedibus, palmis, digitis, vt distingui videmus fabrorum regulas.
u Deprehendere fraudes.

r PVncta notis s ilex, & acuta cuspide clausa,
Sæpe t redemptoris u prodere furta solet.

s Amussis ex ilice. t Cui locantur pretio ædificia extruenda.

Pocula archetypa. XCIII.

x Ista pocula non sunt elaborata à nobili aliquo artifice nostri temporis, sed ab ipso Mentore. ep.41.l.3. & 39.l.4.b.

x NOn est ista recens, nec nostri gloria y cæli:
Primus in his Mentor, dum facit illa, bibit.

y Stili sculptorij.

Calices. XCIV.

a Nos plebeia toreumata non sumus ex eo vitro vnde audaces fiunt calices, qui Crystallinorum æmuli se AEgyptijs illis conterre audent. 75.ep.l.12.

a NOn sumus audacis plebeia b toreumata vini:
c Nostra nec ardenti gemma feritur aqua.

b Fictilia torno facta, sed & vitra torno etiam fiebant. c Neque nos, vt crystallina illa, rumpimur calidâ aquâ. ep.75.l.12.f.

Phiala aurea cælata. XCV.

d Hispano auro. ep.16. l.10.a.
e Melior lectio, Myos nobilis artificis. vt l.8.ep.51.

QVamuis d Callaico rubeam generosa metallo,
Glorior arte magis: nam e meus iste labor.

Calices Vatinij. XCVI.

f Al. calices nomen habentes à Vatinio sutore Beneuentano cuius inuentum fuere; vel (vt alij volunt) ad cuius prominentis nasi similitudinem effingebantur isti calices quatuor nasos habentes. An itaque simpliciter dicit, Vatinium habuisse longiorem nasum ? an ingenio fuisse acriori quòd hos inuenerit ? an derisorem deridet ? An denique, quòd sagax fuit inquisitor criminatorque, postquam ad tantas opes peruenisset, vt munus ederet ?

VIlia sutoris f calicem monumenta Vatini
Accipe; sed nasus longior ille fuit.

g Lances chrysendetæ. XCVII.

g Ep.43.l.2.m.
h Lautas lances ceu patinas non nisi lauti decent pisces.

h GRandia ne viola paruo g chrysendeta mullo:
Vt minimum, libras debet habere duas.

Vasa Aretina. XCVIII.

i Ep.54.l.1.b.& c.
k Rex Etruscorum, vt & reges Rom. erant æquè lauti capedinibus & vrnulis fictilibus, atque nostri hodiè filicatis pateris.

i ARetina nimis ne spernas vasa monemus:
k Lautus erat Tuscis Porsena fictilibus.

Bascauda. XCIX.

BArbara de [l] pictis veni [m] bascauda Britannis:
Sed me iam mauult dicere Roma suam.

l Ep.54.l.11.b.
m Vas escarium, primùm è Britannia allatum, mox & Romæ factum.

[n] *Panaca.* C.

[o] SI non ignota est docti tibi terra Catulli,
Potasti testa Rhætica vina mea.

n Testa sc. à Panacis pop. Rhætiæ.
o Si quando fuisti Veronæ 8. ep. 1. l. c.

Boletaria. CI.

CVm mihi boleti dederint [p] tam nobile nomen,
[q] Prototomis, pudet heu, seruio coliculis.

p Quippe nomen habeo à boletis. ep. 48. l. 13.
q Qui adhuc teneri succiduntur, caulibus. ep. 48. l. 13. x.

Calices Surrentini. CII.

ACcipe non vili calices de puluere natos:
Sed [r] Surrentinæ leue toreuma rotæ.

r Fictile leue & rotâ figuli politum, ex terra Surrentina. vide ep 110. l. 13.

Colum niuarium. CIII.

[s] SEtinos moneo nostra niue frange trientes:
[t] Pauperiore mero tingere lina potes.

s Calorem optimorum vinorum tempera, transmittendo per colum niuibus distentum. t Vilius vinum sacco linteo attenuabis. vt seq. ep.

Saccus niuarius. CIV.

[u] ATtenuare niues norunt & lintea nostra:
Frigidior colo non salit vnda tuo.

u Ep. præced. & ep. 61. l. 12. d. & 2. l. ep. 40. e.

Vrceoli ministratorij. CV.

[x] FRigida non desit, non deerit calda petenti:
Sed tu [y] morosa ludere parce siti.

x Si modò suppetat aqua arte frigefacta ep. 117. & 118. infra, affatim etiã calidæ ad temperandum vinum. y Difficili & delicatâ nimis.

Vrceus fictilis. CVI.

HIc tibi donatur panda [a] ruber vrceus ansa:
[b] Stoicus hoc gelidam Fronto [c] petebat aquam.

a A terrâ. *vel* igni.
b Et ipse Stoicus monebatur huius colore. qui tamen se moueri negat.
c Al. *libebat*.

Calathi. CVII.

[d] NOs Satyrus, nos Bacchus amat, nos [e] ebria tigris
Perfusos [f] domini [g] lambere docta pedes.

d Calathos, calices vinarios. vide Virg. ecl. 5. vbi in sacris Bacchi adhibebantur calathi. e Vino, vt ferunt, cicurata: & Bacchi currum trahens. f Bacchi, vel magistri. g Ep. 28 lib. Spect.

Calices

Calices [h] *Saguntini*. CVIII.

QVæ [i] non solicitus teneat, seruetque minister,
Sume Saguntino pocula ficta luto.

h Fictiles è Sagunto Hispaniæ ciuitate, ep.46.l.4.i.
i Securus de damno. si cadant, franganturque. mox ep.111.

Calices gemmati. CIX.

GEmmatum [k] Scythicis vt luceat [k] ignibus [l] aurum,
Adspice [m] quot digitos exuit iste calix.

k Smaragdis. ep 60.l.9.u.
l Poculum aureum.
m *Eò processit luxus, vt multi gemmas digitis detractas poculis inserant*. Plin. 37.l.2.c.& Iuuen. 5.sat.42.vers.

Ampulla potoria. CX.

HAc licet in [n] gemma, quæ seruat nomina Cosmi,
Luxuriose bibas, [o] si foliata sitis.

n Ampullâ ex onyche. ep. 50.l.11.g.& 81.ep.l.3.z.
o Inualuit luxuria vt vnguenta biberentur. *μύρῳ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον*. AElian. var. hist.l.12.c.31. Foliatum autem erat è folijs Nardi, costi, &c. Plin.l.13.c.1.

Crystallina. CXI.

FRangere dum metuis, frangis crystallina: [p] peccant
Securæ nimium, solicitæque manus.

p Al. *peccas Securâ nimium, solicitâque manu.* per diligentiam & curam æquè ac per negligentiam.

Nimbus vitreus. CXII.

AB Ioue qui veniet [q] miscenda ad pocula, largas
Fundet nimbus aquas: hic tibi [r] vina dabit.

q Quibus diluatur merum.
r Vt nimbi theatrales aspergunt crocum per latentes fistulas in immensam altitudinem expressum. 3.ep.lib.Spect.k. ita hic vinum.

* *Myrrhina*. CXIII.

SI [s] calidum potas, ardenti myrrha Falerno
Conuenit, & melior fit sapor inde mero.

* China dishes.

Ita sane videntur ex descriptione Plinij l.37. c.2. Oriens (inquit) murrhina mittit ex humore sub terrâ calore densata. In pretio sunt ob nitorem & coloris varietatem, purpurei, candidi, & tertij ignescentis. Aliqua & in odore commendatio est, &c. Ios. Scal. ad versum illum Propertij 4.l. *Murreaque in Parthis pocula cocta focis:* aduersatur Plinio, asseritque murrhina pocula ex Signino cocto apud Sinas facta esse, quæ nos *Porcellana* vocamus. s Ep.75.l.9.e. burnt wine, vel caldâ temperatum.

Patella Cumana. CXIV.

HAnc tibi Cumano rubicundam puluere testam,
[t] Municipem misit casta Sibylla suam.

t Factam Cumis Sibyllæ oraculo claris. Ita Iuuenalis siluros dixit Crispini municipes, & lagenam Cretensis vini municipem Iouis.

Calices vitrei. CXV.

ADspicis [n] ingenium Nili: quibus addere plura
Dum cupit. ah, quoties [x] perdidit auctor opus.

n Artificium AEgyptiorum in formandis vitreis calicibus diuersicoloribus quos Adrianus Imp. *allassontes* dixit. vide Scal. ad Propert. l. 4. x Fregit in ipso opere.

Lagena niuaria. CXVI.

SPoletina bibis, vel Marsis condita cellis:
[y] Quò tibi decoctæ nobile frigus aquæ ?

y Neque enim nobili decoctæ (de qua ep. 65 l. 5. b.) conuenit cum vilioribus vinis. ep. 120. & 121. l. 13.

Niues. CXVII.

[z] NOn potare niuem, sed aquam potare rigentem
De niue, commenta est ingeniosa sitis.

z Non aquam niuium, sed decoctam niue reconditam ac refrigeratam. vt 65. ep. l. 5 b.

Idem. CXVIII.

[a] MAssiliæ fumos miscere niualibus vndis
Parce puer, constet ne tibi pluris aqua.

a Noli miscere decoctam Massiliano vino infumato. ep. 36. l. 10. c. ipsa enim aqua vino est pretiosior.

Matella fictilis. CXIX.

DVm [b] poscor crepitu digitorũ, [c] & verna moratur:
[d] O quoties pellex culcita facta mea est.

b Ep. 81. l. 3. a.
c Nec properat seruus.
d Matellæ, dum culcitæ, loco matellæ, immeijtur.

[e] *Ligula argentea.* CXX.

QVamuis me ligulam dicant equitesque, patresque:
Dicor ab [f] indoctis lingula [f] grammaticis.

e Gladiolus in speciem linguæ. spathula.
f Qui pertinaciter insistentes quantitati, iure syllabæ non cedent.

[g] *Cochlearia.* CXXI.

[h] SVm cochleis habilis. sed nec minus vtilis ouis:
Numquid scis potius cur cochleare vocer ?

g Supple, *ligula*. vt sit cui congruant *habilis* & *vtilis*. quibus non conuenit *cochleare*.
h Cùm non minori vsui sim ad oua & alios cibos quàm ad cochleas, Nunquid nosti cur mihi potius à cochleis nomen quàm ab illis ? Imò scio; à formâ sc. & cochlearum testis primum in hunc vsum adhibitis.

Anuli. CXXII.

[i] ANtè frequens, sed [k] nunc rarus nos donat amicus:
[l] Felix cui comes est [f] non alienus eques.

i Olim, vel ante legem Othonis de censu equestri.
k Post legem illam a Domitiano reuocatam. l Amicusne, an anulus ? m Ep. 19. l. 5. f. vide Turnebum. l. 9. c. 24.

Dactyliotheca.

Dactyliotheca. CXXIII.

n Anulus, cui includitur gemma, & ipse thecâ clausus.

SAEpe grauis digitis elabitur anulus vnctis:
Tuta mea fiet sed tua n gemma fide.

Toga. CXXIV.

o Versus è Virgilij AEneid. 1. vsurpatus.
p Augustus publicè in deorum numerum retulit Iulium Cæs. qui illum adoptarat. *Iam facit ipse deos, &c.* Manilius, & Sueton. Iul. c. 88. Poëta autem hic Domitianum intelligit, qui Vespasianum consecrauit condito Flauiæ genti templo.

o ROmanos rerum dominos, gentemque togatam
p Ille facit, magno qui dedit astra patri.

Idem. CXXV.

q Vide ep. 26. l. 4.

q SI matutinos facile est tibi rumpere somnos:
Attrita veniet sportula sæpe toga.

Endromis. CXXVI.

r Namque hac induebantur opulentiores in gymnasijs, vt abunde dictum ep. 19. l. 4.

PAuperis est munus, r sed non est pauperis vsus:
Hanc tibi pro togula mittimus endromida.

Canusinæ fuscæ. CXXVII.

s Hæc pænula è lanâ Canusinâ, quæ subrufi & mulso non absimilis est coloris, mox 129. t Non citò deteretur. durabit diu. vide ep. 40. l. 1. a.

s HAEc tibi turbato Canusina simillima mulso
Munus erit. gaude: t non citò fiet anus.

Bardocucullus. CXXVIII.

u Ep. 54. l. 1. b.
x Quod cum breue genus vestis sit, vt patet ex ep. 93. l. 1. e. præ se fert tunicam qua amicimus simias vel κερκο-πίθηκες, simias caudatas. non keyes.
* Modo ep. 127.

GAllia u Santonico vestit te bardocucullo:
x Cercopithecorum pænula nuper erat.

* Canusinæ rufæ. CXXIX.

y Viri Romani vtuntur vestibus fusci coloris, Galli rufis è lanâ Canusinâ, & tamen pueri nostri gaudent ruso hoc colore, vt & milites. ex instituto Laconum quibus hic color in bello placebat, ne per vulnera effluens sanguis in vestibus alterius coloris incuteret suis terrorem, hostibus adderet animum.

y ROma magis fuscis vestitur, Gallia rufis:
Et placet hic pueris, militibusque color.

Pænula scortea. CXXX.

z Habeas tecum pænulam è pellibus ceu corio ad arcendas pluuias.

z INgrediare viam cœlo licet vsque sereno.
Ad subitas nusquam scortea desit aquas.

Lacernæ coccineæ. CXXXI.

[a] SI Veneto,prasinóve faues,quî coccina sumis?
Ne fias istâ transfuga sorte,vide.

a Testabantur consimili colore spectatores cui fauebant factioni.tu vide ne coccino sumpto transfugam agas à tua factione,aliarum cuilibet quæ vicerit acclamans.

Pileus. CXXXII.

SI possem,totas cuperem misisse lacernas:
[b] Nunc tantùm capiti munera mitto tuo.

b Cùm ad muneris tum ad facultatis meæ tenuitatem excusandam facit tempus, Saturnalia sc.in quibus pileata incedit Roma.Porro ex attritis lacernis pilea fieri solita tradit Brodæus.10.l.Misc.35.c.

Lacernæ Bæticæ. CXXXIII.

[c] NOn est lana mihi mendax,nec mutor aëno:
*Sic placeant Tyriæ,me mea tinxit ouis.

c Non tingor,non alios didici mentiri colores.ep. 97.l.1.c.& ep.28.l.8 f.& ep. 100.l.12.b. * Al.*Si pla.*

Fascia pectoralis. CXXXIV.

FAscia [d] crescentes dominæ compesce papillas,
[d] Vt sit quod capiat nostra,tegatque manus.

d Sororiantes enim necdum consecutæ crescendi modum sunt gratiores.infra ep.149.

Cœnatoria. CXXXV.

[e] NEc fora sunt nobis,nec sunt vadimonia nota:
Hic opus est [f] pictis accubuisse toris.

e Cœnatoria pallia domi tantum sumebantur,non ijs fas videre lucem fori,cui grauitas conueniebat togæ. f Acu pictis,pauoninis,citreis.

Læna. CXXXVI.

TEmpore brumali non multum [g] leuia prosunt:
[h] Calfaciunt villi pallia vestra mei.

g Qualia sunt serica,bombicina,linea.Itaque alij leg.*linea.*
h Sed hyeme villosæ lænæ pallijs superinductæ calorem stipant,arcentque frigus.

Lacernæ albæ. CXXXVII.

[i] AMphitheatrales nos commendamur ad vsus,
Cùm tegit algentes nostra lacerna togas.

i Ludos spectabant omnes lacernis albis induti(vt ep.2.l.4.)quæ togis superinducebantur,pulueris,pluuiæ vel frigoris arcendi causâ. *lacernas Mummenta togæ* dixit Iuu. sat.9.

Gausapa villosa, vel mantile.
CXXXVIII.

[k] NObilius villosa tegant tibi lintea citrum:
[l] Orbibus in nostris [m] circulus esse potest.

k Mensæ tuæ citreæ opus est villosis mantilibus quæ vindicent eam à maculis: vilis mea & abiegna non formidat maculas. l Mensis rotundis. m Impressus mensæ ex lance, repositorio,ceu paropside.

Cuculli

Cuculli * Liburnici. CXXXIX.

n IVngere nescisti nobis ô stulte, lacernas;
Indueras albas, exue callaicas.

* Ex lana crassa Liburnica. Est autem Illyridis regio Liburnia.
n Male superinduuntur albæ lacernæ cucullis Liburnicis qui tincturam non probè retinentes lacernas ex albis reddunt rutilas & coloris auri Callaici, vel vt alij legunt *Callainas*. i. cœruleas à Callai gemma Sapphiri æmula.

o Vdones Cilicij. CXL.

NOn hos lana dedit, p sed olentis barba mariti s
q Cinyphio poterit r planta latere sinu.

o Calceamenta ex pilis hircinis.
p Sed ex pilis barbati hirci seu capri qui *vir gregis*.
q Ep. 94. l. 7. k.
r Pes.

Synthesis. CXLI.

s DVm toga per quinas gaudet requiescere luces,
Hos poteris cultus sumere iure tuo.

s Vide ep. 1. supra, a. & 92. ep. 7. l. a.

Focale. CXLII.

t SI recitaturus dedero tibi fortè libellum,
Hoc focale tuas asserat auriculas.

t Vide ep. 4[illegible].

Tunicæ Patauinæ. CXLIII.

u VEllera cùm sumant Patauinæ multa trilices,
Et pingues tunicas serra secare potest.

u Tun. Pat. ex multâ lanâ consertæ triplici licio non facilè scinduntur forfice, immò serrâ opus erit ijs tanquam asseribus secandis.

Spongia. CXLIV.

x HAEc tibi sorte datur tergendis spongia mensis
Vtilis, expresso cùm leuis imbre tumet.

x Ep. 2. supra. h.
* *Vsus spongiarum ad abstergenda, fouenda, &c.* Plin. l. 31. c. 11. & Lucil. epigr. 2. l. Anthol. c. 31. σπόγγον κ̀ ξηρὸν ἰυθὺς ἔχων.

Pænula gausapina. CXLV.

y IS mihi candor inest, villorum gratia tanta est,
Vt me vel media sumere messe velis.

y Vide ep. 59. l. 6.

Ceruical. CXLVI.

TInge caput z nardi folio, ceruical olebit:
Perdidit vnguentum cùm coma, pluma tenet.

z Foliato vnguento nardino, supra ep. 11[illegible].

Cubicularia gausapina. CXLVII.

a STragula purpureis lucent villosa tapetis,
Quid prodest, si te congelat vxor anus?

a Plus facit vxor tua anus ad te gelandum, quàm villi nostri ad te calfaciendum.

Lodices.

Lodices. CXLVIII.

[b] NVdo stragula ne toro paterent.
Iunctæ nos tibi venimus sorores.

b Lodices geminæ & coëuntes adhibebantur ad operiendum lectum cum stragulis.

Amictorium. CXLIX.

[c] MAmmosas metuo: teneræ me trade puellæ,
Vt possint niueo pectore [d] lina frui.

c Supra.ep.134.
d Amictoria lintea.

Cubicularia [e] polymita. CL.

HAEc tibi [f] Memphitis tellus dat munera: [g] victa
Pectine [f] Niliaco iam Babylonis acus. (est

e Multis filis seu licijs contexta.
f AEgyptiac.
g Stragula ab AEgyptijs texta vincunt tapetas vestesque Babylonias Phrygum acu pictas.

Zona. CLI.

LOnga satis [h] nunc sum; [i] dulci sed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona breuis.

h Virgini, vel non grauidæ.
i Fœtu. *vt de fœmmea Zona exponamus. si de vitulimalis*; dulce pondus erit gulæ ventrisque sarcina.

Gausape quadratum. CLII.

LOdices mittet docti tibi [k] terra Catulli:
Nos [l] Helycaonia de regione sumus.

k Verona.8 ep.1.l.c.
l Patauinâ.ep.93.l.10.

[m] Semicinctium. CLIII.

DEt tunicam diues. ego te præcingere possum.
Essem si locuples, munus vtrumque darem.

m Hominem cingens medium à lumbis demissum.

[n] Lanæ amethystinæ. CLIV.

EBria Sidoniæ cum sim de sanguine conchæ,
Non video quare sobria lana vocer.

n Tinctæ purpurâ lanæ dicuntur murice ebriæ. vnde itaque vocentur ipsæ & Amethystinæ.i.sobriæ? ab Amethysto sc. gemma, quæ leniter purpureum ceu vineum colorem refert, nomenque habet quod temulentiam arcere vulgo crederetur. vide 18.ep.l.10.

Lanæ albæ. CLV.

[o] VElleribus primis Apulia, Parma secundis
Nobilis: Altinum tertia laudat ouis.

o Idem de lanis iudicat Plin.l.8.c.48.

Lanæ Tyriæ. CLVI.

NOs [p] Lacedæmoniæ [q] pastor donauit [p] amicæ:
[r] Deterior Ledæ purpura matris erat.

p Helenæ.
q Paris.
r Purpura Lacedæmonia deterior quàm Tyria.

Lanæ

Lanæ [t] *Pollentinæ*. CLVII.

NOn tantum [s] pullo lugentes vellere lanas,
Sed solet & calices [t] hæc dare [t] terra suos.

s Qui luctus color.
t Pollentia, Italiæ opp. quæ & alteram habet in Baleari maiori sibi cognominem.

Idem. CLVIII.

LAna quidem tristis, sed [u] tonsis apta [u] ministris,
Quales non primo de grege mensa vocat.

u Seruis vilibrum munerum, non pueris delicatis; comam alentibus, & de primo grege.

Tomentum Lingonicum. CLIX.

[x] OPpressæ nimium vicina est fascia plumæ?
Vellera [y] Lingonicis accipe rasa sagis.

x Pluma cedit & facit vt fascia lecti (de qua ep 63. l. 5. c.) vrat iacentem. melius sustinebit te tomentum, lana quæ pannis vestibusque detondetur atque abraditur. flockes.
y Lingones mittebant Romam cadurca, bardocucullos, & saga crassæ & pinguis lanæ. ep. 54. l. 1. b.

Tomentum Circense. CLX.

TOmentum concisa [a] palus [b] Circense vocatur:
Hæc pro Lingonico stramina pauper emit.

a Arundo, iuncus, vlua palustris.
b Quale substernebant sibi spectatores in Circo atque idem videtur esse cum stramento Orchomenio, de quo Plin. 19. l. 1. c.

Pluma. CLXI.

LAssus [c] Amyclæa poteris requiescere pluma,
Interior cycni quam tibi [d] lana dedit.

c Cygneã. propter Ledam Lacænam ep. 28. l. 8. m Amyclæ vero Laconiæ ciuitas fuit. d Tenerior pluma, doune.

Fœnum. CLXII.

[e] FRaudata [f] tumeat facilis tibi culcita [g] pluma.
Non venit ad duros pallida cura toros.

e In qua non est pluma. Alij leg. *Frondata*. i. e frondibus.
f Farciatur. g Al. *fœno*.

Tintinnabulum. CLXIII.

[h] REdde pilam: sonat [i] æs thermarum. ludere per-
[k] Virgine vis [k] sola lotus abire domum. (gis?

h Redde pilam gymnasij seu sphæristerij moderatori.
i campana, quæ ab exercitijs auocat ad balnea. Hadr. Iun. 3. l. Animadu. 11. c. ὁ κώδων ἤχησε, &c. Lucian. ἀεὶ τῷ ὅτι μισθὸς συνόντων. k Cruda Virgine. ep 42. l. 6. t. & 21. ep. 5. l. f.

Discus. CLXIV.

[l] SPlendida cùm volitent [m] Spartani pondera disci,
Esse procul pueri: sit [n] semel ille nocens.

l E ferro vel ære.
m Lacedæmonij inuenti atque exercitij.
n In vnico puero Hyacintho. infra ep. 173.

Cithara. CLXV.

REddidit Eurydicen [o] vati: ſed perdidit ipſe,
[p] Dum ſibi non credit, nec patienter amat.

o Orpheo.
p Dum reſpexit.vt habet notiſsima vulgo Fabula.

Idem. CLXVI.

DE Pompeiano ſæpe eſt [q] electa theatro,
[r] Quæ duxit ſyluas, detinuitque feras.

q Al.*eiecta.*
r Ep.21.lib.Spectac.

Plectra. CLXVII.

FEruida ne trito tibi pollice [ſ] puſula ſurgat:
Exornent docilem garrula [t] plectra lyram.

ſ Papula ex attritu pollicis & chordarum, a push or blister.

t Pectines quibus cithara pulſatur.a πλήττω.

Trochus. CLXVIII.

INducenda [u] rota eſt: das nobis vtile munus.
Iſte trochus pueris, at mihi [x] cantus erit.

u Trochus, cui & nomen & forma à rota. Alius omnino à turbine. Erat enim rotula ex ære ceu ferro, cuius axiculis appenſi anuli inter mittendum & currendum alte tinniebant. x Tinnitus trochi miſsi. ſanior lectio, *canthus. Synecdoch.* rota vel ferro hoc muniam rotam plauſtri, quo ſolent pueri ludere, erit itaque munus vtile.

Idem. CLXIX.

[x] GArrulus in laxo cur anulus orbe vagatur,
Cedat vt argutis obuia turba trochis?

x Reſonans.vt ep. præced.

Signum victoriæ. CLXX.

[y] HÆc illi [z] ſine ſorte datur, cui nomina [a] Rhenus
[b] Vera dedit: [c] decies adde Falerna puer.

y Al.*Hoc.*
z Supra ep.1.h.
a Germaniæ fl. *Synecdoch.* ipſa Germania deuicta. i. Domitiano. ep.2.l.5.d. b Tanquam aliis Imperatoribus antè vſurpata, Domitiano à victâ Germaniâ iure debita. c Vt ebibatur *Germanicus* decem cyathis pro numero literarum. vide ep.72.l.1.

[d] Βρούτου παιδίον. CLXXI.

GLoria tam parui non eſt obſcura ſigilli:
Iſtius pueri Brutus amator erat.

d Puſio Bruti de quo, ep.77.l.2.b.& 51.ep.9.l.d.

[e] *Sauroctonos Corinthius.* CLXXII.

AD te reptanti puer inſidioſe lacertæ.
Parce: cupit digitis illa perire tuis.

e *Fecit Praxiteles ex ære Corinthio puberem ſubrepenti lacertæ ſagitta inſidiantem, quem Sauroctonum vocant,* Plin.34.l.8,c.ex σαῦρος & κτείνω.

f *Hyacinthus in tabula pictus.* CLXXIII.

FLectit ab inuiso morientia lumina disco
[g] Oebalius, Phœbi [h] culpa dolorque, puer.

f Opus Niceæ, quod secum deportauit Alexandriâ captâ Cæsar Aug. Plin. 35.l.11.c.
g Hyacinthus Lacon, vel ab Oebalo nepote suo ex fratre Cynorta. Pausan. Laconic. Ouid.l.10.Metamor.
h *Tu dolor es, facinusque meum, &c.* Apollo ad Hyacinthum. apud

i *Hermaphroditus marmoreus.* CLXXIV.

MAsculus intrauit [k] fontes: emersit [l] vtrumque.
Pars est vna [m] patris: cetera [n] matris habet.

i Plin.l.7.c.3.
k Salmacidis. vide fab.11. 4.l.Met.Ouid.
l Vtriusque sexus.
m τοῦ ἑρμοῦ.
n τῆς Ἀφροδίτης.

o *Danaë picta.* CLXXV.

p CVr à te pretium Danaë regnator Olympi
Accepit, gratis si tibi q Leda dedit?

o Plin.l.35.c.2.
p *Iup. admonitus nihil esse potentius auro, Corruptæ pretium virginis ipse fuit.* Ouid.7.eleg.3.l Amorum.
q Ep.54.l.1.f.

Persona Germanica. CLXXVI.

r SVm figuli lusus Rufi persona Bataui
Quæ tu derides, hæc timet ora [s] pater.

r Sum larua, persona seu vultus fictilis Bataui Rufi. *al. rufi.*
s Vera Aldi lectio. *puer.* pueris quippe terrori sunt laruati.

Hercules [t] *Corinthius.* CLXXVII.

ELidit [u] geminos infans, nec respicit angues.
Iam poterat teneras hydra timere manus.

t Ex ære Corinthio. Plin.35.c 9.
u Angues ab Herc. in cunis elisos, & Hydram deuictam, vel infantes in fabulis audiuerunt.

Hercules fictilis. CLXXVIII.

SVm fragilis: sed tu moneo ne sperne [x] sigillum.
Non pudet Alciden nomen habere meum.

x Iconculam ex argillâ. Plin.35.l.c.12.

Minerua argentea. CLXXIX.

y DIc mihi virgo ferox, cùm sit tibi cassis & hasta,
Quare non habeas y ægida? [z] Cæsar habet.

y Vide ep.1.l.7.2.
z Domitianus habet. *Adulatoriè.* vt ep.1.l.7.c.

a *Europa picta.* CLXXX.

MVtari melius tauro pater optime diuûm
[b] Tunc poteras, Iö cùm tibi vacca fuit.

a Plin.l.35.c.10.
b Namque sub illâ forma centenos Argi oculos fefellisses.

Leander marmoreus. CLXXXI.

c CLamabat tumidis audax Leander in vndis,
d Mergite me fluctus, cùm rediturus ero.

c Nota sunt Leandri amor, transfretatio, exitus; ex Musæo, Ouidij epist, &c.
d *Parcite dum propero, mergite dum redeo.*

Sigillum Gibery fictile. CLXXXII.

e EBrius hæc fecit terris puto monstra Promethe-
Saturnalicio lusit & ipse luto. (us:

e Certè errauit Prometheus ille prior in formando gibbere & monstroso qui ex argillâ in Saturnalitijs muneribus effinxit sigillum gibberis eiusmodi. Alij leg. *Sigery.* Clesippo. de quo Plin. l. 34. c. 3. lusitque alter hic Prometheus. i. figulus

Homeri f *Batrachomyomachia.* CLXXXIII.

PErlege g Mæonio cantatas carmine ranas,
h Et frontem i nugis soluere disce meis.

f Opusculum de ranarum cum muribus pugna, quod pleríque Homero abiudicant.
g Mœoniâ oriundum. vide Plutarch. l. de Homero. h Et illo lecto, æquiore animo his meis veniam dabis. i Lips. I. lib. epist. quæst. 5. ex Anglicano libro emendat *forijs*. i. quisquilijs.

Homerus in membranis. CLXXXIV.

ILias k & Priami regnis inimicus Vlysses
Multiplici pariter condita pelle latent.

k Et Odyssea.

Virgily Culex. CLXXXV.

ACcipe facundi Culicem studiose Maronis:
l Ne nugis positis *arma, virumque* m *canas.*

l Ne vaces grauioribus studijs per Saturnalia quibus conueniunt nugæ istæ.
m Al. *legas,*

Virgilius in membrana. CLXXXVI.

QVàm breuis n immensum cepit membrana Maro-
o Ipsius vultus prima tabella gerit. (nem!

n An operis magnitudinem respicit, an poetæ diuinam maiestatem?
o Frontispicium habet imaginem Virgilij.

Menandri Thais. CLXXXVII.

p HÆc primùm iuuenum lasciuos lusit amores;
q Nec Glycere, verè Thais amica fuit.

p Potest legi & *Hic*. i. Menander.
q Glycera amica erat Menandri. sed comœdijs suis familiariter introducta Thais facta est celebriori nomine. sic exponit Turnebus. 9. l. Adu. c. 24.

Cicero in membranis. CLXXXVIII.

SI comes ista tibi fuerit membrana, putato
Carpere te longas cum Cicerone vias.

r Viæ vel longissimæ comites sufficient tibi Ciceronis libri. vt ep. 2. l. 1. videturque Ciceronis stilum quasi Asianum & redundantem taxare.

Propertius. CLXXXIX.

f Vero nomine Hostilia, amica Propertij.
t Sic ille, Achilles *haud plus Debet Mæonidæ quam sibi Mæonides.*

f Cynthia facundi carmen iuuenile Properti
Accepit famam,t nec minus ipsa dedit.

Liuius in membranis. CXC.

u A styli insurgentis granditate, an ab operis magnitudine & librorum 140. multitudine? vide Iuuen. sat. 7. v. 98. & ἀντίθετα τῷ *exiguis.*

Pellibus exiguis arctatur Liuius u ingens,
Quem mea non totum bibliotheca capit.

Sallustius. CXCI.

x Quintiliani 2. l. c 6. & 4. l. c. 2. Senecæ Rhet. l. 3. decl. & controuers. 25. l. 5. Corn. Taciti. 3. hist. Vell. Paterc. hist. 2. &c.

Hic erit, vt perhibent x doctorum corda x virorum,
Primus Romana Crispus in historia.

Ouidij Metamorphosis in membranis. CXCII.

a Libros 15 Metamorphoseων.

Hæc tibi multiplici quæ structa est massa tabella,
a Carmina Nasonis quinque, decemque gerit.

Tibullus. CXCIII.

Amauit Tibullus Deliam, quam Apuleius Planiam fuisse dicit; Nemesin item quam Glyceren sunt qui ab Horatio appellatam velint; item Neæram & Sulpitiam, &c. Gyrald. de Poet. Hist. Dialog. 4. Tribuit autem Deliæ Martialis, quod Tibullus Nemesi. 1. l. 5. el. *Illa regat cunctos, illi sint omnia curæ, Et iuuet in tota me nihil esse domo.*

Vsit amatorem Nemesis lasciua Tibullum:
In tota iuuit quem nihil esse domo.

Lucanus. CXCIV.

c Magis oratoribus quàm poëtis adnumerat eum Fabius c. 1. l. 10. historicis alij.
d Tum quia versu scriptus sum, tum quia vendibilis.

c Svnt quidam, qui me dicunt non esse poëtam:
Sed qui me vendit bibliopola, d putat.

Catullus. CXCV.

e Elegantes Antithesεis. vide ep. 62. l. 1.

e Tantum * magna suo debet () Verona ∴ Catullo,
e Quantum * parua suo () Mantua ∴ Virgilio.

Calda & frigida aqua. CXCVI.

f Hæc carmina dabunt tibi nomina calidarum aquarum. tu, si placet dato hæc carmina aquis frigidis. sic lusit ep. 60. l. 1. & 99. l. 3. & 55. l. 5. & 59. l. 9.

f Hæc tibi quæ fuerint caldarum nomina dicunt:
Ipsa suas melius charta natabit aquas.

Mulæ

Mulæ pomiliæ. CXCVII.

HIs tibi de mulis non est metuenda ruina:
[g] Altiùs in terra pænè sedere soles.

[g] *Hyperbolicè*.q.d.non multo altior es quam vbi in terra sedes.

Catella Gallicana. CXCVIII.

DElicias paruæ si vis audire catellæ,
Narranti [h] breuis est pagina [i] tota mihi.

[h] Non sufficit.
[i] Al.*prima*.vt primi libri intelligatur ep.110.

Asturco. CXCIX.

[k] HIc breuis,ad numerum rapidos qui colligit vngues
Venit ab auriferis gentibus,Astur equus.

[k] Gradarius iste & tolutarius equus,qui gressus glomerat,est ab Asturiâ regione Hispaniæ Callaicæ auriferæ.ep.16.l.10.vide Lud.Carrion.emend.l.1.c.17.

Canis vertagus. CC.

NOn sibi,sed domino venatur [l] vertagus acer,
Illæsum leporem qui tibi dente feret.

[l] A tumbler. de hac voce Turnebus laborat 18.l.1.c.

Palæstrita. CCI.

[m] NOn amo,qui vincit,sed qui succumbere [n] nouit,
Et [o] dicit melius τὴν ἀνακλινοπάλην.

[m] Non probo luctatorem, qui viribus vincit,sed qui se reclinat,atque ex reflexione palæstræ aduersarium deijcit.Poterit qui volet & minus honestum elicere sensum ex illa,quam dixit Domitianus, κλινοπάλη, apud Sueton.c.22.Dom.& Iuuen.Sat.2.& 9.
[n] Al.*non vult*.
[o] Conijcio legendum *didicit*.

Simius. CCII.

CAllidus [p] emissas eludere simius hastas,
Si mihi cauda foret,[q] cercopithecus eram.

[p] Euitare missas in se hastas.
[q] Ep.128.supra.

[r] *Puella Gaditana.* CCIII.

TAm tremulū crissat,tam blandum prurit,vt ipsum
[s] Masturbatorem fecerit Hippolytum.

[r] Ep.42.l.1.i.vide & Iuuenalem 11.sat.162.v.& 6.sat.326.v.
[s] Vt incenderet vel castissimi propositi virum,incitaretque ad libidinem nefandam. ep.42.l.9.& 97.l.12.

Cymbala. CCIV.

[t] ÆRa Celænæos lugentia matris amores
Esuriens Gallus vendere sæpe solet.

[t] Cymbala,instrumenta ærea,tinnula,& sonora,quibus Galli in sacris Cybeles vsi lugebant Atyn puerum Cybeles amasium,cuius patria erat Celænæ opp.Phrygiæ.

Puer cinædus. CCV.

u Impubes, non pumice aut dropace leuigatus. ep. 29. l. 2. g.

SIt nobis [u] ætate puer non pumice leuis.
Propter quem placeat nulla puella mihi.

Cestos. CCVI.

x Ep. 13. l. 6. f, & g.

COllo necte puer meros amores
Ceston de Veneris sinu calentem.

Idem. CCVII.

y Venereo. vide commentatores Horatij ad oden 13. l. 1. *oscula, quæ Venus Quinta parte sui nectaris imbuit.*

SVme [y] Cytheriaco medicatum nectare ceston:
Vssit amatorem [z] balteus iste Iouem.

z Ep. 13. l. 6. g.

Notarius. CCVIII.

a Vtut volubili fluas linguâ, manus τῶ εἰς τάχος διὰ σημείων γράφοντος (vt loquitur Galenus) loquentem præuenit. vide Senec. epist. 91. & Auson. ep. 137.

[a] CVrrant verba licet, manus est velocior illis:
Non dum lingua suum, dextra peregit opus.

Concha. CCIX.

b Papyrus è cortice Iunci AEgyptij leuigetur conchâ æquoreâ, quo expeditior sternatur calamo cursus.

[b] LEuis ab æquorea cortex Mareotica concha
Fiat: inoffensa curret arundo via.

Morio. CCX.

c Non mentitur, non simulat stultitiam, simplex & à natura fatuus est. vide ep. 13. l. 8.

[c] NOn mendax stupor est, nec fingitur arte dolosa:
Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.

Caput arietinum. CCXI.

d Caput vervecinum. Iuuen. 3. sat. 294. v. caput arietis qualis Phryxum transfretauit. vide ep. 51. l. 10. a.

[d] MOllia Phryxei secuisti colla mariti.
Hoc meruit, tunicam qui tibi sæpe dedit!

Pumilio. CCXII.

e Virum.
f Puerum. sic Iuuenalis de fœmina caput ædificante: *Andromachen à fronte videbis, Pôst minor est Pygmæa virgine, &c.* sat. 6.

SI solum spectes hominis caput, [e] Hectora credes:
Si stantem videas, [f] Astyanacta putes.

Parma.

Parma. CCXIII.

g HAEc quæ ſæpe ſolet vinci, quæ vincere rarò,
h Parma tibi, ſcutum pumilionis erat.

g Hoc in gratiam Domitiani qui oderat parmularios factionis Thracum.

h Tibi grandi munimentum nimis anguſtum, pumilioni amplum ſatis.

Pueri comœdi. CCXIV.

i NOn erit in turba quiſquam μισέμενος iſta:
Sed poterit quiuis eſſe δισεξάπατος.

i Nemo eſt è comœdis iſtis, qui ſuſtineat partes inuiſi amatoris & à meretrice reiecti: adeò omnes formæ præſtant, vt δισεξαπάτος, i. amati & Thaidi chari partes agant. Nomina hæc à Menandro in comœdijs vſurpata ex Fulgentio refert Adr. Turnebus 9.l.24.c.

Fibula. CCXV.

DIc mihi ſimpliciter k comœdis, & citharœdis
k Fibula quid præſtat ? l cariùs vt futuant.

k Ep.81.l.7. v.73. vide & Marſilij Cagnati Var. obſeru. l.2.c.8.

l *Soluitur his magno comœdi fibula.* Iuu. Sat. 6.

Accipiter. CCXVI.

PRædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis: idem
Decipit, & m captas non ſibi mœret aues.

m Dolet ſibi prædam ab aucupe, cui ſeruit, ereptam. vide Lil. Gyrald. dialog. 6. l. 1.

n *Obſonator.* CCXVII.

DIc quotus es, quanti cupias cœnare, nec vnum
Addideris verbum: cœna parata tibi eſt.

n The cater. qui opſonia emit.

Calami aucupatorij. CCXVIII.

NOn tantùm calamis, ſed o cantu fallitur ales,
Pallida dum tacita p creſcit arundo manu.

o Fiſtulæ, the call. quæ aues inuitat.

p Dum latitans auceps ſenſim protrudit viſcatos calamos. Arundinibus (inquit Brodæus ad Iſidori ep. l.3. Anthol. c.26.) alijs atque alijs inſitis, & ita creſcentibus, ſummâ in parte viſco oblitis. vide ep. 55. l. 9. b.

Corculum. CCXIX.

PAuper cauſſidicus nullos referentia nummos
Carmina cùm ſcribas; q accipe cor, quod habes.

q Lipſ. 5. epiſt. quæſt. 1. l. legit, *accipe cor, quod abeſt.* Sed præplacet Torrentij lectio *Cor bubulum* in Saturnalibus ſc. miſſum. q.d. Accipe ſtupidum & tuo geminum cor qui à lucroſo foro te confers ad ſterilia carmina. ep. 77. l. 1.

Cocus.

Cocus. CCXX.

r Turnebus interpungit. *Non satis est ars sola coco: seruire palato Atque cocus domini debet habere gulam*. l. 9. c. 24. Alij aliàs. Ita cocus ex Posidippo, Καὶ τὸ στόμα γινώσκειν τῶν κεκλημένων. Athenæus. l. 9. c. 5.

r Non satis est ars sola coco, seruire palato:
Namque cocus domini debet habere gulam.

Craticula cum veru. CCXXI.

ſ In craticula torreantur ofellæ: veru assentur apri, &c.

ſ Parua tibi curua craticula sudet ofella:
Spumeus in longa cuspide fumet aper.

Pistor dulciarius. CCXXII.

t Dulciarius pistor conficit dulcia. i. panes mellitos, (vnde alij legunt *Melle*) in varias figuras formatos: placentas, scriblitas, spicas, globos, circulos, hamos, lacertulos, &c. Apulei Metamorph.

t Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Exstruit: huic vni parca laborat apis.

Jentacula. CCXXIII.

u Ientacula propè soli sumebant pueri, aliquando senes valetudinarij, gancones, &c. x Galli auroræ prænuncij.

Surgite, iam vendit u pueris ientacula pistor,
x Cristatæque sonant vndique lucis x aues.

FINIS.